INSTITUTIONES
HISTORIAE
ECCLESIASTICAE

QUAS

JOANNES NEP. ALBER

E SCHOLIS PIIS

S. THEOL. DOCTOR, LINGV. HEBR. ARCHAE. BIBL. INTRODUCT. IN LIBR. CAN. VET. TEST. APOLOG. EORUMDEM, ET EXEGES. IN REG. SCIENTIAR. UNIVERS. PESTIENS. PROFESSOR. PUBL. ORD. LIBROR. HEBR. IN HUNG. REVISOR REG. NEC NON FACULT. THEOLOG. SENIOR EDIDIT.

TOMULUS I.

EDITIO SECUNDA AUCTIOR, TOTAQUE NOVIS CURIS ELABORATA.

Cum Censura et Facultate Superiorum.

AGRIAE,

TYPIS LYCEI ARCHI-EPISCOPALIS 1825.

PRAEFATIO.

Compendium Historiae Ecclesiasticae edidi jam ante annos triginta Institutionum ejusdem Historiae nomine. Hujus exemplaria cum defecissent, statui eandem denuo novis curis elaborare, jamque cum rerum expositione pleniore, atque ad ea praesertim illustranda, et declaranda, quae aetate nostra in Jure Ecclesiastico tractantur permulta ejus generis, de quibus quaeri possit, bonane fide asserantur. Mutavi meum hoc consilium, aut potius distuli, fecique Dissertationes in selecta argumenta Historiae Ecclesiasticae, quibus discussis adverti posset; cujus et illa in Jure Ecclesiastico firmitatis essent, tantoque magis eadem seorsim, et distincte proposito sub obtutum caderent. Hoc autem perfunctus labore, resumpsi cogitationem, et curam Historiae etiam ipsius denuo elaborandae, nec ut.

 in

in hac tantum irem post alios, qui hanc quomodocumque composuerunt, quorum narratio nec semper consentanea fontibus est, etiam dum hos velut testes nominant, verum ut hos ipsos fontes mihi duces ponerem, atque horum fide res expenderem, maxime, si in iis positum momentum esset.

Fuit in more, usitatumque, Historiam Ecclesiasticam per secula dispescere. Primus Joan. Laurentius Mosheim hanc in Periodos divisit quatuor, et quarum cuilibet novam etiam epocham dedit. Primam periodum constituit in tempore a nativitate Christi usque ad Constantinum M. et ad pacem per hunc datam Ecclesiae; alteram a Constantino M. usque ad Carolum M. et instauratum in Occidente Romanum Imperium; tertiam a Carolo M. usque ad Lutherum, per quem, ut Mosheimio, more aliorum Protestantium, creditum fuit, Sacrorum instauratio, atque Ecclesiae magna reformatio facta sit; in quarta demum omne reliquum tempus posuit hujus quartae periodi, epocha fixa in Luthero.

Epo-

Epocham in Christo, a quo initium ducatur rerum, quae in Ecclesia evenerunt, statuimus omnes, utpote, qui auctor fidei, et Ecclesiae est. Sed estne conveniens, in hac epocha ad honorandam memoriam Christi adjungere eidem Christo, et cum hoc copulare Constantinum, et Carolum, quantumvis Magnos Imperatores? Si quid pro epocha in Constantino ponenda valere potest, quod per eum Ecclesia, postquam annis fere trecentis exagitata fuisset immanibus, et saevissimis persecutionibus, pax, atque tranquillitas concessa sit, quid ad Carolum pertinebat, epocham ab eo ducere Ecclesiae, quia is, postquam Romanum Imperium, quod conciderat, refloruit in Occidente, primus fuerit Romanorum Imperator? Lutherus, si fecit, quod fecisse eum ponunt Protestantes, omnino dignus erit, a quo nova Christianae Religionis incipiat epocha: sed si volunt, ut ipsis credamus, Ecclesiam concidisse, ab Luthero autem e ruina suscitatam, atque reaedificatam esse, prius deberent evincere, collapsam fuisse, et quod ei

Chris-

Christus promisit futurum, ut portae inferi non praevaleant adversus eam Matth. 16. ℣. 18. *non stetisse, irritumque fuisse. Sicut Ecclesiae, quae coetus fidelium est, Christi fidem profitentium, auctor unus Christus est, ita neque ab alio, quam a Christo epocha Ecclesiae Christianae duci debet. Ne profanae quidem historiae ullus confector, praeterquam in eo, qui fuit conditor alicujus Imperii, constituit epocham ab hoc fundati Imperii: qualis fuit Babyloniorum epocha, a Nabonassare ducens initium, qualis Persarum, qualis Graecorum, illa a Cyro, haec ab Alexandro M. sumens exordium: sed neque, quamdiu Imperia haec steterunt, ad eam, quae fixa fuit in horum Imperiorum conditoribus, aliam epocham aliquis adposuit.*

Nec tamen, quia epocharum multiplicatio in Historia Ecclesiastica non placet; idcirco etiam vitupero ejus divisionem in periodos, inque partes aliquas majores, in quibus narratio procedat per certa, atque eodem ordine semper dispo-

sita

sita rerum argumenta. Hoc namque etiam ii fecerunt, qui Historiam Ecclesiasticam, ejus compositores, diviserunt in secula: cui divisioni in tot partes, quot fuerunt secula, haec in periodos etiam anteponenda videtur quod non in tot partes fiat historiae concisio. Illud solummodo habet historiae in periodos partitio; nec suo vitio, sed eorum, qui eam componunt, artificio, quod hi fere tantum soleant decreta sua ponere, quid, et quomodo esse debuisset, et carpere omnia, quae occurrunt non ita se habentia, quemadmodum ipsi statuerunt, debere fuisse, idque, suo praecise ingenio, atque sentiendi sua propria voluntate: cum tamen Historiae Ecclesiasticae sit, docere, et ostendere, quid in Ecclesia ab ejus primordiis creditum semper, et observatum sit, atque unde eluceat, quid doctrinae, atque institutis, quae Ecclesia habet a Christo, et per Apostolos, conforme sit, et quid discrepet. Nec desunt ex ipsis Catholicis, qui ista ratione componentes historiam, in carpendis Ecclesiae institutis aemuli Protestan-

testan-

qui primis seculis Ecclesiae floruerunt. Ad finem cujuslibet Partis adjeci etiam Synopsim ejusdem partis, ut uno quasi obtutu videri possent omnia, idque memoriae adjuvandae gratia. Studui brevitati, claritati, et veritati, quod historia omnis praecipuum habere debet. In rebus vero controversis adhibui etiam disquisitionem criticam. Una, sancta, Catholica, et Apostolica est Ecclesia; quia etiam unus Dominus, et una fides. Eph. 4. ℣. 5. *Deus nobis det, ut simus in Christo, atque in ejus corpore, quae est Ecclesia.* Ephes. 1. ℣. 23.

PRO-

PROLEGOMENA.

CAPUT I.

DE CRITICA, ET SCRIPTORIBUS HISTORIAE ECCLESIASTICAE.

§. 1.

Historia Ecclesiastica unde sumat initium. Hujus ex parte divina, de cetero humana auctoritas.

Quae Græco vocabulo historia vocatur, latine dicitur narratio. Igitur Historia Ecclesiastica est expositio rerum memorabilium, quæ, evenerunt, et gestae sunt in Ecclesia. Ecclesiæ auctor, et conditor est Christus. Itaque ab hoc etiam incipere debet Historia. Quid Christus Ecclesiæ suæ causa egerit, Religionisque Christianæ prima propagatio, facta per Apostolos, continetur libris Canonicis. Quapropter, quæ in his fit narratio, auctoritate etiam nititur divina: quæ deinceps narratio ab aliis scriptoribus non Canonicis facta est, fidem facit solam humanam. Hi autem in narrando labi errore potuerunt, quamvis nolentes, vel falsum scribere etiam studiose, et ex voluntate. Quibus si fidem adhibemus, nos quoque errore implicamur,

et

et quidquid superstruxerimus tali narrationi, veritate haud nitetur. Ex quo intelligi potest, judicio opus esse ad discernendum verum, et falsum, vel saltem ad cohibendum assensum, ne rebus non satis exploratis assentiendo errore ducamur. Ars hæc, quæ præcepta tradit ad dispiciendum, quid in historia verum habendum sit, vel falsum, certum vel dubium, probabile, vel contra, vocatur Critica.

§. 2.

In narratione considerandum venit, qualis sit is, qui hanc, et ex quo fonte faciat.

Scriptor rem, quam narrat, vel habet per seipsum, si videlicet hanc ipse oculis suis spectavit, si ei interfuit, si in hac, dum ageretur, partes etiam aliquas habuit; vel hanc ab aliis accepit, idque iterum aut certo auctore, aut nonnisi ex fama, et vulgi narratione nullo certo auctore, vel hausit ex monumentis scriptorum se anteriorum. Potest deinde narratio esse de re illius temporis, quo narrator vixit, vel anterioris, hujusque aut vicinioris, aut remotioris. Scriptor deinde est vel domesticus, vel extraneus. Rursus scriptor vel tantum unus est, vel plures sunt, qui rem referant, quique vel inter se conveniant, vel disconveniant. Iidem, quamvis plures, potuerunt omnes nonnisi unum scriptorem, se anteriorem, sequi. Dumque scriptor etiam mendax possit esse, quique id dicat, et testetur, quod scit non ita fuisse, etiamsi viderimus, scriptorem fuisse eum, qui rem, quam narrat, non tantum potuerit, verum etiam debuerit habere cognitam, et perceptam;

tamen

tamen in hoc ulterius spectandum, atque considerandum erit, num huic voluntas etiam fuerit dicendi verum de eo, quod narrat.

§. 3.

Quid in historico debeat esse, ut fide dignus sit.

Jam ex his, quæ dicta sunt, difficile haud erit dijudicare, quæ narratio fidem, et qualem possit facere. Nam nisi in scriptore hæc duo fuerint, scientia ejus rei, quam narrat, et amor, studiumque veritatis, non erit fide dignus in eo, quod narrat, ejusque fides nutabit, si vel sola suspicio ceciderit in horum de illo etiamsi solummodo unum. Ad scientiam referri debet hujus etiam ingenium, jam aliunde notum, mentisque perspicacitas, nec non diligentia ad cavendum, ne falsa ipse pro veris haberet, et deceptus eadem pro talibus, aliis etiam, quamvis sine decipiendi voluntate, offerret. Quamobrem etiamsi narrator fuerit homo probatissimus, si tamen observatum fuerit, fuisse credulum incaute, quique in sua credulitate posuerit pietatem non adhibito judicio, hujus fides labascet. Attamen non idcirco ille etiam erit habendus credulus, quia talia narret, quæ tantum nos credere nolumus præoccupati opinionibus. Protestantibus scriptor omnis fuit credulus, qui miracula refert, quæ patrata sint in Ecclesia post ætatem Apostolorum, etiamsi scriptor fuerit S. Hieronymus, vel S. Gregorius M. De S. Hieronymo Matthias Schroeckius in Historia Religionis Edit. Vindobon. pag. 14. *Etsi,* inquit, *doctissimus in ceteris vir, historiae tamen Christianae credulitate nimia plurimum noxae attulit.*

tulit. S. Gregorius M. quia in libris suis Dialogorum miracula refert complura, quæ Deus fecerit per Sanctos homines sua ætate Basnagio in Annalibus ad a. 325. fuit mortalium fere omnium credulissimus.

§. 4.

Quae narratio habenda sit ita fide digna, ut nulla remaneat dubitatio.

Fide vero dignum illud ita erit, ut nulla in contrarium prudens possit manere suspicio, quod communi scriptorum consensione traditum ab eo tempore est, quo res fuit acta, sique inter hos etiam coævi fuerint, et domestici, quique ex notitia per seipsos, propriisque sensibus hausta testentur illud, quod scripserunt. *Conditam Romam,* ait S. Augustinus lib. 10. de Civ. Dei cap. 3. *tam certum habeo in rebus humanis, quam Constantinopolim: cum Romam viderim oculis meis, de illa vero nihil noverim, nisi quod aliis testibus credidi.* Quapropter in ipsa etiam Philosophia ejusmodi auctoritas, quamvis pure humana solet haberi pro argumento, (criterium Philosophi vocant) certissimæ veritatis, ita ut de ea dubitare, nequidem hominis prudentis dicant esse. Quamobrem ejusmodi narratio fidem plenam faciet. Quæ vero fidem talem non fecerit, erit, quod narratur vel tantum probabile, aut incertum manebit, atque dubium, vel judicio adhibito hujus etiam falsitas deprehendetur.

Scrip-

Scriptores, qui coaevi non fuerunt, et domestici, fidem facere certam nequeunt aliter, quam si historiam suam ex talibus hauserunt, qui coaevi, et domestici fuerunt, sique istos etiam testes producere sciant. Nam narratio solummodo collecta ex rumore; et vulgi sermone, quando vulgus summa levitate, et absque consilio fertur ad omnia credenda, rumoresque excitari solent nullo etiam certo auctore, atque ex causis nullius momenti, bene fundata nullatenus est. Nec tamen hoc de Scriptore ita etiam generaliter sumendum, ut nisi indicet rem, quam refert, unde habeat, nullius fidei ejus narratio habenda sit. Nam, si iste talis est, ut in hunc, utpote gravem, prudentem, et probum nulla suspicio cadat narrationis factæ non ex certa scientia, impudentis erit hujus fidem in dubium vocare, qui rem nunquam affirmasset, sed neque ipse credidisset, nisi certis auctoribus compertam habuisset, etiamsi istos non nominaverit. Sunt Scriptores etiam anonymi. Istisne tantum ideo quod anonymi sint, fides statim derogatur? Eo autem firmius erit, atque ejusmodi, quod trahi in dubium non possit, quod publica etiam literarum monumenta contestantur, qualia, verbi gratia, exarata sunt in conventibus Conciliorum, in edictis, et rescriptis publicis, nisi, quod contigit, satisque frequenter, hæc corrupta, atque vitiata fuissent.

Dixi, illud certae, atque indubitatæ fidei habendum esse, quod traditum communi scriptorum consensione est. Quid igitur, si hi inter se dissentiant? Nempe hocce casu, siquidem ex hac dissensione sequi debeat dubium, neque illud, quod narratur, erit certae, atque indubitatæ fidei: sed discrepantibus ab invicem testimoniis illud

lud fiet probabilius, quod a testibus venit, quorum fides minus ambigua, et gravior auctoritas est. Nonnumquam vero solummodo in speciem aliqua inter scriptores discrepantia narrationis est, vel ex eorum verbis non rite intellectis, vel pro uno, eodemque sumendo, quod narratur non eodem modo, quod tamen non unum, sed distinctum loco, et tempore est, vel alia ratione. Fit etiam, ut discordent scriptores inter se solummodo in iis, quæ rei, quam narrant, adjuncta sunt: quo pacto tamen omnium erit consensio quoad ipsam rem. Nam neque in anno, quo Christus natus est, numerato a condito mundo, conveniunt Critici; nec tamen ideo non certum est, Christum natum esse, aut dubium fit, Criticorum quoad annum a condito mundo discrepantibus testimoniis.

Narratio eo majoris ponderis erit ad faciendam fidem, quo plures sunt, qui idem referant. Attamen hi quotcunque Scriptores, numerum testium non augebunt, si appareat, istis unum, eumdemque fuisse fontem, ex quo suam narrationem sumpserunt: sed quod narratur, tantum fide istius fontis expendendum erit.

Etiam vero unius Scriptoris testimonium, si constet de ejus scientia, et probitate, ea fide dignum erit, ut nonnisi temerarie rejici possit, quando nulla causa subest falsum suspicandi, ejusque fidem, qui rem narrat, et testatur, in dubium vocandi. Nam nisi tale testimonium valeret, quæ fides inter homines remaneret, et in societate humana? Equidem est Deut. 19. ℣. 15. *In ore duorum, aut trium testium stabit omne verbum.* At vero lex ista de judiciis constituta est, dumque agitur de ejus, qui accusatus est, condemnatione,

quod

quod indicant antecedentia verba: *Ad unius testimonium nemo condemnabitur*, ut caveretur, ne facile innocens ad unius accusationem damnari posset, non ne fides haberetur unius etiam solummodo viri sed gravis, atque probi testificationi in rebus ceteris, non ubi agitur de condemnatione. Antonius Genuens. lib. 4. Artis Logicocriticæ Cap. 2. istud exemplum attulit. *Augustinus*, inquit, *de Civitate Dei narrat, se vidisse hominem, qui quotiescunque volebat, comas ad vultum, et a vultu ad occiput agitabat immoto capite. Quam historiam qui negat, vir est perfrictæ frontis: nam et coætaneus erat historicus, et probus maxime, et qui non facile sibi imponi patiebatur.*

§. 5.

Ex silentio aliorum possitne firmum argumentum duci ad id negandum, quod testatur Scriptor alius, et quando?

Si narratio narrationi de eadem re adversetur, et contradicat, hæ ambæ veræ esse nequeunt. Etiamne igitur res, a certo auctore narrata subit tale periculum si tantummodo de hac Scriptor alter sileat? Affirmationi negatio opponitur, non silentium. Stabit igitur narratio iis prædita dotibus, quas ut fide digna sit, habere debet, etiamsi de re, quam perhibet, silentium sit apud Scriptorem alium quamvis etiam coævum. Possunt enim silentii plures causæ esse in Scriptore, qui tacuit, ad rem silentio prætereundam. Eusebius ex professo scripsit Hist. Ecclesiasticam: cujus proinde vel maxime fuisset exponere, et referre, quidquid actum fuit in Concilio Nicæno contra Arium.

Rem transmisit silentio, eo quod addictus fuerit Ario, ejusque errori. Silentio autem in Scriptore sola etiam oblivio, et mens non satis vigil, circumspectaque ad omnia dare causam potuit.

Quamvis autem in silentio vis non sit ponenda ad inficiandum id, quod loquuntur certa historicorum testimonia, tamen potest ex silentio duci argumentum ad negandum id, quod est affirmatum, dum historicus de hoc tacet, quod ex professo tractavit, taleque hoc sit, quod ignorare non potuerit, appareatque tali voluntate fuisse erga eum, quem res attinuit; ut si accidisset, hanc studiose etiam, et cupide vulgaturus fuisset. Etiam idem silentium argumentum falsitatis præbet, dum qui narrant rem factam esse, Scriptores sunt non coævi, sed posteriores; qui tacent, coævi, et domestici. Quod si res talis fuerit, in qua nihil sit, quo minus contingere potuerit, concedemus etiam nos hanc quidem accidere potuisse, factam esse pro certo non habebimus.

§. 6.

Sintne alicujus ponderis anonymorum testimonia. Suspecta Historici Sinceritas, cujus affectatus stilus est.

Sunt etiam Auctores absque certo nomine; vulgo anonymi vocantur. Ut testimonium fide dignum sit, debet de ejus, qui hoc dat, constare scientia, et probitate. Igitur neque hujus, qui ignoratur, quis, et qualis fuerit, testimonium pondus ad faciendam fidem habere debet. Jamque ipsa sui occultatio suspicione non caret, mer-

mercem, quam anonymus protrusit, suspectam debere esse, cum qua prodire aperta facie non sit ausus. Attamen etiam hic locum habet exceptio: si, quamvis proprium nomen auctoris lateat, tamen character hominis, tempus, et ad quos scripserit, aliunde innotuit, sique ex eo tempore, quo liber editus in lucem est, ab iis, qui hunc primi susceperunt, habitus in auetoritate est, atque sic ab his ulterius traditus, ad nos usque, habens existimationem auctoritatis, pervenit. Tali enim pacto, qui coævi fidem istiusmodi anonymi scriptoris probaverunt, testes etiam sunt de ejus fide. Historicus etiam suspectus est, de narrationis suæ sinceritate, qui rem non plane, et simpliciter refert, sed hanc verbis studiose oxornat. Nam qui in oratione ornanda comptis verbis studium posuit, hujus minor cura fuit erga rem ipsam, quamque verbis jam auxerit, jam minuerit.

§. 7.

Observationes Criticæ de fide monumentorum.

Critica, cujus modo præcepta, et observationes traditæ sunt, spectavit ad dijudicandum, quales ii fuerint, qui res memoriæ prodiderunt, sive hi ex professo historiam scripserint, sive in alio genere monumentorum testatum fecerint, quid actum sit, ut qualis fides ipsis habenda esset adverteretur, errorque vitaretur. Habet vero eadem Critica illud etiam officium ut videat, primum sintne monumenta vere illorum, sub quorum nominibus proferuntur; deinde istane permanserint inviolata, et incorrupta. Siquidem has suppositionis, atque interpolationis artes semper

cuerint homines nequissimi non tantum erga Scriptores Ecclesiasticos, verum etiam profanos, quin manus suas nequidem a Scripturis Canonicis continuerint. Dum ergo gravissimi etiam, et intemeratæ fidei Scriptores, ut Cyprianus, Augustinus, Hyeronimus aliique tales velut testes rei, quæ sit acta, producuntur, eorumne testimoniis ex vero nitetur narratio, quæ sunt sumpta nonnisi ex suppositiis eorum nomini operibus, vel interpolatis? Quo circa nemo non videre potest, quam etiam huc necessaria sit Critica. Nec aliunde magis, quam ista ratione, et non discernendo ea, quæ tantum afficta essent Patribus, aliisque Ecclesiasticis Scriptoribus multa sunt in Historia Ecclesiastica pro veris habita, et habentur etiam nunc: ad quorum falsitatem detegendam multum contulit Critica cum alias etiam, tum præsertim superiore Ecclesiæ seculo. Hæc in ipsa Historia deinde venient, memorata jam etiam a me, et demonstrata in Dissertationibus in Selecta Historiæ Ecclesiasticæ argumenta.

Ista autem sunt, quæ esse nobis debent præ oculis ad discernenda vera a falsis monumentis; deinde manserintne integra, vel num sint per interpolationem vitiata, et corrupta. De suppositione primum loquamur, unde hæc agnosci possit. Si liber tantum multo tardius venit ad lucem, quam is vixerit, cui adscribitur, sique hujus nullum exstet vestigium apud eos, qui vel eodem tempore vixerunt, vel hunc secuti sunt proxime cui liber tribuitur, iste habendus est pro suppositio, vel saltem pro suspecto. Caret enim testimonio idoneo quo se probet authenticum. Idque eo fortius futurum est; si vel is cujus dicitur liber esse, alicubi recensuit sua Opera, neque tamen

men hujus fecit mentionem, vel hanc recensionem fecerunt alii, quique de industria inquisiverint in hujus Opera, in qua tamen recensione non existat. Alterum est, quod prodit suppositionem, si liber ita confectus sit, ut in sententiis, assertionibusque suis pugnet cum sententiis, quas docuit, et asseruit idem Scriptor in aliis Operibus; si ea, quæ sunt in libro, longe absint a moribus et indole, sintque dissona ab ejus ingenio, si neque cadant in eum virum, aliunde cognitum, cujus nomine liber prolatus est; si talia in hoc libro sint, quæ nondum fuerunt eo tempore quo vixit, et scripsit is, cujus dicitur liber esse; si in hoc etiam stili sit diversitas ab eo stilo, quo idem, cui datus liber est, usus in aliis suis Operibus fuit.

Quod si de libro aliunde notum sit, hunc esse revera illius, cujus nomen gerit, et tamen talia continet, qualia modo dicta sunt de suppositione unde adverti ista possit, iste erit interpolatus Hæc autem et inde observari potest, dum Scriptor posterior ex illo sumpsit, quæ literis tradidit, neque tamen illud affert, quamvis valde memorabile, quod in libro existit, de quo quæritur, manseritne inviolatus. Socrates, et Theodoretus, qui in sua historia plura transcripserunt ex S. Athanasio, tamen id, quod legitur in eodem Athanasio de Liberio Papa, hujusque subscriptione formulæ fidei confectæ ab Arianis, non tantum non memorant, sed aliam etiam assignant causam, quæ Constantio Imperatori fuerit, Liberium revocandi ab exilio. Igitur hinc rectene conclusi in meis Dissertationibus Dissertatione decima, hunc locum in Athanasio esse vitiatum, et interpolatum? Etiam interpolationis, et corruptionis erit indicium, si nunc locus quispiam aliter

se

se habeat in codicibus Scriptoris, quam hunc sit legere in codicibus antiquioribus, vel si nequidem in his exstet, tantoque magis licebit fraudem advertere, si in tali loco, de quo excitata suspicio interpolationis, vel mutilationis est, non cohæreant antecedentia cum consequentibus.

Interpolationes, atque ipsæ etiam suppositiones in codicibus scriptorum non sunt factæ semper ex pravitate talium, qui ut fulcrum suis non bonis sententiis conquirerent, istas subtruserunt, et affinxerunt tum aliis, tum ipsis etiam Patribus, sed interpolationes contigerunt per librarios jam transcriptionem facientes sine debita attentione, et diligentia, jam etiam voluntarie, dum putassent quidpiam vitiose scriptum esse, quod non intellexerunt, et idcirco mutarunt. Quos quidem nævos, qui a librariis processerunt, facilius est advertere, et tollere vel ex contextu sermonis, vel ex comparatione, et collatione cum aliis codicibus. Ab interpolatione, mutilatione, atque ipsa etiam suppositione non manserunt immunia ipsa etiam Conciliorum generalium Acta, talemque casum subiit jam ipsum Concilium I. Nicænum, et Constantinopolitanum I. pariter generale concilium, ut ostendi in meis Dissertationibus, et in his etiam Institutionibus Historiæ declarabitur.

§. 8.

§. 8.

De *Critica speciatim. Hæc qua ratione debeat fieri in Eusebio Cæsareensi, tamquam in exemplo, ostenditur.*

Hactenus sermo fuit de Critica generaliter. Quod si vero in hac itum fuerit per Historiæ confectores ad iudicium faciendum, qualis quis eorum sit, et cujus fidei, qualisque ejus auctoritas existimanda sit; hæc Critica jam erit specialis. Qui incunabula Ecclesiæ describunt, sunt Evangelistæ in Evangelio, et Lucas insuper in Actis Apostolorum: quæque etiam proprie historica narratio est. Multa vero etiam de primævo Statu Ecclesiæ colliguntur ex Epistolis Apostolorum, et ex ipsa etiam Apocalypsi S. Joannis. Qui cum scriptores fuerint divinitus inspirati, in horum scriptis nihil potest esse, de quo vel suspicionem fas sit movere, falsumne sit, vel incertum quod narratur. Ad alios igitur, qui postea jam absque præsidio divinæ inspirationis scripserunt de rebus Ecclesiæ, hæc referenda crisis erit.

Tali historia, quæ quidem ad nos usque pervenerit, ea, quæ Eusebii Cæsareensis est, antiquiorem nullam habemus. Ab Ecclesiæ ipsis cunabulis hanc incepit, perduxitque usque ad annum 24. Constantini M. qui a Christo fuit annus 324. libris decem. Dixi, quæ usque ad nos pervenerit. Siquidem etiam Hegesippus seculo Ecclesiæ secundo. et Julius Africanus seculo tertio bene meriti de Historia sint, ille in libris quinque, quæ ὑπομνήματα τῶν ἐκκλησιαστικῶν πράξεων *Commentarios Actorum Ecelesiasticorum* vocavit, hic in libris pariter quinque Chronographiæ ab Orbe condito us-

que

que ad anum 221. post Christum natum: in quibus, testimonio Photii, nihil eorum prætermisit, quæ digna memoratu fuerunt. Utraque hæc Historiæ monumenta interciderunt: attamen ipsi etiam Eusebio pro fonte fuerunt, unde Historiam suam hauserit ad illud usque tempus, ad quod usque Hegesippus in suis Commentariis, Julius Africanus in Chronographia sua pervenit.

Jam si crisim velimus instituere, cujus fidei habenda sit hæc Historia Eusebii, non desunt, qui hunc ita suspiciant, ut laudent tanquam etiam parentem Ecclesiasticæ Historiæ. Hoc ei elogium competere potest, quatenus primus est ante eos, quorum monumenta historiarum vetusta habemus, non quasi bonæ fidei historicus semper, et ubique fuisset. Is lib. 10. Hist. Eccl. cap. 8. et 9. refert victoriam Constantini M. de Licinio, rem, quæ contigit an. 324. Anno subsequente celebratum fuit Concilium Nicænum in causa Arii. In hac victoria Eusebius substitit, historiamque suam abrupit, nec in hac, quam Historiam Ecclesiasticam volebat esse, quidpiam memoravit de re tanti momenti, quanti fuit hoc generale concilium, atque omnium primum, de quo scribere vel maxime pertinebat ad Historicum, dumque huic concilio ipse etiam affuisset. Jam Arius ab octo circiter annis non solummodo Ægyptum, verum etiam Palæstinam, aliasque plures provincias errore suo infecerat, et ob quam causam de Ario plures jam Synodi habitæ erant. Eusebius nihilominus ne verbulum quidem de his fecit. Cur, jam supra §pho 5. indicatum est. In libris vero quatuor suis de Vita Constantini M. dum non potuisset præterire omnem Concilii Nicæni mentionem, nisi et in Constantini laudibus vellet supprimere ea, quæ

is egit in hoc Concilio, tamque memoria, atque laude digna; tamen reticuit studiose id omne, quod actum fuit contra Arium ejusque fautores in hoc concilio. Nam quod dicit de Ario, et re, adversus hunc acta, istud solummodo est. Constantinum, audita dissensione inter Alexandrum Episcopum Alexandrinum, et Arium, gravi dolore affectum per literas studuisse dissidentes ad concordiam revocare: cumque hoc svadendo perficere non potuisset, Synodum undique convocasse, sicque sopito tumultu pacem restituisse. Quam obrem Photius *Biblioth. Cap.* 127. Eusebium plane sui similem dixit etiam in hoc Opere: qui perinde, ut in Historia dissimulaverit, quæ ei fuissent dicenda de Ario. Æque Socrates, tametsi suscepisset ejus Historiam continuandam, *lib.* 1. *Hist. Eccl. Cap.* 23. eumdem vocat bilingvem. Synodus quoque Nicæna II. Generalis dixit Eusebium aliter, atque aliter secundum tempus, et causas fuisse conspersum, hoc est, qui aliam, atque aliam, formam induerit, et uno verbo, versipellis fuerit.

Etiam in ceteris sunt, quæ prodant non omnia esse ab eo scripta ex vero, sed neque testimonia semper protulit ita, ut erant, quæ sumpsit ex aliis Scriptoribus. Scripsit *lib.* 2. *Hist. Eccl. Cap.* 23. Jacobum, qui frater Domini vocabatur, suscepisse Ecclesiæ administrationem, quasi universalem, idque auctore Hegesippo, tam improvide contra id, quod asseruit, ut cum deinde ipsa etiam hujus verba attulisset, hoc in istius verbis non sit, quæ sunt etiam ab Eusebio producta, tantum ista: *Ecclesiæ administrationem una cum Apostolis suscepit Jacobus frater Domini.* Quo rem direxerit, ex ejus his antecedentibus verbis

Cap.

Cap. 1. ejusdem libri 2. adverti potest: *Quamvis Dominus Petrum, Jacobum, et Joannem ceteris prætulisset, non idcirco de primo honoris gradu inter se contendebant, sed Jacobum Hierosolymorum Episcopum elegerunt.* Nam primus honoris gradus fuitne Episcopatus Jerosolymitanus? hunc ne primum gradum tenuit Jacobus inter Apostolos? et istene primus honoris gradus venit tantum ab instituto Apostolorum? Ubi igitur erit Primatus Petri, suam ducens originem ab ipso Christo? Auctoritatem Romani Pontificis etiam Ariani inviti ferebant, quam suis molitionibus experiebantur contrariam. Huc itaque tendit, quod non de uno Petro, sed de Petro, Jacobo, et Joanne, a Christo ceteris Apostolis antelatis, deque primo gradu honoris, qui sit Jacobo collatus, idque tantum ab Apostolis, deque Ecclesiæ administratione universali, quam idem susceperit Jacobus, scripsit Eusebius nonnisi subdole.

Idem citato loco scriptum reliquit, eidem Jacobo, fuisse concessum ab Judæis ob venerationem qua eum prosecuti sint, ut quotiescunque voluisset, Sancta sanctorum templi ingredi potuerit: quando constat, huc nonnisi Summo Sacerdoti, tantumque in anno semel ingredi licitum fuisse. Et Judæis fuitne in aliqua veneratione Christianus? Æque lamina aurea, quam scribit, gestatam esse ab eodem Jacobo, et ab Joanne in fronte, prout mos erat Summo Sacerdoti Judæorum, velut insigne Episcopatus, debet esse nonnisi Commentum, et fabula. Henricus Valesius Eusebii Historiam in latinum vertit, et notis illustravit, cujus etiam patrocinium suscepit. Idem tamen confiteri coactus est, non esse expertem falsitatis. Loca quæpiam, ubi se hæc prodit, in Rufi-

fi-

finum confert, qui eam primus in latinum vertit; quodque non fecerit fideliter; et ne infidelitas versionis appareret, in Græca etiam lingva interpolaverit Eusebium. Quæ Valesii omnino fundata est accussatio Rufini. Nam iste quod non reliquerit inviolatum Eusebium, seipsum prodidit in Apologia, dicens, se librum nonum, et decinum Historiæ Eusebii in unum contexuisse librum. Jamque per Acacium, et Euzonium, qui successores Eusebii in Episcopatu fuerunt, teste S. Hieronymo Epist. 141. ad Marcellum, tota bibliotheca Eusebii, quam reliquerat, specie instaurationis fuit transcripta in membranas alias. Quæ qualis transcriptio fuerit, judicare licet ex Arianorum moribus, aliorumque hæreticorum, qualiaque exempla jam ex primis seculis memorat lib. 5. H. E. Cap. 28. etiam ipse Eusebius. Hoc in exemplo de Eusebio volui ostendere, ut monerem, quam videndum sit, Historici, non tantum qualis sit character, verum etiam, num monumenta, ex quibus Historiam haurimus, manserint mutationis, et interpolationis expertia. Eusebii ejusdem aliud Opus ad Historiam conferens, est etiam Chronicon: in quo, imitatus Julium Africanum, ab orbe condito usque ad a. Chr. 325. res memorabiles omnes etiam in successionibus imperiorum et regnorum collegit, et juxta seriem temporis adnotavit.

§. 9.

Scriptores Historiæ Ecclesiasticæ post Eusebium.

Post Eusebium Historiæ Scriptores Ecclesiasticæ fuerunt, *Socrates*, et *Hermias Sozomenus*, uter-

uterque dictus Scholasticus, id est, Causidicus: Ille libris septem ab a. 306. usque ad a. 439. hic libris novem ab a. 323. usque ad a. 423. suam perfecit Historiam. Neuter etiam immunis ab eo, quod in Historico debet esse, ne partium studio deditus esset. Namque ambos Novatianis fuisse addictos, ostendunt res in eorum favorem scriptæ. Hos secuti sunt *Theodoretus*, *Philostorgius*, *Theodorus*, et *Evagrius*. Theodoretus Episcopus Cyri in Syria præter alia Opera libros quinque Historiæ Ecclesiasticæ composuit ab a. 322. usque ad a. 427. Nestorio primum deditus, sed mox ita ei factus contrarius, ut in Ephesina pseudo-synodo idcirco ex Episcopatu dejectus sit: sed quem recuperavit, ad eumdem repositus a Leone M. Rom. Pont. Philostorgius fuit Arianus e Cappadocia: libros duodecim composuit historiæ ab exortu hæresis Arianæ usque ad a. 425. cujus Epitome tantummodo superest facta a Photio. Theodorus Lector Ecclesiæ Constantinopolitanæ continuavit Socratis historiam usque a. 518. cujus pariter tantum sola Excerpta hodie supersunt. Evagrius Causidicus Antiochenus et ipse Socratis, et Theodoreti Historiam continuavit libris sex ab a. 431. ad a. 594. Omnes hi Græca lingva usi sunt in scribendo. Henr. Valesius eos latine vertit.

Sulpitius Severus Presbyter, discipulus S. Martini Episc. Turon. scripsit Epitomen Historiæ Sacræ a mundo condito usque ad Christum natum, et insuper historiam trium primorum Ecclesiæ seculorum, a stili venustate, et concinnitate Sallustio, et Tacito comparatus. *Rufinus* Presbyter Aquilejensis eodem seculo quinto, quo Sulpitius, Historiam confecit libris undecim, quam ex Eusebio maximam partem sumpsit, cumque ejus

trans-

transformatione, prout ei visum fuit. Ex his duo postremi continent historiam propria industria confectam. *Paulus Orosius* Hispanus Presbyter Tarraconensis libros septem Historiarum contra Paganos hortatu S. Augustini scripsit, adversa, et calamitates, quibus fuit jactatum Romanum Imperium, Religioni imputantes Christianæ. Post hos seculo sexto *Epiphanius* Scholasticus Italus Historiam, quæ Tripartita vocatur, confecit latino sermone, e Socrate, Sozomeno, et Theodoreto excerptam.

Hos secuti sunt *Scriptores Byzantinæ historiæ* a seculo sexto ad seculum usque decimum quintum. *Nicephorus Callistus* Historiam elucubravit a Christo usque ad a. 610. libris tribus, et viginti: e quibus ultimi quinque interierunt. *Liberatus* Diaconus Carthaginensis historiam hæreseos Nestorianæ, et Eutychianæ scripsit sub nomine Breviarii. *Basilius Cilix* Presbyter Antiochenus seculo sexto ineunte libros sex Historiæ Ecclesiasticæ exaravit: cujus sola memoria remansit apud Photium *Cod.* 107. et Nicephorum in principio Operis. *Anastasius Sinaita* seculo septimo historiam hæresum, et Conciliorum confecit ab Ecclesiæ principio usque ad Constantinopolitanum VI. generale concilium a. 680. adversus Monothelitas celebratum. *Ven. Beda* Anglus Monachus in omni genere literarum versatissimus scripsit seculo octavo historiam gentis Anglorum, Martyrologium, et Sanctorum vitas. Seculo nono *Photius*, qui istius disjunctionis prima fundamenta jecit, quæ nunc etiam durat Græcorum ab Romana Ecclesia, composuit Bibliothecam, quam Μυριόβιβλον inscripsit, in qua ducentos octoginta Scriptores recenset, quorumque fragmenta exhibet.

Edi-

Edidit quoque Acta septem Conciliorum generalium in compendium contracta præter quædamjalia. *Haymo* Floriacensis, Monachus Anglus circa a. 1020. auctor est Historiæ a Justiniano Imp. usque ad Carolum M. quam Gulielmus Malmesburiensis in epitomen contraxit. *Luithprandus* Diaconus Ticinensis, postea Episcopus Cremonensis, seculo decimo Historiam scripsit rerum, quæ in Europa acciderunt sua ætate libris sex: librum quoque composuit de Romanis Pontificibus. *Sigebertus Gemblacensis* seculo duodecimo scripsit Chronicon ab a. 381 usque ad a. 1112. nec non librum de Scriptoribus Ecclesiasticis. *Otho Frisingensis* æque Chronicon, eodemque seculo composuit libris septem a mundo condito usque ad a. Chr. 1146 Seculo decimo quinto *Baptista Platina* (quidam Bartholomæum vocant, non recte) scripsit Vitas Romanorum Pontificum a S. Petro ad sua usque tempora.

E reliquis, qui deinceps in excolenda Historia Ecclesiastica studium, et laborem præ ceteris posuerunt, sunt præcipue memorandi: *Cæsar Baronius* Cardinalis notissimus ab Annalibus Ecclesiasticis, quos usque ad a. 1198. perduxit, natus Sorae in Italia a. 1538. vita functus a. 1607. *Henricus Spondanus* Episcopus Appamiensis hos in epitomen contraxit, et ulterius usque a. 1640. perduxit. Idem quoad continuationem Annalium Baronii fecit Odoricus Raynaldus, et Jacobus Laderchius ejusdem cum Baronio Congregationis Oratorii. In eosdem Annales *Antonius Pagius* Ord. Minor. Convent. animadversiones Historicas, et Criticas fecit: cujus nepos *Franciscus Pagius* non tantum Antonii Pagii postrema scripta perpolivit, verum

verum etiam Historiam Romanorum Pontificum per seipsum composuit.

Acta Sanctorum seculo eodem decimo septimo colligere, et typis edere coepit *Joannes Bollandus* e S. I. executus Consilium, quod conceperat Heribertus Rosweidus ejusdem Societatis. Ad quod deinde criticum, et eruditissimum Opus continuandum multi operam suam contulerunt, et facto initio a die 1. Januarii procedendo per omnes anni dies Sanctorum, quorum quaque die memoria colitur, vitam descripserunt, et critice usque ad Octobrem in magnis voluminibus quinquaginta in folio perduxerunt. Historiam Concilii Tridentini scripsit Cardinalis Pallavicini e S. I. Suscepitque hoc Opus, ut refutaret historiam ejusdem Concilii, scriptam a Paulo Sarpi sub nomine Svavis ex Ordine Servorum B. V. Theologi Reipublicæ Venetæ. *Jacobus Hyacinthus Serry* historiam scripsit Congregationis de Auxiliis. *Ludovicus Maria Lucini* ex iis, qui de Ritibus Sinensium egerunt, Scriptor videtur fuisse omnium luculentissimus. Ceteri adhuc memorabiliores sunt, Ignatius de Graveson, Josephus Augustinus Orsius Card. Mamachius in Originibus Ecclesiasticis, Claudius Fleury, ejusque Continuatores, Natalis Alexander, Laurentius Berti in Dissertationibus, et Breviario suo Historiæ Ecclesiasticæ, demumque Gaspar Saccarelli.

Etiam ex iis, qui Augustanæ, et Helveticæ Confessioni addicti sunt, non defuerunt, qui ad scribendam Historiam Ecclesiasticam suum omnem conatum converterint. Matthias Flaccius Illyricus e Protestantibus omnium primus adjunctis sibi pluribus sociis, historiam Ecclesiasticam confecit

tre-

tredecim primorum Ecclesiæ seculorum totidem voluminibus, quodvis seculum dispescens, et partiens in partes centum; unde confectores istius historiæ, dicti sunt Centuriatores Magdeburgenses. Magdeburgum enim fuit, ubi hunc partum ediderunt. Baronius in suis Annalibus adversum hos Centuriatores suscepit laborem suæ scribendæ Historiæ. Hos Samuel Basnagius Anglus adgressus est ita, ut jam in fronte sui libri, cui nomen dedit Annalium Politico - Ecclesiasticorum, venditaverit, se Baronio errores erepturum. Ad spatium sex seculorum se illius Annales extendunt. Ceteri in hoc genere literarum clariores sunt e Confessione Augustana Jo. Laurentius Mosheim, Christ. Guiliel. Franciscus Walchius, qui historiam Hæresium, Conciliorum, et Pontificum Romanorum scripsit, et Matthias Schroeck; e Confessione Helvetica Josephus Bingham, Jo. Henricus Hottingerus, Fridericus Spanheimius.

§. 10.

Quid Historia Ecclesiastica conferat ad doctrinam Religionis. Qualiter ex ea instituendum sit argumentum.

Historia Ecclesiastica docet, et ostendit, quale quidque in doctrina Religionis fuerit in Ecclesia jam ab ejus cunabulis, hoc deinde quomodo servatum, et continuatum sit ulterius ad nostra usque tempora, nec non quando quæ novitas pullulare cœperit, et qui hanc secuti novitatem a vera Religionis doctrina discrepantem, se se alienaverint ab Ecclesia. Itaque Ecclesia Catholica ope Traditionis, quæ se exhibet in Historia et antea sem-

semper, et nunc convincit de falsitate dogmatum eos, qui nova sibi, et alia, quam Ecclesia Catholica profitetur, dogmata assumentes, recedunt ab eadem Ecclesia. Religionem nobis Christus tradidit partim per seipsum in Evangelio, partim per Apostolos, qui pro Christo functi legatione sunt ad idem Evangelium propagandum. 2. *Cor.* 5. ℣. 20. Est una Fides. *Eph.* 4. ℣. 5. Igitur nec fides potest esse vera, nisi quæ jam ab initio exstitit in Ecclesia: neque alia quam falsa esse potest, quæ ab hac, quæ una est, differt, et discrepat.

Hoc non tantum senserunt, et agnoverunt initio ipsi etiam Protestantes, verum etiam eo consilio Historiam suam adornarunt Centuriatores Magdeburgenses, ut hinc ea, quæ dissona ab Ecclesiæ Catholicæ doctrina sibi assumpserunt dogmata, testimonium quasi antiquitatis, quæ a Christo, et Apostolis originem ducat, acciperent. Iidemque semper monumenta Historiæ Ecclesiasticæ adhibuerunt, hinc volentes probare sua dogmata esse dogmata primævæ Ecclesiæ. Sed cum ex Historia quærere, et sumere oporteret, quid obtinuerit antiquitus, illi agunt inverso ordine, suaque dogmata prius statuunt esse certa, et indubitata, ac deinde quidquid occurrit in Historia, quod non se ita habet, quemadmodum ipsi sibi posuerunt, id omne arguunt, non tale mansisse in Ecclesia, quale fuit in principio ex Christi, et Apostolorum instituto, descivisseque a sua integritate. Hac ratione, dum Primatum esse a Christo in Ecclesia institutum, non habent inter sua dogmata; ubicumque Historia Ecclesiastica testatur jam primis etiam Ecclesiæ seculis, Romanum Pontificem exercuisse potestatem supra Episcopos Ecclesiarum aliarum, id negant factum esse jure, et legitime,

tantumque ex ambitiosa dominandi in alios cupiditate, quosque usi astutia, et calliditate sub suam potestatem traxerint. Dum iidem legunt in eadem Historia etiam primorum seculorum in Ecclesia etiam ab Episcopis vitæ sanctimonia, et eruditione excellentissimis invocatos esse Sanctos vita functos, eorumque imploratum patrocinium apud Deum, ista etiam in his sanctissimis, et doctissimis Episcopis jam fuit superstitio, et depravatio puræ Religionis. Sic faciunt in omnibus ceteris, quæcumque sibi ipsis per suam reformationem, ut eam vocant, fecerunt placita Religionis, distincta ab iis, quæ et nunc vigent, et semper viguerunt in Ecclesia instituta Religionis.

Jamque periodo I. Historiæ, quæ tempus a Christo nato usque ad Constantinum M. ab a. 1. Aer. Vulg. usque 306. complectitur, ponunt, non perstitisse omni ex parte sinceram, ac incorruptam Religionem, tantoque minus succedente periodo altera, et tertia: nec jam his temporibus Religionem mansisse amplius sui juris, sed factam hominum libidini obnoxiam, rituumque innumerabili multitudine atque in his permultis etiam absonis, et nugacibus, oppressam cessisse matu[illegible] superstitioni, quæque Religio nonnisi a Luth[illegible] ætate per eumdem Lutherum, Zwinglium, horum que similes feliciter instaurata sit. *a*) Ipsa illa Magdeburgensibus per centurias assumpta meth[illegible] dus tractandae Historiæ, et altera quoque per P[illegible] riodos cujus inceptor fuit Mosheimius, Protesta[illegible] tibus præplacuit, quod adcommodatior esset, [illegible] tale imperium exercendum in Historia: ubi n[illegible] tam

---

a) Jo. Matthiæ Schroeckhii Historia Religi[illegible] Præparation. §. 23. etss. Edit. Vindobon. 1786.

tam facta, historica narratione, exhiberentur ad videndum, quid in Ecclesia viguerit, sed tantummodo decerneretur, quid quasi recte, vel secus actum sit, instituta crisi juxta normam propriorum placitorum in Religione. Talis per periodos historiæ tractandæ ratio est magis crisis, facta ex præjudicatis opinionibus, non aliqua vera historia.

CAPUT II.

DE CHRONOLOGIA.

§. 1.

Chronologia altera Mathematica, altera Hist rica. De anno Solari.

Historia nisi distincta sit, et illustrata lumi ad videndum, res, quæ narrantur, quo tempo atque loco actæ sint, fabulæ similior est, qua verae narrationi. Ex quo sequitur, eum, qui h storiam cognoscere plene vult, debere instructu esse scientia Chronologiæ, et Geographiæ. H regionum atque locorum, illa temporum desci ptio est. De illa prius, deinde de hac agetur.

Ad metiendum, et definiendum tempus, qu Græce χρόνος vocatur, cursus adhibetur solis, lunæ perpetua populorum omnium consvetudir Solis conversio annum efficit, lunæ mensem. Obse vare cursum solis, lunæ, aliorumque astrorur atque ope calculi investigare, et designare vicis tudines, quæ in his fiunt, necnon harum tempo determinare, ad scientiam pertinet Chronolc mathematici, et Astrologi. Altera Chronolog est historica: quæ ostendit, quomodo ratio ter porum, quæ ab Historicis non eodem modo in est, et computata a diversis initiis, redigenda ad eam computandi formam, quæ nobis usita est, atque sic intelligentiam de tempore, quo r quævis acta sit, assequamur. Neque tamen etia

hæc

hæc historica potest prorsus carere notitia Chronologiæ mathematicæ: siquidem ab hac venerit ipsa etiam mensura annorum, mensium, dierum, quæ in historia quoque obtinet.

Annum sol efficit sua conversione una, mensem luna pariter una conversione. Hujus conversiones duodecim etiam faciunt annum, sed lunarem: alter, qui solis conversionem habet pro mensura, annus est solaris. Etiam vero iste non unus, idemque est. Annus, qui continet plene, et perfecte totum illud spatium temporis, quo peracto sol redit in sua conversione ad idem punctum, unde discessit, annus vocatur Tropicus, alter est Civilis, qui in annis numerandis adhibetur, nec accurate sumptus est. Annus Tropicus ne idem quidem semper est. Siquidem solis etiam conversio ab uno ad alterum cardinem jam aliquantulo longior, jam brevior sit, ideoque nec Astronomi hunc determinare accurate sciant. Attamen mediam sequendo viam inter summam ejus, et longitudinem, et brevitatem, definiunt hi annum Tropicum esse dierum 365, horarum 5, minutorum primorum 49. Annus civilis solet etiam annus Julianus appellari.

Hanc ab Julio Cæsare accepit denominationem annus civilis. Nam cum ab anno Tropico ex neglecta differentia jam ita discrepasset, istumque antecurrisset, siquidem brevior esset, ut mensis Januarius in anno Civili initium duceret ab aliqua die, qui debebat esse dies mensis Octobris; Julius Cæsar, usus opera Sosigenis Astronomi Alexandrini, correxit Calendarium intercalando mensem Februarium diebus tribus, et viginti, atque inter Novembrem, et Decembrem interponendo menses duos dierum septem, et sexaginta, ita ut annus iste evaserit longus dies 445. Annus hic fuit

Pe-

Periodi Julianæ 4669. ante Christi natalem q
dragesimus quintus, qui annus confusionis eti
solet vocari. Annus 46. ante Æram Christian
fuit primus post factam correctionem ab Jı
Cæsare ea ratione, ut deinceps annus haberet
365, quovis autem anno quarto dies unus inteı
laretur, mensi Februario inserendo unum di
ante 6. Cal. Martias: qui propterea etiam nı
bis Sexto Calendas Martii appellatur.

Est demonstratum supra annum Tropicum
se dierum 365, horarum 5, minutorum 49.
que annus Tropicus quovis anno antecessit eti
annum Julianum minutis 11. Hæc per annos 1
131. id est, $130\frac{10}{11}$ effecerunt diem unum: qui
peritur ex divisione minutorum 1440, quibus c
stat dies una, per minuta 11. quibus brevior
annus Tropicus anno Juliano. Unde factum
ut manente anno Juliano, ejusque æquinoctio v
nali in suo loco, hunc Julianum annus Tropi
antecederet singulis annis minutis 11: quæ us
ad a. C. 1582. differentiam effecerunt dierum
cem; dumque æquinoctium vernum fixum fui
ex statuto Concilii Nicæni in die 21. Martii,
æquinoctium, quoad supputationem Juliani
lendarii non manserit, sed spatio dierum de
motum in anteriorem partem sit: semperque ı
gis recessisset, nisi, ne fieret, provisum fuisse

Id factum est per Gregorium XIII. Rom. Pc
qui ut annum Julianum revocaret ad legem a
Tropici, eodem anno 1582. cum aliorum Ast
nomorum, tum præsertim Aloysii Lilii usus o
ra, secutusque correctionis rationem ab his ol
tam, et propositam, post diem quartam Octol
jussit omitti dies sequentes decem, transitum
iı

in Calendario est a die 4. Octobr. ad diem 15. ejusdem mensis, ut hac ratione æquinoctium decem dierum spatio in partem anteriorem motum, rursus cum æquinoctio anni Tropici in Calendario conjungeretur. Ne autem eadem aberratio aliquando iterum contingeret, constitutum est, ut deinceps post annum secularem 1600. primo, secundo, et tertio seculari anno dies bissextiles omitterentur, quovis autem anno quarto seculari adderentur: siquidem non annis 100, sed 131. dies unus, neque is accurate accresceret anno Juliano, quo Tropicum superaret. Sed neque mensura anni Tropici dierum 365, horarum 5, minutorum 49, est talis, in qua Astronomi conveniant. Alphonsus X. Rex Legionis, et Castiliae seculo decimo tertio, adhibitis veterum etiam Astronomorum observationibus, statuit, Astronomorum suorum consilio, annum Tropicum habere dies 365, horas 5, minuta 49′, 15″, 58‴, 49⁗: quam eamdem mensuram Gregorius XIII. in correctione anni Juliani secutus est.

Annus Julianus fere ab omnibus populis receptus fuit. Annus Gregorianus eodem statim anno 1582. quo facta correctio est, in Italia, Gallia, Hispania, Portugallia, et in Catholicis Germaniæ terris; anno 1586. in Polonia, a. 1588. in Hungaria, et duobus annis post in Transilvania. Protestantes utriusque Confessionis, quod auctore Romano Pontifice facta esset, Correctionem hanc recipere noluerunt. Attamen cum non possent non videre necessitatem istius correctionis, anno 1700. et ipsi hanc fecerunt, et post diem 18. Februarii, qui dies 29 habebat, abjectis diebus 11. ad diem 1. Martii transiverunt. Jam enim a correctione Gregoriana in Juliano Calendario rursus

ad

ad hoc usque tempus dies una accreverat differentiæ inter hoc vetus Julianum, et novum Gregorianum Calendarium. Protestantes tametsi in in sua hac correctione post correctionem Gregorii iverint, sibi tamen ipsis hanc solent tribuere. Itaque hanc veluti a se profectam, receperunt illico hi omnes in Germania, nec non Hollandia, Dania, et Helvetia. Anglia idem fecit, sed nonnisi a. 1752. Svecia a. 1753. Necdum tamen Protestantes nobiscum in Calendario etiam consenserunt. Nam non eo minus hi anno 1724. et 1744. Pascha una septimana tardius, quam nos, et anno 1778. una septimana prius hoc celebrassent, nisi anno 1776. vel, ut aliqui habent, a 1777. Gregorianum Calendarium ipsi etiam recepissent. Josephus II. Imperator ad hoc permovit Protestantes in Germania, quosque secuti sunt Protestantes et alibi. Cur correctione facta Calendarii ad eum modum, quo hæc facta erat etiam a Gregorio XIII. tamen nonnumquam discrepaverint in Paschate a nobis, inde venit; quod hi ad determinandum Pascha usi sint calculo astronomico juxta Tabellam Keplero-Rudolphinam, dum vero Catholici huc utuntur Cyclo Epactarum, et Literarum Dominicalium. Russi, et Græci nec tantum communione a nobis disjuncti, verum etiam conjuncti retinent adhuc Calendarium Julianum. Nec tamen etiam juxta hoc videntur semper servare diem, quo Pascha celebrandum haberent. Post æquinoctium vernum, positum ad diem 21. Martii a Concilio Nicæno est hoc celebrandum die Dominica post lunam 14. ejusdem æquinoctii verni, hoc est quæ dies decima quarta lunæ cadit vel in ipsam diem qua æquinoctium est, vel in aliquam subsequentem. Anno superiore 1823. juxta ipsorum Calendarium luna 14. post æquinoctium ver-

num

num incidit in diem 12. Aprilis, quæ fuit feria hebdomadæ quinta. Igitur die Dominica quæ subsequebatur, diesque 15. fuit Aprilis, fuisset ipsis celebrandum Pascha. Non autem hac, sed sequente Dominica, die 22. Aprilis hoc celebraverunt. Sic eos non servasse diem, quo celebrandum fuisset Pascha juxta suum vetus Calendarium, jam ipse observavi aliquoties.

§. 2.

Annus Lunaris. Cyclus Lunaris.

Etsi vero unus sol ex astris mensuram nobis det, et anni descriptionem; multæ tamen nationes, ipsique etiam Hebræi lunæ cursum, et conversiones adhibuerunt ad annos metiendos, et supputandos. Luna orbem suum perficit diebus 27, horis 7, 43′, 7″: qui mensis *Periodicus* vocatur. Præter hunc autem alter etiam mensis est, dictus *Synodicus*, tempusque illud continens, quo luna a sole digressa hunc rursus assequitur. Siquidem interim, donec luna orbem suum perficiat, sol gradibus fere viginti septem ulterius provehatur, hosque luna emetiendos habeat, ut cum sole conjunctim præter suam propriam orbitam feratur. Hic mensis *Synodicus* constat diebus 29, horis 12, 44′, 3″, etc. qui duodecies repetitus annum efficit dierum 354, horarum 8, 48′, 38″.

Hi menses rursus alii sunt *Astronomici*, alii *Civiles*. Astronomicis ea est mensura temporis, quæ modo dicta est. Civiles sunt dierum 29, et 30 alternatim. Qui his mensibus usi sunt, illud, quod fuit neglectum ex minutorum prætermissio-

ne

ne, colligebant, et postquam ad quantitatem unius diei perventum fuit, hunc deinde diem adjecerunt, ut annus lunaris cum solari congrueret. Hebræi et ipsi annum duodecim conversionibus lunæ metientes jam post annum unum, jam post alterum adjecerunt mensem integrum, quem *Veadar* nominarunt, hoc est, alterum Adar, utpose, quem bis numeraverint, ut a nobis fit in die, qui intercalatur anno bissextili. Adar mensis Hebræorum nostro Februario respondet. Arabes, Saraceni, Turcæ hoc facere negligunt. Unde fit, ut hi neque anni initium, præcise sumentes menses duodecim, per totidem lunæ conversiones definitos, pro anno uno, certum, atque defixum habeant: semperque hunc in novilunio incipiant, quod post lunæ duodecim integros orbes contingit.

At vero omnes fere alii populi, anno utentes lunari, hunc cum solari componere studuerunt, excogitata annorum periodo, qua peracta obtinerent solis, et lunæ ad idem punctum reversionem. Hanc cum primo sibi constituissent periodum annorum duorum, deinde quatuor, postea octo, tandem devenerunt in Græcia ad annos 19, quem Cyclum annorum novemdecim, Græco vocabulo ἐννεαδεκαετηρίδα appellarunt. Meton hujus inventor fuit astrologus, juxta Ptolemæum anno quarto Olympiadis 86. quemque et aliæ nationes assumpserunt, ipsique etiam Christiani ad Pascha determinandum. Quia tamen anni 19. Juliani non conveniunt cum hoc Cyclo, et circuitu lunari, siquidem anni Juliani 19. faciant dies 6939, horas 18: at vero anni totidem lunares constent diebus fere 6732, horis 23, 24′, 5″, sitque differentia mensium 7; hi idcirco menses septem sunt certis annis additi Cyclo intercalares, qui Ἐμβολιμαῖοι dicti

a

a Græcis sunt. Sed neque hac ratione adhuc Cyclus iste novemdecennalis cum annis 19 Julianis accurate congruit, breviorque est circiter hora 1, 27′, 32″. Numerus in hoc Cyclo lunari quisque, verbi gratia tertius, quartus etc. solet numerus aureus appellari.

Non defuerunt nationes, quæ lunarem annum nequidem ex duodecim menstruis lunæ conversionibus confectum haberent. Ipsis Romanis sub Romulo annus tantummodo decem mensium fuit, quem a mense Martio inchoarunt. Numa postea duos, Januarium, et Februarium addidit, annique initium in principio mensis Januarii defixit. Ægyptiis juxta Plinium, Censorinum, et Diodorum Siculum, anni jam unius, jam duorum, jam trium mensium fuerunt, ut S. Augustinus *lib.* 1. *de Civ. Dei Cap.* 10. perhibet, quatuor, cujus hæc sunt verba: *Perhibentur Ægyptii quondam tam breves annos habuisse, ut quaternis mensibus finirentur.* Hinc existit ille portentosus annorum numerus apud eosdem Ægyptios, ut ab Osiride usque ad Alexandrum M. juxta alios decem millia, juxta alios tria, et viginti millia annorum teste Diodoro Siculo numeraverint. Inde quoque tantus iste numerus annorum Ægyptiis fuit, quod cum divisi essent in plures dynastias, ex annis, quibus dynastæ non alii post alios, sed tempore eodem in diversis locis, et regionibus Ægypti regnarunt, illam summam annorum confecerint ad gentis suæ antiquitatem jactandam. Eosdem Ægyptios fabulatos esse, in hac sua numeratione annorum hinc etiam apparet, quod eodem Diodoro Siculo *Biblioth. lib.* 1. venditaverint, deos fuisse, qui primi eorum reges fuerunt, idque spatio annorum octies decies mille.

§. 3.

§. 3.

Cyclus Solis, Cyclus Indictionum.

Praeter hunc Cylum lunarem annorum 19, est Chronologis alter etiam Cyclus solis, nec non Indictionum. Cyclus solis constat annis 28. Hujus inventor fuit Sosigenes, idem ille astrologus, cujus opera Julium Cæsarem usum esse ad annum corrigendum, supra dictum est. Appellatur Cyclus solis a prima hebdomadæ die, quæ nomen solis gessit, huicque fuit sacrata. Dies septem hebdomadæ literis alphabeti primoribus per eumdem Sosigenem fuerunt designatæ retrograde incipiendo a litera G, quæ septima est alphabeti. Dies 365 unius anni faciunt hebdomadas 52, et diem unum. Hinc fit, ut quæ prima fuit litera anni, eadem etiam ultima sit: sique nihil aliud interveniret, anno quovis septimo evoluto, reditus ad eamdem literam fieret, quæ fuit in principio elapsi septennii. Quia vero anno quovis quarto, qui est bissextilis, semper proceditur ultra ad literam hebdomadæ proxime sequentem, cumque numerus septenarius, quater multiplicatus, faciat numerum 28, etiam litera hebdomadalis redit nonnisi anno expleto 28. Hic Cyclus incipit more Romano ab anno bissextili literas habente G F: quæ proinde litterae nonnisi peracto Cyclo annorum 28 redeunt, eodemque ordine, quo prius, pergunt currere per alios, et alios totidem annos 28.

Cyclus Indictionum quando adhiberi cœperit, a quo excogitatus, et quæ hæc res fuerit, quæ sit indicta, Scriptores non conveniunt. Auctor Chronici Alexandrini initium harum ponit in anno

pri-

primo monarchiæ Julii Cæsaris, anno 48. ante Christum natum. Qua de causa Scaliger has indictiones vocat Cæsareanas. Alii harum initium ducunt ab anno secundo Augusti post victoriam Actiacam, ab anno 30. ante Christum natum. Ex Fastis vero cum observatum esset, tantum Indictioni Constantinianæ datum esse, ut per hanc tempora signarentur, et computatio annorum fieret per Indictiones, quarumque initium fixum esset in anno 312. quo Constantinus M. victoriam de Maxentio reportavit. *Consentiunt omnes*, ait Laurentius Berti in Rudiment. Chronol. Cap. 7. et in Dissert. Hist. Disert. V. §. 38. *Indictionem Constantinianam ab anno Ær. Vulg.* 312. *et a Calendis Septembris esse inchoandam, adeo, ut annus proximus* 313. *Calend. Januar. signandus sit Indictione I.*

Indictionem Græci vocant ἐπινέμησιν, quæ vox latine *largitionem* significat. Itaque hinc plures lapsi in opinionem sunt, annum, a quo Cyclus iste denominatus sit, fuisse annum, quo indicta sit pensio quæpiam, eodemque illo anno præstanda. Non eo tamen minus non tantum Bertius citato loco, verum etiam Petavius *Rationar. Temp. Part.* 2. *lib.* 2. *Cap.* 3. manent in sententia, nihil esse certi, unde sumptum sit Indictionis vocabulum ad hunc Cyclum denominandum. Indictio constat annis 15: quo annorum numero peracto annus primus incipit Indictionis subsequentis. Dum scio annum, quo quisque horum Cyclorum initium sumpsit, atque Scriptor quispiam annum, quo res accidit, quam refert, per Cyclum ex his aliquem designavit; perspicuum est, qua ratione ad annum etiam, quo res accidit,

po-

possit perveniri facile, ab initio cujusque cycli numerando annos ad annum Cycli ab historico memoratum.

§. 4.

Periodus Juliana.

Periodus Juliana est summa annorum, qui prodeunt ex annis 19 Cycli lunaris, annis 28 Cycli Solaris, et annis 15. Cycli Indictionum inter se multiplicatis. Periodus igitur Juliana constat annis 7980. Hunc enim numerum dant illi Cycli inter se multiplicati. Josephus Scaliger in Opere *de Emendatione Tempor.* circa a. C. 1580. fuit hujus Periodi inventor, non tamen primus: nam a Græcis hanc dicitur mutuatus. Juliana vero Periodus vocatur, quod ad anni Juliani, ejusque Cyclorum rationem adcommodata sit, inde autem Periodus, quod donec anni 7980, quibus constat, hæc Periodus, peragantur, numquam anni Cyclorum qui jam fuerunt in aliquo Periodi anno iidem simul denuo recurrant. Sic quoniam annus primus Periodi hujus habuit Cycli solaris annum primum, itidemque primum Cycli lunaris, et Indictionum; hi omnium trium Cyclorum anni primi non prius convenient, quam is circulus annorum 7980, ex quibus constat tota Periodus, fuerit completus.

Cum per solam Cyclorum multiplicationem Periodus hæc facta sit, sua sponte intelligitur, illius initium esse etiam nonnisi mente conceptum, quodque antecedat ipsam etiam originem mundi. Neque enim iste vel sex millibus annorum integris ad-

adhuc stetit. Annum, quo mundus coeperit esse, Chronologi ponunt in anno Periodi Julianæ 710. initium vero Æræ Christianæ in anno 4004. a creatione mundi. Ex quo sequitur, Periodi Julianæ fuisse annum 4714. quo Christus natus sit, æraque Christiana inceperit. Neque tamen iste etiam a mundi creatione annus 4004. est omnimode certus, et definitus: Anni hi sumuntur, et colliguntur ex genealogiis Patriarcharum, et Regum in Bibliis. Jam vero in his numeri tantum annorum, quibus vixerint, sunt positi, non etiam menses, et dies, quibus vel supra, vel infra illos annos vixerint. Quis enim credet, omnes istos esse mortuos, semper in anno vitæ aliquo ita completo, ut huic nihil defuerit, nihil ultra hunc fuerit? Sed neque quo anno mundi Christus natus sit, Chronologi conveniunt. Petavius numerat annos 3983, Bertius 4000. mihi, ut ceteros prætercam, computatione facta, prodierunt anni 4015. In hac discrepantia dumque alii annos aliquot supra, alii infra quater millenarium habent ex computatione sua, ne ipse quidem Petavius dissentit, ne numerus 4000, vel 4004, quasi medius assumatur: quorum alterum Bertius *Rudiment. Chronol. Cap.* 8. et ipse secutus etiam est tanquam juxta recentiorem, et communiori usu receptam Chronologiam. Sed et illud advertendum est. Æra Christiana, quæ initium ducit a Natali Domini, cujus auctor est Dionysius Exiguus, communi Chronologorum judicio quatuor annis circiter tardius est constituta in annis, qui a mundi creatione fluxerunt. Itaque annus mundi 4004. reapse intelligitur idem, qui 4000.

Hæc numeratio annorum a mundi creatione usque ad Christi natalem etiam illam adhuc habet con-

considerationem. Versio Septuaginta Interpretum discrepat in annis Patriarcharum, e quibus computatis summa conficitur annorum Mundi usque ad Christi natalem, ab Hebræo textu, et a Versione Latina Vulgata, utpote quæ textui adhæret Hebræo: tam autem hinc, quam a Versione etiam Septuaginta dissentit Codex Samaritanus. Textui Hebræo esse deferendum præVersione Septuaginta, et esse Patriarcharum annos omnino solares, et ejus longitudinis, quam sol efficit suo motu annuo, de quo pariter disceptatio jam olim fuit, et nunc adhuc a quibusdam dubitatur, est actum jam, et demonstratum a me in Institut. Herm. Vet. Test. *Edit.* 2. *Tom. I. Cap.* 32. Codex Samaritanus, ne eam quidem, quam Versio Septuaginta attentionem meretur in hac annorum numeratione. Nam ubi in Versione Septuag. facta fuisset in annis mutatio (per quos, et qua de causa ostendi in loco citato mearum Institutionum Hermenevticarum) facile est assequi, licentiæ exemplo, quod datum est in Versione Septuaginta, eos quoque esse inductos ad annorum mutationem faciendam in annis Patriarcharum, qui hanc fecerunt in Codice Samaritano.

Siquidem anni a creatione mundi cum omni accuratione numerati non sint, nec numerari possint, adeoque neque certum omnimode possit esse, in quem annum mundi inciderit reapse annus natalis Christi; nulla tamen ambiguitas est quoad eos annos, qui a Christi natali numerantur ad hoc usque tempus. Quamobrem idem dies Christi natalis, ubi incipit Æra Christiana, non tantum fixum punctum est, unde numeratio fiat annorum sequentium; verum etiam per quod fieri possit determinatio, res, quæ refertur acta ante Æram

Chri-

Christianam, quanto temporis, et quot annorum intervallo antecesserit hanc aeram, nec non aliam quamcumque hac aera posteriorem aetatem, sicque notitiam temporis assequamur, quo res acciderit, quam nobis dat quæcunque historia.

§. 5.

De Æra generatim. Æra mundi.

Æra Christiana modo memorata fuit. Hæc apud Chronologos eadem est, quæ solet Græco vocabulo dici etiam Epocha: estque illustre aliquod initium futuri temporis, unde hujus numeratio, et computatio fiat. Vocabulum *Æra* barbarum, censent quidem ab his literis A. ER. A. quæ sunt primores hujus: *Annus erat Augusti*, esse factum, atque annum eum intelligi Cæsaris Augusti, quo vel Romanis Hispani cœperint æra persolvere, vel quo Arabibus in Hispaniam irruentibus anni inceperint Epochæ Hispanicæ anno 38. ante Æram Christianam, vel quo census fuit indictus ab eodem Augusto, cujus mentio fit etiam *Luc.* 2. ℣. 1. Æram Scriptores ævi medii usurparunt pro numero et computatione. Id, quod testatur Isidorus in Glossario suo, et Faustus Rejensis Episcopus *lib.* 1. *de Spiritu S.* Fuit Romanis genus quoddam æris, quo utebantur pro notis in computandis pecuniis, quemadmodum docet Scaliger *lib. de Emendatione Temporum* eo loco, quo agit de Æra Hispanica. Hinc a Scriptoribus videtur sumptum esse vocabulum æræ, et adhibitum pro numero, et computatione.

Æra, et epocha omnium prima est, in qua numeratio annorum fit ab exordio mundi. Neque tamen in ipsa etiam Scriptura instituta uspiam est talis annorum supputatio: sed anni, qui fluxerunt a creatione mundi usque ad Christi adventum in mundum ex annis alia ratione memoratis sumuntur, et computantur. Eo minus e profanis, historicis, et scriptoribus aliquod huc auxilium peti potest. Apud quos in ipsa etiam Græcia, antequam cœptum esset, tempus signare per Olympiades, nihil certi, atque fixi, quoad tempus, haberi potest. *Ante Olympiades* ait Syncellus post Julium Africanum in Chronico, *nulla est apud Græcos accurate scripta historia.* Attamen Scriptores Græci Christiani, etiam postquam jam in Occidente, auctore Dionysio Exiguo, inducta fuisset Æra Nati Christi, usi fere semper sunt Æra mundi conditi, atque hinc annos numerabant, quemadmodum est apud Allatium in Opusculo de Græcorum Hebdomadibus, tantumque post Dionysium seculo altero, quod fuit Ecclesiæ nonum, in Ecclesia Constantinopolitana cœpit adhiberi Æra nativitatis Christi. Græci Antiocheni ab exordio mundi usque ad adventum Christi numerarunt annos 5493, Constantinopolitani annos 5509, Alexandrini annos 5501. Usi videlicet sunt Versione Septuaginta, atque juxta hanc supputarunt annos, neque tamen etiam æqualiter.

§. 6.

§. 6.

Æra Olympiadum. Æra Urbis conditæ. Æra Nabonassari.

Præter hanc Æram mundi ab ejus creatione, quemadmodum multa in mundo fuerunt vel instituta recenter, vel quorum eventus, habuerint insignem aliquem characterem ad tempora notanda sequentia; ita æræ quoqe, et epochæ multæ esse potuerunt. Insigniores, et notabiliores tantum ego prolaturus sum, et memoraturus.

Sunt autem hæ. *Æra Olympiadum.* Nomen hoc venit ab Olympia urbe Elidis in Peloponeso ad Alphæum fluvium in vicinia montis Olympi, quæ et Pisa fuit dicta. Hic celeberrimum Inpiter habuit templum, a quo is etiam dictus est Olympius. In hujus honorem ludi hic sunt instituti, et celebrati singulis quadriennis. Horum auctorem ferunt fuisse Herculem, pluraque alia fabulosa de hoc narrantur. Illud certius, ludos hos esse ab Iphito Rege Elidis instauratos: a qua horum ludorum instauratione annos numerando, et signando per Olympiades mos deinde obtinuerit non tantum apud Græcos, verum etiam in ipsa Ecclesia apud Scriptores Ecclesiasticos.

Ante institutos hos ludos, atque inductam hanc epocham, historiæ etiam ab ipsis Græcis confectæ certa fides non est: de qua Eusebius in Chronico: *Ab hoc tempore* (Olympiadis primæ) *Græca de temporibus historia vera creditur*; pariterque Julius Africanus apud eumdem Eusebium lib. 10. Præpar Evang. Cap. 3. *Usque ad Olpmpiadas*, inquit, *nihil exploratum in historia Græ-*

corum invenitur. Post Olympiades vero, quoniam quadriennio diligentissime omnia renovabantur, nulla penitus est temporum confusio. Censorinus quoque *lib. de Die natali Cap.* 21. testatur, Varronem, quo nemo apud Romanos antiquitatum solertior fuit indagator, tempus omne anterius divisisse trifariam: primum, et antiquissimum appellasse ἄδηλον (non manifestum) propter obscuritatem rerum, quæ dubiæ, incertæque omnes essent; alterum vocasse μυθικόν, id est, fabulosum, tertium demum ab Olympiade prima dixisse historicum, quia res ab hoc tempore relatæ ab Historicis jam veræ historiæ essent. Juxta Petavium *Rationar. Temp. lib.* 1. *Cap.* 15. annus primus Olympiadis primæ incidit in a. Period. Julianæ 3938. Ante æram Christianam 776, Mundi 3208. quo eodem tempore in Judæa regnaverit Ozias Rex Juda: id, quod ejusdem Rationarii sui *lib.* 3. *Cap.* 1. luculenter etiam demonstrat.

Æra Urbis conditæ: quæ Roma intelligitur. Hæc Urbis conditæ epocha a M. Varrone teste Plutarcho posita est in anno tertio Olympiadis sextæ, qui annus fuit Period. Julian. 3961. ante Ær. Christian. 753. a Verrio Flacco autem in Fastis Capitolinis uno anno post. Non tantum vero Petavius, verum etiam alii Chronologi fere omnes annum, quem Varro Urbis conditæ tradidit fuisse, præferunt ei, quod Flaccus de hoc anno habet: qui annus Urbis conditæ idcirco etiam annus Varronianus solet appellari.

Æra Nabonassari. Quis iste Nabonassar fuerit, est aliqua disceptatio inter Criticos. Anteferri vero solet ea sententia a Petavio quoque, et Bertio, quæ habet Nabonassarem fuisse Regem Babylo-

byloniorum, cujus mentio, sed sub nomine Baladan fiat 4. Reg. 20. ℣. 12. quique, ut hoc loco refertur, munera Ezechiæ Regi miserit, et certior fieri voluerit ab eo de prodigio retrocedentis solis in horologio. Idem iste est, qui ab Herodoto dictus Belesus, secum conspirante Arbace, vel ut aliter etiam vocari solet, Pharnace, Mediæ Præfecto, Imperium evertit Assyriorum, regnumque occupavit Babyloniæ. Hac ratione initium imperii Baladani tam factum est illustre, ut hinc sibi æram fecerint Babylonii. Hac eadem æra etiam Ptolemæus, Censorinus, pluresque alii usi sunt. A Petavio, et Bertio ponitur in anno Period. Jul. 3967. ante Ær. Chr. 747. Mundi 3257. Olympiadis octavæ anno primo. Urbis conditæ anno Septimo. Ex hac æra, quæ etiam Babyloniorum solet vocari, et qua nihil antiquius reperitur in Astronomia Chaldæorum, illa eorumdem Chaldæorum vanitas refellitur, qua hi ab eo tempore, quo astra ab ipsis observari coeperint, usque ad Alexandrum M. ejusque expeditionem adversus Darium ponunt annos sibi fuisse 470000.

§. 7.

Æra Cyri, Æra Græcorum. Æra Seleucidarum. Antiochena. Hispanica. Cæsaris Augusti.

Æra Cyri, seu monarchiæ Persarum. Hanc Petavius, aliique Chronologi figunt in anno Period. Jul. 4154. vel subsequente, ante Chr. a. 560. vel 559. Olympiadis 55, anno primo.

Æra Monarchiæ Græcorum. Hujus initium juxta eumdem Petavium incidit in annum Period. Jul.

Jul. 4383. ante Chr. 331. vel sequentem juxta Bertium: quo Alexander M. sui regni Macedonici anno tertio Darium Codomannum ad Arbelam superavit, Persarumque imperium in suam potestatem redegit.

Æra Seleucidarum. Hæc denominationem habet a Seleuco, cognomento Nicanore, ac postea a victoriis, quas plures in bello reportavit, dicto etiam Nicatore: qui ducum unus Alexandri post hujus mortem, imperiique ejus inter duces divisionem Babyloniam, Syriam, aliasque provincias obtinuit. Ab hoc exorta est epocha, seu æra hæc Seleucidarum: quæ tamen incipit nonnisi ab eo anno, quo Seleucus ab Antigono pulsus, atque ejectus e Babylonia hanc recuperavit, superato, et profligato Antigono, anno post obitum Alexandri juxta Petavium duodecimo, Period. Jul. a. 4402. ante Chr. 312. Hac æra etiam Judæi, postquam sub dominatum Græcorum venissent, usi sunt in ipsis etiam libris Machabæorum, non tamen omnimode æqualiter. Nam Scriptor libri primi Machabæorum annos numerat a mense Nisan, alterius Scriptor a mense Tisri cum differentia mensium sex.

Æra Antiochena. Hanc Græci Scriptores χρηματισμὸν τῆς Ἀντιοχείας vocarunt. Græcum χρηματισμὸς cum plures alias significationes habet, tum significat etiam responsum, attentionem ad aliquam rem. Itaque positum est pro epocha, quæ et ipsa vox habens alias etiam significationes, adhibetur pro initio temporis; quasi unde admonitio fiat, res, quæ narratur, quando acta sit. Julius Cæsar, superato Pompejio in campis Pharsaliæ, ad eptus dominatum concessit Antiochenis libertatem pro-

propriis vivendi legibus. In hujus beneficii memoriam Antiocheni hanc, quæ Antiochena vocatur, instituerunt apud se epocham. Hac utitur etiam Evagrius, et Chronicon Alexandrinum. Juxta Petavium hujus initium epochæ est in anno Period. Jul. 4665. anno ante Chr. 49.

Æra Hispanica. In partitione provinciarum Imperii primum inter Octavianum a) Antonium, et Lepidum, hoc autem sublato, inter Octavianum, et Antonium Hispania obtigit Octaviano. Ab hoc itaque Octaviani auspicato imperio in Hispania, Hispani epocham sibi instituerunt, quæ duravit usque ad seculum decimum quartum, apud Portugallos etiam uno seculo ulterius. Hæc æra incipit in anno Period. Jul. 4676. ante Chr. 38.

Æra Cæsaris Augusti, sive Imperii Romani. Hujus initium non sumitur ab omnibus eodem modo. Alii enim hoc ponunt in anno, quo Julius Cæsar interfectus est, qui Urbis conditæ fuit 710. ante Christum natum 44. alii in anno, quo Augustus factus Triumvir est cum Antonio, et Lepido anno 711. adeoque anno altero post occisum Julium Cæsarem; alii denique in anno, quo ad Actium Epiri promontorium navali prælio superavit Antonium, et ad eum rediit summa totius Romani Imperii anno U. C. 723. Period. Jul. 4683. aute Chr. 31. Post hanc victoriam Ægyptii etiam assumpserunt annum ab Julio Cæsare corre-

a) *Octavianus fuit Julii Caesaris ex sorore nepos, et factus haeres. Quamobrem Caesaris sibi prænomem asssumpsit. Summa autem omnium rerum potitus Senatus ei nomen Augusti contulit, quod significat, augurio consecratum. Hinc et Caesaris, et Augusti facta sunt dignitatis Imperatoriae nomina.*

rectum, hujusque initium in mensis sui, quem Thoth appellarunt, principio constituerunt, cum ad hoc usque tempus iisdem Ægyptiis, quemadmodum jam supra demonstratum est, annorum initia fuissent vaga, nullique diei certæ affixa.

§. 8.

Æra Christiana.

Æra Christiana, cui initium dat Christi nativitas vocatur etiam Æra Dionysiana a Dionysio cognomento Exiguo, Scythamonacho qui hanc primus assumpsit, vel etiam Communis, et Vulgaris. Indignum ei videbatur ab imperio Diocletiani, quæ tum æra usurpabatur, annos numerare a Scriptoribus etiam Ecclesiasticis, qui Christianorum fuit immanissimus hostis, et carnifex. Quamobrem huic Diocletianeæ epocham substituit Christi, ejus initium ponens in Christi conceptione. Non primus fuit, qui hoc fecerit. Panodorus monachus Ægyptius seculo quinto jam in hoc præiverat Dionysio, quem iste seculo subsequente imitatus Romæ incepit eadem epocha Christi uti: quamque Beda in Anglia seculo septimo perfectius expolivit.

De hac epocha illud in disceptatione est, annus, quo Dionysius posuit natum esse Christum, sitne recte, et citra errorem positus. In hoc anno definiendo Dionysium integro quadriennio aberrasse, atque hoc spatio tardius collocasse censent Petavius, et Bertius, quos sequntur alii Chronologi præstantissimi. Hæc autem disceptatio tangit tantummodo quæstionem, quo anno, in-

instituta computatione ab aliis epochis, Christus natus sit, non quot anni fluxerint ab ejus nativitate ad hunc, quem nunc vivimus annum: quæ numeratio annorum manet firma, atque omnium consensione certa, etiamsi hæc, alia ratione, juxta mensuram epocharum aliarum non in hunc annum cadat, quia neque epochæ hæ sunt constitutæ in anno, in quo omnis esset accuratio.

Hæc epocha ad signandos annos non statim assumpta est. In Ecclesia Constantinopolitana hoc factum est seculo post Dionysium altero. In Gallia circa medium seculi octavi, hanc docet Scaliger, esse assumptam: omniumque primum annus 742. invenitur in Capitularibus Regum Franciæ a Stephano Baluzio editis a Dominica Incarnatione computatus, et signatus. Hispani, et Lusitani nonnisi paucis ante seculis reliquerunt suam æram Hispaniensem, ad hanc Dionysianam transeuntes, ut est apud Pagium *Dissert. de Periodo Græco Romana.* Ipsi Romani Pontifices usque ad Eugenium IV. qui a. 1431. ad Pontificatum evectus est, perstiterunt in suo more signandi sua Brevia annis Indictionis, suique Pontificatus. Iste vero primus annum Æræ Christianæ, omisso anno Indictionis adhibuit, attamen retentis etiam annis sui Pontificatus. Etiam a Passione Domini plures e veteribus supputabant annos. Sic S. Hieronymus *lib. de Scriptorib. Ecclesiast.* et S. Isidorus Hispalensis *lib. de Vita, et Morte Sanctorum* dicunt Petrum Apostolorum Principem anno 37. post Domini passionem coronatum fuisse martyrio.

§. 9.

epochas illas omnes, quas recensui, imo plures etiam alias, quas prætermisi, quia minus sunt notabiles, et scitu necessariæ, atque sic ut periti omnes consentiant etiam testimonio Petavii *Rationar. Tempor. Part.* 2. *lib.* 1. *Cap.* 15. quoad hæc ærarum initia. Quam demonstrationem idem Petavius ejusdem Rationarii Part. 2. lib. 3. Cap. 1. etss. exhibet, quem, ceterosque Chronologos secutus initium cujusque æræ jam exposui.

Postquam igitur jam habetur, quævis æra in quem Periodi Julianæ annum inciderit, quod dixi omnium primo esse sciendum, ut reperire possim, æræ cujuscumque annus, quotus sit in Serie annorum, quorum numeratio, et computatio juxta epochas Orbis conditi, vel Christi nati nobis usitatas; ab hoc anno Periodi Julianæ, subtraho annos 710, quibus eadem Periodus antecedit annum, quo mundus creatus est, addo autem illos, qui sunt juxta æram numerati ultra initium ejusdem æræ; atque iste annus erit annus a mundo condito. Sit exempli gratia res, perhibente Historico, acta Olympiadis tricesimæ anno primo. Iste annus, quemadmodum supra §pho 6. dictum est, incidit in annum Periodi Julianæ 3938. Hinc igitur subtraho annos 710. Numerus, qui remanebit, annum designabit, quoto ab Orbe condito æra cæperit Olympiadum: cumque Olympias una annos contineat quatuor, hocce numero quaternario multiplicabo numerum Olympiadum viginti novem, huic annorum numero, qui ex multiplicatione prodiit, addam unum annum Olympiadis tricesimæ: istum deinde numerum addam ad numerum annorum, qui a mundi creatione fluxerunt usque ad initium epochæ Olympiadum, perveniamque ad annum mundi,

qui

qui per annos Olympiadum fuit expressus ab Historico. Eadem ratio procedendi erit in annis per alias epochas designatis.

Hoc autem habito anno Mundi, facile erit devenire ad annum, quotus idem sit ante, vel post natalem Christi, æramque Christianam. Hic enim natalis annus Christi, æræque Christianæ est annus Mundi 4004. Igitur si annum Mundi, qui respondet anno primo Olympiadis tricesimæ, ut maneamus in eodem exemplo, subtraxero ab anno Mundi 4004. in quo situs est natalis annus Christi, numerus qui remanebit, exhibebit, quot annis res, cujus ætas fuit quæsita, antecesserit natalem Christi, æræque Christianæ annum. Si autem hoc instituam in alicujus epochæ anno, qui procurrit ultra natalem Christi, atque adeo etiam annus istius epochæ casurus sit in annum mundi ulteriorom, quam sint anni 4004. ab hoc anno ulteriore Mundi si subtraxero annos Mundi 4004. annus qui manebit, ostendet annum, quo res, cujus ætas quæritur, evenerit post natalem Christi, æræquæ Christianæ. Quod si epocha ex iis fuerit, quæ suum initium habent tantum post natalem Christi, breviore adhuc via, ad annos, qui intercedunt inter natalem Christi usque ad initium hujus æræ, addam annos, qui fluxerunt ab hoc initio istius æræ usque ad illud, quod certo anno ejusdem hujus æræ in historia memoratur factum, cujus tempus computatum a natali Christi scire volo, habeboque istud tempus, et annum a natali Christi. Hæ autem epochæ posteriores æra Christiana, a quo anno æræ Christianæ sumpserint initium, habetur æque jam a Chronologis determinatum, quæque initia harum epocharum a me etiam indicata sunt.

Chro-

Chronologia mathematica docet etiam determinare novilunia, et plenilunia, et unde tam Pascha, quam alia festa mobilia pendent, nec non alias vicissitudines, ut sunt exempli gratia eclipses solis, et lunæ, neque tantum in futurum, verum etiam præteritum jam tempus. Ista vero Chronologia jam non est necessaria ad historiam: artemque hujus determinationis est reperirè in omni Missali, et Breviario. Sed neque ista investigatio succedere potest erga tempus Gregoriana anni correctione anterius, quando æquinoctium vernum non servabatur eo accurate tempore, quo erat, adeoque nec luna decima quarta alligata æquinoctio verno, quæ determinabat Pascha. Nec aliquod hinc nobis dispendium fit eruditionis. Diocletianum a. C. 282. circa festum Paschatis historici perhibent excitasse in Christianos persecutionem. Quantillum igitur refert, scire determinate, quo, et cujus mensis, die fuerit eo anno Pascha?

CA-

CAPUT III.

DE GEOGRAPHIA.

§. 1.

In Palæstina initium consituitur Geographicæ descriptionis totius mundi quoad Historiam Ecclesiasticam.

Chronologia lumen præfert ad videndum, res, quas historia refert, quo sint actæ tempore, Geographia, quo loco. Sicut igitur illa, ita ista quoque requiritur, ut historiæ plenam cognitionem assequamur. Geographicam descriptionem *non* solius tantum Palæstinæ, verum etiam *generalem* aliarum regionum Orbis terræ feci succincte in meis Hermenevticis Institutionibus Veter. Test. Tom. I. Cap. 1 ad intelligendam historiam, quæ libris continetur Canonicis Veteris, et novi Testamenti: Palæstinamque mihi constitui, ubi ordirer hanc descriptionem, et unde ultra quaqua versum procederem: siquidem hæc Hebreaicæ gentis sedes esset, de qua ageretur præcipue in libris Canonicis Vet. Test. atque in hac actum quoque illud esset omne, quod de Christo ab Evangelistis scriptum est in Evangelio. Idem principium Geographicæ descriptionis mihi feci nunc quo-

quoad historiam Ecclesiasticam: siquidem Ecclesiæ cunabula fuerint constituta in Palestina: hinc autem Christianæ Religionis ulterior propagatio facta sit in universum terrarum orbem, adeoque ut Geographica etiam descriptio ductum sequeretur historiæ de Ecclesia.

Palæstina sita est in ora maris Mediterranei, quod positum est in medio inter Europam, Asiam, et Africam ad ejus latus orientale. Per fluvium Jordanem, qui ad radices montis Libani oritur, et a Septemtrione deorsum fertur versus Meridiem, usque dum ad mare Mortuum, alio nomine lacum Asphaltidis, in ora Palæstinæ australi situm, influat, Palæstina scissa est in partes duas, quarum altera citerior, altera ulterior est Jordanis. In duodecim partes juxta numerum duodecim tribuum Israeliticæ gentis fuit divisa omnis Palæstinæ regio. In citeriore parte in ora maris Mediterranei sita fuit Philisthæorum regio, divisa in dynastias quinque secundum nomina suarum præcipuarum urbium.

Israeliticæ tribus initio omnes erant conjunctæ, et sub Davide, ejusque filio Salomone unum fecerant regnum. Post mortem Salomonis, facta scissione, enata sunt regna duo, Juda, et Israel. Jerusalem fuit sedes Regum ante scissionem, et postea etiam in regno Juda: neque tantum totius Palæstinæ prima, verum etiam una e nobilissimis, pulcherrimis, atque munitissimis totius orbis urbibus. In regno Israel Samaria fuit caput reliquarum urbium, Regumque Israel Sedes. Postquam regnum Israel eversum esset per Assyrios, eamdemque vicem subiisset regnum Juda per Chaldaeos, atque utrinque ii, qui superstites

erant

erant ex clade, abacti essent in captivitatem, Cyrus vero Persarum Rex devictis Chaldaeis rerum potitus Judaeis potestatem redeundi in patriam ultro concessisset, prior divisio Palaestinae in duodecim tribus non mansit, sed inferior, ubi Jerosolyma erat, dicta est Judaea, altera Septemtrionem versus succedens, appellata est Samaria, tertia fuit Galilaea omnium suprema.

Post reditum e captivitate Assyriaca, et Babylonica eo quod Judaei a Syriae Regibus vehementissime pressi essent, Judas Machabaeus Dux populi obtinuit a Romanis, ut hi Judaeos in socios suos adscriberent. Inter Hyrcanum, et Aristobulum fratres e genere Machabaeorum cum dissensio, et contentio de regno fuisset exorta, et Pompejus cognomine Magnus ad eorum controversiam componendam in Judaeam cum exercitu venisset, Judaeis tributum, quod Romanis penderent, imposuit. Julius Caesar superato Pompejo Antipatrum Idumaeum in praemium sibi in bello navatae operae, praefecit Judaeae: cujus filius Herodes hanc etiam cum insignibus regiis adeptus a Romanis est.

Herodis regnum post ejus obitum divisum in quatuor tetrarchias est, inter ejus tres filios, et Lysaniam ex alia gente prognatum. Archelao, qui unus filiorum Herodis fuit, Judaeamque tetrarchiae nomine obtinuerat, brevi a Romanis exauctorato, Judaea in provinciam Romanam mutata est. Herodes ille idem, cujus modo mentio fuit facta, sub quo Christus natus in Bethlehem est, qui hunc etiam conatus est sceleratissime interficere, innocentium infantium crudeli edita caede honoribus Augusti Caesaream, dictam an-

tea Turrim Stratonis, exstruxit urbem, qua potuit magnificentia. Hic ii, qui provi praeerant Praesides Romani sibi fixerunt se Hinc Caesarea crevit usque eo, ut fieret t Judaeae metropolis, Jerosolyma vero per R nos eversa e culmine suae dignitatis decid Altera pars sita ultra Jordanem, dicta est P a Graeco πέραν trans, in alias minores reg et ipsa divisa.

§. 2.

Regiones majoris Asiæ a Palæstina Septem nem versus sitæ.

A Palaestina sursum Septemtriones v procedendo sequitur Syria, Asiae majoris qua et Palaestina est, ingens regio, a Cilicia mari Mediterraneo usque ad Euphratem Orie versus tensa. Dividitur in plures regiones n res, Commagenem ad Septemtrionem, Phoe am ad Occidentem, Coelesyriam ad Merid Palmyrenem ad Ortum, et Seleucidem circa medium. Metropolis totius Syriae est Antio Aliae praeterea urbes ejus celebriores sunt, dicea, Hierapolis, Apamea, Palmyra, Helio Ptolemais, Sidon, Tyrus, Berytus, Sele Damascus. Scriptores antiqui Syriam etiam us sumpserunt, et cum ea Assyriam quoque, sopotamiam, Babyloniam, imo ipsam etiam laestinam comprehenderunt, quin et Cappado omnesque Asiae regiones usque ad Pontum xinum.

Syr

Syriæ ad Ortum Mesopotamia adjacet, posita inter duos fluvios, Euphratem, et Tigrim; qua de causa quod inter hos duos fluvios jaceat, ejus etiam nomen venit Mesopotamiæ. Supra Mesopotamiam ad Septemtrionem est Armenia, ad Ortum Assyria, habens ex latere boreali contiguam Mediam, ex australi Persiam, et Chaldæam, quæ dicta est et Babylonia. Mediæ vero ab Ortu adjacebat Hyrcania, et Parthia. Inter Mesopotamiæ urbes eminent Edessa, et Nisibis. Armenia duplex est, major, et minor. Armeniæ urbes primariæ fuerunt, Artaxata ad Araxen fluvium, et Tignanocerta, quæ nunc Sultania nominatur. Assyriæ urbs omnium celeberrima fuit Ninive, quam nunc Mosoul vocant. Mediæ urbs prima fuerunt Ecbactana; Chaldææ sive Babyloniæ Babylon, ejus magnitudinis, ut juxta certiora Historicorum testimonia in suo ambitu habuerit stadia 360, quæ faciunt millia passuum 45.

Supra Armeniam, qua spectat ad Septemtriones, sunt regiones, Colchis, Iberia, et Albania. Colchi, Iberi, et Albani suos olim Regulos habuerunt: deinde primum in Græcorum, mox in Romanorum potestatem venerunt. Hodie Colchi, et Iberi vocantur Georgiani, Albanis nomen datur Degestanorum, suntque alii ex his Persis, alii Turcis, alii Russis tributarii. Ultra Pontum Euxinum, et mare Caspium sita est Sarmatia Asiatica: siquidem et altera sit Sarmatia per fluvium Tanaim a priore divisa, ad Occidentemque spectans appellata Sarmatia Europæa, ubi nunc Tartaria est, et Tartaria Russica. Est autem præterea etiam Tartaria minor, alio nomine Crimea, pariter ad Europam spectans, dicta antiquitus Taurica Chersonesus. Quos vero Sarmatas,

 vel

vel Sauromatas appellarunt Romani, hos vocarunt Scythas. Adhuc vero ulterius est Serica, cujus incolæ dicti sunt Seres, Septe nem versus ultima cognita gens. Nunc ad riam magnam refertur, ejusque partem (talem.

§. 3.

Regiones majoris Asiæ a Palæstina sitæ (tem versus.

A Palæstina sursum Septemtrionem ivimus, nunc eamus ab eadem Palæstina, que latere ad Orientem spectante in eumden entem. Ex hoc latere Palæstinæ, ipsiusque Syriæ inferioris sita est Arabia Deserta, et hanc deorsum versus Arabia Petraea, fusa que latissime. A Syria Austrum versus eun mi incolæ erant Ammonitæ, tum Moabita accolis Madianitis. Post hos in Arabia Pe quae a Palaestina usque in Ægyptum de tenditur, Idumaei erant, et Amalecitae, ja tate Abrahami noti. *Gen.* 14. *v.* 7. Ultra u que Arabiam modo memoratam inter duos maris, Persicum, et Arabicum Orientem, e ridiem versus procurrit Arabia Felix. Hi ambo sunt partes maris Erythraei, seu R quod idem nomen maris Rubri, et sinui A solet tribui, atque usque in Indiam Orien funditur, quodque ibi ab eadem India ma dicum vocatur. Haec India Orientalis voca eam distingvendam ab Occidentali India, nomen Americae solet a multis dari.

A

Arabiae Desertae urbs prima fuit Bostra: quae confundenda non est cum Bosra Idumaeae civitate in Arabia Petraea. Nam Bostram antiqui Scriptores, ipse etiam S. Hieronymus vocat Philadelphiam, quod ei nomen inditum est a Ptolemaeo Philadelpho Rege Ægypti, dum illam regionem Arabiae, quam olim incoluerunt Ammonitae, sub suam redegisset potestatem. Namque Philadelphia eadem est, quae Rabbat Ammonitarum princeps urbs. Arabiae Felicis incolae praecipui erant Sabaei, et Saraceni, alio nomine Agareni, et Ismaelitae. Natal, et Metel urbes olim habuit clariores, nunc Mecham habet, et Medinam.

India ab incolis dicta Indostan, admodum ampla Asiae regio est, cujus partem primum Persae sibi subjecerunt, deinde Alexander M. devicto Poro Indorum Rege. Seculo decimoquinto ad finem vergente Portugalli, mox Hispani, Hollandi, aliique Europaei Indiae regiones varias occuparunt. Dividitur in partes quatuor majores, quae singulae multa complectuntur regna. In una harum quatuor partium situm est Magni Mogolis imperium, idem quod Indostan vocatur ab incolis; altera vocatur Peninsula duas ex illis quatuor continens partes, quarum altera intra, altera extra fluvium Gangem sita est; demum est ea pars, quae India Insulana appellatur. In India intra Gangem sita est etiam Malabaria.

Ab India ulterius Orientem versus jacent Sinae, quae alio nomine etiam China vocatur. Dividitur in tria imperia, Chinense, Japonicum, et Corea. Imperium Chinense cum antea suos proprios habuisset Imperatores, seculo decimo septi-

mo multas a Tartaris, et graves perpessa incursiones eo venit, ut Tartarorum Principem suscipere coactum sit: qui tamen imperio potitus sinit hos propriis legibus uti, et vivere. Ultra Coream, de qua ipsa exigua notitia habetur, quomodo se Asia ulterius Orientem versus habeat, incognitum est.

§. 4.

Regiones Asiae minoris a Palæstina spectantes ad Occidentem.

Spectavimus Asiam a Palæstina Septemtrionem, et Orientem versus: ibimus nunc ad eam videndam Occidentem versus. Palaestinae, ut jam demonstratum est, ex hoc latere adjacet mare Mediterraneum: inter quod idem mare, et Pontum Euxinum, nec non Propontidem ab Armenia et Syria, quae sunt partes Asiae magnae, regio spectans in Occidentem vocatur Asia minor. Cujus partes sunt Pontus, ubi urbs omnium prima Trapezus, Cappadocia, ubi Neocaesarea, et Tyana; Cilicia, ubi Tarsus S. Pauli Apostoli natalibus inclyta, et Issus; Pamphylia, ubi Olbra, et Atalia, Lycia, ubi Patara; Pisidia, Isauria, Lycaonia, Caria, ubi Magnesia, Miletum, Halicarnassus; Lydia, ubi Sardes; Phrygia major, ubi Gordium; Phrygia minor, ubi Troja; Galatia, alio nomine Gallograecia, Paphlagonia, Bithynia, ubi Nicæa, et Chalcedon; Mysia, ubi Pergamus, Æolia, Jonia, ubi Ephesus, et Smyrna. Infra Ciliciam in mari Mediterraneo jacet insula Cyprus, infra Cariam vero sita est insula Rhodus. Ex his sex istae: Lydia, Jonia, Caria, Mysia, Phrygia, et Hellespontus sub Romanis provinciam Proconsula-

solarem constituerunt, quae ab his dicta est Asia. Hellespontus est fretum ex Propontide ad mare Ægaeum, Asiam ab Europa, septem non amplius stadiorum intervallo, disterminans. Huic adjacens regio, pars Mysiae ejusdem etiam Hellesponti nomen gerit. Asiae minoris ea pars, quae Ciliciam, Pamphyliam, Pisidiam, et partem Cappadociae australem complectebatur, appellata etiam fuit Caramania.

§. 5.

Regiones a Palaestina ultra Arabiam Petræam Occidentem versus, jamque in Africa sitæ.

Ab Oriente revertendo ad sinum Arabicum in Arabia Petraea, hinc ulterius Occidentem versus sita est Ægyptus habens mare Mediterraneum e parte sua boreali, a plerisque jam Africae attributa; quam Nilus, qui ab Æthiopia, nunc Abyssinia, et a meridie in Septemtrionem fluit, interlabitur. Fuit Ægyptus divisa in superiorem, seu Thebaidem, in mediam, seu Heptanomin, quod septem Nomis, seu Praefecturis constiterit, appellatam a Graecis, et inferiorem, cujus nobilissima pars fuit Delta; intra quam Tanis, et aliae urbes, extra ad Occasum Alexandria cum ejus territorio, quae Mareotis a lacu ejusdem nominis fuit vocata, ad Ortum Pelusium; et Heliopolis fuit sita, Hebraeis On dicta, nec non terra Gessen, in qua Hebraei habitarunt, dum sub Josepho Prorege Ægypti venissent in Ægyptum.

Ab Ægypto procedendo in Occidentem sita fuit Libya habens a Septemirione mare Mediterrane-

raneum, divisa in partes tres, videlicet, in Libyam stricte sumptam, Marmaricam, et Cyrenaicam, cujus urbes fuere, Marmarica, Cyrene, Ptolemais, Hamon, ubi Jovis fuit oraculum. Regio ulterior meridiem versus Libyae vocabatur Deserta. Cyrenaicae una pars fuit appellata Pentapolis a numero totidem suarum urbium. Infra Libyam eamdem meridiem versus jacet Æthiopia late patens regio, divisa in superiorem Æthiopiam, et inferiorem. Superior solet vocari Abyssinia, cui Septemtrionem versus, et Occidentem adjacet Nubia.

A Cyrenaica Occidentem versus sequitur regio proprie dicta Africa, mari Mediterraneo, quod hic Africum vocatur, et ipsa contermina. In hac Tunetanum regnum situm est, nunc Respublica, cujus caput olim Carthago fuit, hodie obscurus vicus. Hujus Africae pars est etiam regio Syrtica. In qua cum tres fuissent insigniores civitates, Oea, Sabrata, et Neapolis, ab his tota regio haec fuit appellata Tripolis: quod jam nunc nomen unius tantum Civitatis est. Africae proprie dictae adjacet ab occasu Mauritania: quae duplex est, Caesariensis a Caesarea, et Tingitana a Civitate Tingi denominata. Incolae ejus Mauri hodie appellantur. In Mauritaniae Caesariensis, et Libyae interioris confinio est Numidia. Pars haec Africae, quae complectebatur Mauritaniam, Africam proprie dictam, et Libyam superiorem, nunc divisa est in regnum Marrocanum, Fezzanum, Algerianum, Tunetanum, et Tripolitanum, atque uno nomine Barbaria Africae vocatur. Ultra has sunt adhuc regiones Africae, Gvinea, Congo, Caffreria, Zangvebaria, et Ajana: sed quae ignotae fuerunt veteribus Scriptoribus.

§. 6.

§. 6.

Ex Africa facto transitu in Europam regiones Hispaniæ, Galliæ, et Germaniæ.

Inter Africae eam regionem, quae Mauritania Tingitana vocatur, et Europam nonnisi fretum intercedit, quod Herculeum appellatur, latum novem millia passuum: per idem fretum e mari Mediterraneo transitur ad mare Atlanticum, a monte Atlante sic vocatum in extremis finibus Mauritaniae, totiusque Africae, quod latissime funditur usque ad Indiam Occidentalem, sive Americam.

Illic ex adverso Africae est Hispania, veteribus etiam dicta Hesperia, et Iberia. Ab Romanis primum divisa fuit in Hispaniam citeriorem, et ulteriorem, postea vero iidem totam hanc regionem partiti sunt in Hispanias tres, Tarraconensem, Baeticam, et Lusitaniam: quarum quaelibet plures complectitur provincias. Tarraconensis omnium maxima est, tria regna, Navarrae, Castellae, et Aragoniae continens. Ejusdem Hispaniae sunt insuper minora regna, Legionis, Asturiae, Gallaeciae, Valentiae, Murciae, Cataloniae, et quaedam alia. Urbes celebriores Hispaniae sunt, Hispalis Caesaraugusta, Complutum, Compostella, Tarraco, Valentia. Nunc urbium omnium princeps in Hispania est Madritum, facta Regum sedes. Lusitania, alio nomine Portugallia, deinde proprios Reges accepit, cujus caput inter urbes Lisabona est.

Ex Hispaniis ulterius per continentem eundo venitur in Galliam, quam montes Pyrenaei ab Hi-

Hispania dividunt. Haec antiquitus divisa fuit in Galliam Cisalpinam, et Transalpinam per Alpes, quae intercedunt inter Galliam, et Italiam, ita ut tota ea pars, quae prius Insubria, postea Lombardia fuit vocata, ad eam partem Galliae sit relata, quae Cisalpina fuit vocata, vel Togata. Transalpina, alio nomine Comata, divisa fuit in Galliam Aquitanicam, Celticam, Narbonensem, et Belgicam. Celtica alio nomine fuit appellata Lugdunensis ab Lugduno. In hac sunt Lutetiae Parisiorum a Chlodovei Regis aetate Regum Galliae sedes. Gallia Narbonensis dicta fuit etiam Braccata, ubi nunc Delphinatus, et Sabaudia cum pluribus aliis regionibus est, cujus urbes nobiliores fuerunt, Narbo, Massilia, Arelate, et Vienna Galliae. Gallia Belgica ex parte cis Rhenum in veteri Gallia, ex parte trans Rhenum sita fuit in Germania: cujus incolae postea divisi in provincias septemdecim, dicti Belgae sunt. Galliae Transalpinae Orientem versus adjacet Helvetia. Ab eadem Gallia Septemtrionem versus cum aliqua declinatione sita est Britannia magna, tria complectens regna, Angliae, Scotiae, et Hiberniae in duabus posita insulis, circumfusis ex latere uno Oceano Germanico, ex altero Oceano Atlantico, et nonnisi per fretum, quod Britannicum appellatur, sejuncta a Gallia.

A Gallia pergendo ultra ab ejus superiore parte, sequitur Germania magna, Meridiem versus habens Danubium, a Septemtrione autem attingens Oceanum Germanicum, et sinum Codanum. Plinio et Tacito perhibentibus Germaniam incoluerunt populi duo, et nonaginta, nominibus atque sedibus distincti. Nominatiores sunt Cimbri, Cherusci, Teutones, Alemanni, Burgundiones,

nes, Quadi, Marcomanni, Saxones, Turingi, Franci, Bavari, comprehenditque intra se omnem etiam eam regionem, ubi nunc Bohemia, Moravia, Silesia, et Lusatia est, nec non Borussiam, et Poloniam citra fluvium Vistulam, insuper Daniam cum insulis, quae veteri nomine Chersonesus Cimbrica fuit appellata, partemque Sveciae, quae Scandia, vel Scandinavia fuit dicta, et litora Norvegiae, qua haec spectat Occidentem, dicta Thule, seu Thyle.

§. 7.

Regiones Europae ab Germania ulteriores Orientem, et Meridiem versus.

Ab Germania in Orientem progrediendo sequitur Scythia, et Sarmatia Europaea, ubi nunc Borussia sita est, et Poloniae ea pars, quae jacet ultra Vistulam, insuper Curlandia, Livonia, Russiae pars Australis, Tartaria Europaea, et Chersonesus Taurica, seu Crimaea usque ad Pontum Euxinum, et Maeotidem paludem.

Infra Germaniam ex ejus parte australi jacet Rhaetia, divisa in primam, et secundam Rhaetiam, alio nomine etiam Vindeliciam dictam, et Noricum. Rhaetia ea olim fuit, quae nunc est Tyrolis ex maxima parte, cum parte circuli Svevici, et Bavarici. Noricum complectebatur Austriam majore ex parte, partem Stiriae, Carinthiae, et Carnioliae, ditionem Salisburgensem, nec non Bavariae, sed exiguam partem. In hac urbes fuerunt celebriores, Juvavia, quod Salisburgum deinde vocatum est, Flaviana, quae et Juli-

Juliana, nunc autem Vienna, Savaria nunc Graecium, Claudia nunc Clagenfurtum in Carinthia, Labacum in Carniolia.

Ab Rhaetia, et Norico descendendo meridiem versus venitur ad Italiam, quae format peninsulam inter mare Mediterraneum, et sinum Adriaticum. Dividitur in Italiam superiorem, mediam, et inferiorem. Superior Italia eadem est, quae Gallia Cisalpina olim fuit, eam omnem complectens regionem, ubi nunc est Luca, Genua, Pedemontium, Mediolanum, Parma, Placentia, Mutina, Ferraria, Bononia, Romandiola, Venetiae, Mantua, Brixia, Tridentum, Istria. Seculo septimo haec Italiae pars coepit vocari Longobardia vel Lombardia. Italia media, quae et dicta Italia propria est, eam tenuit Italiae partem, in qua nunc maxima sui parte Status Ecclesiasticus est, Hetruria, et regnum Neapolitanum. Ubi nunc Roma est, hoc olim fuit vocatum Latium; quemadmodum omnis etiam reliqua Italia sicut a variis nationibus tenebatur, ita et divisa secundum has fuit, et diversa etiam nomina regionum sortita est. Italia inferior fuit appellata etiam Graecia magna a Graecis, qui eam incoluerunt, infimamque tenet partem Italiae, ubi Calabria, Lucania, et Brutium sita sunt. Ulterius ab Italia meridiem versus sunt insulae, Sicilia, Corsica, et Sardinia in mari Mediterraneo. Strabo lib. 6. etiam Siciliam ad Graeciam magnam refert.

§. 8.

§. 8.

Reliquae Europae regiones.

Ab Norico Orientem versus usque Moesiam inter Danubium, ad Septemtrionem, et fluvium Savum ad Meridiem jacet regio, quae vetus fuit Pannonia. Dividebatur in superiorem, et inferiorem, quarum prior etiam prima, posterior secunda Pannonia appellabatur. Illa ad Occidentem, haec ad Ortum spectabat. Superior comprehendit partem Austriae, Stiriae, Carinthiae, et Carnioliae citra montem Cetium, Hungariae partem Transdanubianae usque ad fluvium Arrabonem, quo nomine antiquitus etiam Jaurinum fuit appellatum nec non partem maximam Croatiae. Pannonia inferior ab Arrabone ulterius ex eadem parte Danubii complexa est, omne hoc, quod nunc habet Hungaria cum Slavonia, Bosnia, et parte Serviae. Haec inferior, et secunda Pannonia fuit appellata etiam Interamnensis, Ripensis Pannonia, nec non Savia, et Valeria. Hungariae ea pars, quae a Danubio in adversam partem spectat, a Jazygibus Metanastis tenebatur. Totius Pannoniae ex superiore parte Flaviana, seu Vienna limes fuit, ex inferiore parte Taurunum, alio nomine Alba Graeca, quod nunc Belgradum vocatur.

Infra Pannoniam meridiem versus est Illyricum, Illyris, etiam, et Illyria dicta in Ora maris Adriatici, ex adverso Italiae. Illyricum jam latius sumitur a Scriptoribus comprehendendo simul Pannoniam, jam strictius pro regione, quae proprie fuit Illyricum. Divisum fuit in partes duas, quarum altera Liburniam cum Japidia continebat,

alte-

altera Dalmatiam. Diviso imperio Romano inter Orientis, et Occidentis Imperatores Illyricum quoque sectum bifariam, alterum Orientale, alterum Occidentale factum est. Urbes Illyrici clariores fuerunt, Spalatum antiquiore nomine Epetium, Epidaurus, quae nunc Ragusia vocatur, Jadera alio nomine Zara, Salona, quae nunc eversa jacet.

Illyrico contermina fuit Dacia, latissime fusa Septemtrionem versus usque ad montes Carpathicos, Ortum versus usque ad Pontum Euxinum. Ubi vero Dacia sub Romanorum potestatem venit, et in Romanam provinciam conversa est, hanc fluvius Hierasus terminavit Orientem versus, qui per Moldaviam fluit in Istrum. Hanc omnem terram primum gentes Scythicae incoluerunt, inter quas Romanis notissimi fuere Daci, et Getae, quos Graeci Scythas, vel Sarmatas appellaverunt. Mox huc intrarunt Gothi, Gepidae, Hunni, Pacinacitae, Cumani, Valachi, inter quos quemadmodum Dacia divisa fuit, ita nomina etiam diversa consecuta est, Daciae, Gothiae, Gepidiae, Transilvaniae, Cumaniae. Rursus autem Cumaniae pars una vocata est Moldavia ab amne Moldovo, altera Valachia ab incolis Blachis, sive Valachis. Ad veterem Daciam ea quoque regio spectabat, quae hodie vocatur Bessarabia. Eadem Dacia fuit etiam divisa in Ripensem, Mediterraneam, et Alpestrem Daciam. Ripensis ad ripas sita Tibisci, Chrysii, Marusii, et Danubii eam nunc constituit Hungariae partem, quae a Marmatia tenditur usque ad Marusium, et Banatum insuper complectitur Temesiensem. Mediteranea Dacia eadem fuit, quae nunc Transilvania est, ubi Sarmisagethusa olim Decebali regia, mox

Ul-

Ulpia Trajana, nunc Várhely dicta, Prætoria Augusta, mox Forum Siculorum, nunc Márosvásárhely, Auraria nunc Abrudbánya, Salinæ nunc Torda, Hermannopolis alio nomine Cibinium, Claudiopolis, quæ colonia est Trajana. Dacia Alpestris ibi fuit, ubi nunc est Moldavia, et Valachia.

Restant adhuc Europæ regiones tres, Moesia, Thracia, et Græcia. Moesia, a Septemtrione habens Istrum, a Dacia Orientem versus se se tendit usque ad Pontum Euxinum. Dividebatur in superiorem, et inferiorem, quæ pars ejus altera appellata fuit etiam Bulgaria. Infra hanc sita est Thracia æque ab ortu habens Pontum Euxinum, et Propontidem, ubi Constantinopolis, antiquitus vocatum Byzantium nunc a Turcis Stambol. Postquam Constantinus M. Byzantium ad eam evexit dignitatem, et magnificentiam, ut eam etiam Novæ Romæ nomine insignitam esse voluerit, Thracia quoque vocari coepit Romania.

Infra Thraciam inter mare Mediterraneum ab Occidente, et mare Ægæum seu Archipelagum, qui dividit Europam ab Asia, sita est Græcia. Hæc proprie sumpta comprehendit Græciam proprie dictam, Macedoniam, Thessaliam, et Epirum: stricte vero sumpta continet tantum Græciam proprie dictam, in qua Achaja, seu Hellas, Peloponnesus, et insulæ. Achajæ partes fuerunt Ætolia, Attica, Boeotia, Phocis, Doris, Locri, et Megaris. Peloponnesus et ipsa divisa continebat Achajam proprie dictam, Arcadiam, Argiam, Corinthum, Elidem, Laconiam, Messeniam, et Sicyoniam. Insulæ Græciæ sunt, Cephalenia, Corcyrus, Creta, Cyclades, Cythera, Delos, Euboea,

ea, Zacynthus, et aliæ præterea minores. Sicut autem Græciæ nomen fuit inditum Italiæ ei parti, quæ infima est, et Siciliæ, ita idem Græciæ nomen extensum fuit ad eam Asiæ, quæ dicta minor est, partem, in qua fuit Mysia, Phrygia, Æolia, Jonia, Lydia, et Caria, quæque idcirco Græcia appellata fuit Asiatica.

§. 9.

De India Occidentali, sive America.

Hæc, quam feci, est descriptio brevis Europæ, Asiæ, et Africæ. Superest India Occidentalis, alio nomine America: sed cujus notitia tanto usui jam non est, cum nonnisi anno 1492. primum a Christophoro Columbo Genuensi, deinde vero adhuc magis ab Americo Vesputio Florentino a. 1497. detecta fuisset, a quo et nomen ab Europæis ei inditum est. Nam cum incognita fuerit, etiamsi fortasse non penitus, tamen a Scriptoribus Historiæ Ecclesiasticæ nulla ante hoc tempus facta ejus mentio est. Habet America formam duarum peninsularum tenui isthmo intercedente, ab unoque usque ad polum alterum tenditur longitudine milliarium Germanicorum, id est quatuor mille passuum 750, habens in latitudine talia milliaria 525. Multæ hujus regiones pertinent ad Regem Hispaniæ, uti Peruvia, nova Hispania sive regnum Mexicanum, pluresque aliæ: quædam parent Gallis, Anglis, Batavis, Lusitanis, et Svecis; quædam abjectis priorum dominorum imperiis foederatam, ac in dies latius patentem constituunt rempublicam.

Dixi,

Dixi, Americam fortasse veteribus non fuisse penitus ignotam. Sunt enim quæpiam istius notitiæ vestigia. Nam Diodorus Siculus *Biblioth. lib.* 5. memorat, Phoenices quosdam in insulam fertilissimam, Africæ oppositam, vi tempestatis esse delatos; quæ ultra Africam potest censeri non alia, quam America in vastissimo illo pelago. Idem docet, Poenos omnem dedisse operam, ut hæc Europæis ignota maneret insula. Quamobrem insulam Atlanticam, cujus etiam Plato meminit, eamdem esse, quæ America, asseruit etiam Abrahamus Ortelius in Theatro Geographico, Philippi II. Regis Hispaniæ Geographus a 1598. vita functus, et Gerardus Mercator Flander in Tabulis suis Geographicis, æque ut Ortelius nominatissimus suæ ætatis Geographus, qui decessit a. 1594.

§. 10.

Quæ Romani Imperii ad ejus regimen politica fuerit constitutio.

Descriptionem feci geographicam brevissime totius orbis terraquei in eum Historiæ finem, ut dum in hac mentio fieret regionum, atque locorum, intelligi posset, ubi regiones, atque loca hæc sita essent. Non manserunt autem ista absque mutatione, dum imperia quoque, et regna alia quidem conciderunt, alia autem exorta sunt, sed neque gentes eædem in iisdem terris manserunt semper, sed aliæ in aliarum locum successerunt pristinis incolis sub jugum missis, vel etiam e suis sedibus expulsis. Quo factum est, ut neque priora regionum, et urbium nomina semper per-

perstiterint. Ego autem exposui, quæ facies orbis terræ fuerit maxime, quando penes Romanos fuit orbis imperium, eo, quod tunc Religio Christiana, de qua tractare Historiæ Ecclesiasticæ est, Evangelii promulgatione fundata, et propagata sit quaqua versum in mundo.

Imperium Romanum, quod per Europæ, Asiæ, et Africæ maximam partem distendebatur, sub Imperatoribus divisum fuit in decem, et tres dioeceses: (Græcum est vocabulum, quod civitatis administrationem significat) quælibet autem dioecesis plures complexa est provincias, quæ Romanis centum, et viginti erant, ita ordinatæ, ut singulis provinciis in earum metropoli, unus præsideret ad eam gubernandam: similiter singulæ diœceses singulos Præsides supra se haberent, hique rursus positi essent sub Præfectis Prætorio; qui cum sub Augusto, et hinc usque ad Commodum Imperatorem unus tantum fuisset, ab hoc constituti sunt Præfecti Prætorio duo, quorumque numerum iterum Constantinus M. duplicaverit a) facta inter hos dioecesium partitione.

Juxta hanc regiminis formam politicam, qua singulis provinciis unus præsideret cum auctoritate, iterumque cuivis diœcesi unus, constitutam esse formam regiminis etiam Ecclesiastici, ut Episcopus in metropoli provinciæ præesset Episcopis ceteris ejusdem provinciæ, iterumque diœcesis sibi haberet præpositum eum Episcopum, qui in urbe totius diœceseos principe Episcopatum gereret, quin tamen hæc Episcoporum, qui sive in provincia, sive in diœcesi eminerent supra ceteros

a) Zosimus lib. 2. Hist. Herodianus in Commodo.

teros Episcopos, suam adepti potestatem sint vel per propriam ambitionem, vel ab urbium, quarum erant Episcopi, eminentia, demonstratum est a me Dissertatione II. in selecta argumenta Historiae Ecclesiast. sed a Petro, et Apostolis ex propria Apostolica auctoritate. Idem Romanum Imperium divisum fuit in duo imperia, Orientis, et Occidentis per Theodosium M. inter duos filios, Arcadium, et Honorium Imperium partientem: neque multo post idem Imperium irruptiones passum multas, et vehementes barbarorum, eam identidem mutationem subiit, ut demum post plures, variasque vicissitudines in eum statum Romanum Imperium, ejusque provinciae devenerint, in quo nunc sunt.

PARS I.

INSTITUTIONUM HISTORIAE ECCLESIASTICAE.

AB ANNO I. ÆR. CHRIST. USQUE AD FINEM SECULI IV.

§. 1.

Christi nativitas, et actiones usque ad ejus in caelum adscensionem.

Dominus noster Jesus Christus natus est in Bethlehem civitate Judææ ex Maria matre virgine anno primo Æræ Christianæ, utpote cujus initium in Christi nativitate constitutum est. Quotus iste annus a creatione mundi fuerit, dictum est in Prolegomenis de Chronologia §. 4. Christus a pastoribus eadem nocte, qua natus est, monitis ab Angelo, neque multis diebus post a Magis, qui ex Oriente ductu stellæ venerunt, adoratus est. Quadragesima a nativitate die portatus ad templum est illius oblationis causa, quem divina lex per Moysem data puerperis constituerat. Cum Hero-

Herodes Judæorum Rex infantium caedem factu-rus esset promiscuam Chrisi interficiendi causa, Joseph Mariæ conjux ab Angelo monitus cum infante Jesu, ejusque matre in Ægyptum abiit, ibique mansit donec mortuus fuisset Herodes, nec multo post: quippe anno sequente consumptus est teterrimo morbi genere in tabem verso, et a vermibus corroso corpore.

Joseph, et Maria ex Ægypto reversi Jesum in Nazareth civitate Galilææ, ubi domicilium eorum erat, educarunt. Annos natum duodecim cum iidem secum Jerosolymam ad festum Paschatis duxissent, ibi quamvis adhuc puer, cum Doctoribus, et legis peritis Judæorum publice in templo talem habuit sermocinationem, ut omnes, qui eum audierunt, stuperent super prudentia, et responsis ejus. Annum ætatis suæ tricesimum cum iniiset, Nazaretho venit ad Joannem Baptizantem in Jordane, atque ab hoc baptizatus etipse est. Ad desertum deinde se contulit, ubi quadraginta dierum jejunium peregit. Post hoc in Galilæam regressus hic omnium primum suum Evangelium cœpit annunciare, relictoque Nazaretho, cujus incolæ e monte eum præcipitare voluerunt, Capharnai in alia civitate Galilææ locum suo domicilio delegit. Hinc peragrando universam Galilæam, et Judæam, populi multitudinem, quæ, auditis, et visis miraculis ab eo factis, undique ad eum confluxerat, docebat, atque ex his, qui ei adhæserant, duodecim elegit, quos Apostolos suos constituit, nec non alios duos, et septuaginta, quos binos præmitteret ad civitates, et loca, ad quas erat venturus. Postquam triennium functus esset hoc docendi munere, malignitate Judæorum actus in crucem est, et mortuus. Die au-

autem tertia a morte surrexit, et postquam adhuc quadraginta dies cum discipulis suis conversatus fuisset, in horum præsentia, et oculis ex monte Oliveti, Jerosolymæ vicino adscendit in cælum, dato Apostolis mandato de Evangelio suo per universum terrarum orbem promulgando.

Christum, dum ab Joanne baptizaretur, incepisse, quasi annorum triginta esse, diserte apud Lucam est Cap. 3. ℣. 23. Hoc autem *Quasi* cum ab eodem Luca referatur ad incipere istum tricesimum ætatis annum, sequitur, ut iste tricesimus annus ætatis de Christo sit etiam intelligendus tantummodo inchoatus. Vetustissimo more Ecclesia recolit memoriam baptizati Christi ab Joanne in festo Epiphaniæ: inter quod Epiphaniæ festum, et nativitatis Christi intercedunt dies duodecim. Hoc igitur etiam est quasi initium anni tricesimi, quo baptizatus est Christus. Hinc vero facile est devenire etiam ad annum, quo suæ ætatis mortuus sit Christus. Nam cum ab ejus hoc baptismo, quatuor intercesserint Paschata ad ejus mortem, quæ ex Evangelio Joannis colliguntur, primum C. 2. v. 13. alterum C. 5. v. 1. tertium C. 6. v. 4. quartum denique C. 13. v. 1. sequitur, Christum anno ætatis suæ tertio, et tricesimo mortuum esse. Hac computatione annus mortis Christi cadit in annum, quo Rubellius, et Fufius fuerunt Consules, uterque Geminus: quo anno Christum mortuum esse, Tertullianus *lib. contra Judæos cap.* 8. S. Augustinus *lib.* 18. *de Civ. Dei cap.* 54. aliique veteres scriptores, nec non Chronica, et antiqua Martyrologia perhibent.

§. 2.

§. 2.

Matthias factus Apostolus. Adventus Spiritus S. die Pentecostes. Prima post id Evangelii prædicatio Jerosolimæ. Judæorum furor adversus nascentem Ecclesiam. Diaconorum electio.

Statim ubi Apostoli reversi ex monte Oliveti sunt, Petrus hos, omnemque reliquam discipulorum Christi multitudinem ad centum viginti, affatus, docuit in locum Judæ, qui Christi proditor fuit, alium debere eligi Apostolum. Joseph cognomine Barsabas, et Matthias sunt propositi tamquam omnium dignissimi. Sortibus missis Matthias factus est Apostolus. Decima die post Christi adscensum in cælum, quinquagesima autem ab ejus resurrectione, dum in memoriam datæ legis in monte Sinai Judæi festum agerent, venit Spiritus sanctus super Apostolos Jerosolymæ, omnemque reliquam Christi discipulorum multitudinem in forma lingvarum ignearum, et illico variis lingvis inceperunt loqui. Quam cum in his subitam lingvarum scientiam admirati fuissent Judæi, magnusque eorum concursus factus esset, Petrus suo sermone, quem ad eos habuit Judæorum ad fidem in Christum convertit tria circiter millia. Nec multo post, cum idem Petrus homini a nativitate claudo ad portam templi repentinam sanitatem pedum, ac firmitatem tribuisset per nomen Jesu, ad ejusdem Petri concionem eorum, qui crediderunt, factus numerus est quinque millia. Hi in fide instructi, et baptizati frequentes erant in templo; conveniebant ad frangendum panem, facultatibusque suis in unum collatis, omnia inter se habebant communia.

Hanc,

Hanc, et quæ semper ulterior facta est Judæorum ad fidem in Christum conversio, non æquis oculis adspexerunt Judæorum primores, et Sacerdotes. Petrum hi et Joannem comprehensos ad suum trahunt tribunal, hisque severissime interdicunt ulteriorem omnem Evangelii prædicationem. Hi responderunt, ipsisne, vel Deo potius obediendum esset. Cum igitur adversus hanc prohibitionem Apostoli pergerent docere, ad eosque undique ex aliis etiam locis Jerosolymam concursus factus esset, allatis etiam infirmis, et in plateis constitutis, ut dum Petrus transiret, hujus umbra illos tangeret; atque sic sanitatem reciperent, magistratus Judæorum, et Sacerdotes non tantum in Petrum, et Joannem, verum etiam in ceteros omnes Apostolos manus injecerunt, et in carcerem eos conjecerunt, postridie de his celebraturi judicium. Nocte, quæ subsecuta est, Angelus Apostolos e carcere emittit, mandatque, ut mane sint in templo, et doceant. Magistratus Judæorum cum altera die Apostolos in carcere, quamvis bene clauso non reperissent, intellexissent autem hos esse in templo, moreque suo populum docere, ipsi iverunt ad eos revocandos nulla adhibita vi, ne populum ad seditionem adversum se concitarent: cumque illos stitissent in súo judicio, parati erant eos interficere. Gamaliel unus ex eorum numero ipsos deterruit. Attamen plagas Apostolis imposuerunt cum severa iterum comminatione, si pergerent ultra docere. Quem dolorem, contumeliamque verberationis sic Apostoli pertulerunt, ut etiam gaudentes discederent ex Judæorum concilio, quod digni habiti füissent pro nomine Jesu contumeliam pati.

Ju-

Judæi Hellenistæ, id est origine quidem Judæi, sed quibus natis, et educatis extra Judæam Græca, non Hebræa lingva esset, hi, inquam facti Christiani murmurarunt adversum ceteros, quod eorum viduæ despicerentur in quotidiano ministerio. Hæc res occasionem dedit constituendis septem diaconis; quosque Apostoli etiam manuum suarum impositione ad hocce ministerium consecraverunt. Horum Diaconorum unus fuit Stephanus, qui ab Judæis lapidatus primus post Christi adscensionem in cælum, et Evangelii propagationem Christo sanguine suo testimonium dans, Martyr factus est.

Quamvis autem per occasionem illius murmurationis ab Apostolis constituti sint Diaconi: tamen hos non viduis substituerunt, sed ministerii partes, quas per seipsos peregerunt, in illos transtulerunt. Id, quod apperet ex verbis eorum: *Non est æquum, nos derelinquere verbum Dei, et ministrare mensis* Act. 6. v. 2. Ad dispensandam videlicet Eucharistiam spectabat eorum ministerium. Hoc muneris fuisse Diaconis, certum fit ex Apologia I. S. Justini M. *Postquam vero is, inquit, qui præest, preces absolvit, et populus omnis acclamavit, qui apud nos dicuntur Diaconi, panem, et vinum, et aquam, in quibus gratiæ actæ sunt, unicuique præsentium participanda distribuunt, et ad absentes perferunt.* Nec non ex S. Iguatii epistola ad Trallian. *Oportet* inquit, *et Diaconos, mysteriorum Christi ministros, per omnia placere. Neque enim ciborum, et potuum ministri sunt, sed Ecclesiæ Dei administratores.* Nempe penes hos fuit etiam facultatum Ecclesiæ administratio, et erogatio in mensam, communemque victum, aliasque singulorum necessitates, quan-

quando Jerosolymæ in primordio Ecclesiæ sua omnia ad pedes Apostolorum deponebant, qui facti Christiani sunt. Deinde si in locum viduarum constituti fuissent Diaconi, viduæ desiissent ab eo ministerio, quod gesserunt. Manserunt vero hæ etiam postea in suo ministerio. Talis enim ministra fuit Phoebe, de qua scribit S. Paulus: *Commendo vobis Phoeben, sororem nostram, quæ est in ministerio Ecclesiæ, quæ est in Cenchris.* Rom. 16. v. 1. et de quibus viduis ad ministerium eligendis idem Paulus etiam Timotheo præcepta dat. 1. *Tim.* 5. *v.* 9. Earumdem ministrarum mentio fit etiam in epistola Plinii ad Trajanum de Christianis. *Necessarium*, inquit, *duxi, ex duabus ancillis, quæ ministræ dicebantur, quid esset veri, et per tormenta quærere.* Earum officia hæc memorantur a S. Epiphanio Hær. 79. *Quamquam vero*, inquit, *Diaconissarum in Ecclesia ordo sit, non tamen ad sacerdotii functionem, aut ullam ejusmodi administrationem institutus est: sed ut muliebris sexus honestati consulatur, sive ut Baptismi tempore adsit, sive, ut inspiciat, si quid molestiæ pertulerit, sive, ut cum nudandum est mulieris corpus, interveniat, ne virorum, qui Sacris operantur, adspectui sit exposita, sed a sola Diaconissa videatur, quæ Sacerdotis mandato mulieris curam gerit, quo tempore vestibus exuitur.* Iisdem curam infirmorum fuisse commissam, est scriptum a S. Hieronymo *Epist.* 52. *ad Nepotian.* Præterea, quemadmodum viri ad Ecclesiæ ostium, per quod viri intrabant, erant constituti, dicti Ostiarii, ita pariter feminæ ad portam erant, qua ingrediebantur feminæ. Et quamvis hæ per impositionem etiam manuum Episcopi fuissent munere suo initiatæ, tamen hæc nonnisi fuit cærimonia, nullam vim tribuens spiritu

ritu

nalis potestatis ad imitationem factæ Ordinatio- Diaconorum, utpote, quibus in Ecclesia ne- idem loqui permissum esset. 1. Cor. 14. v. 34.

§. 3.

vangelii ulterior propagatio. Sauli ad Christum conversio. Samaritanis facta ejusdem Evangelii annunciatio. Simon magus. Apollonius Tyaneus.

Judæi eodem impetu, quo Stephanum mor- affecerunt, in reliquos etiam Christianos Jero- lymæ irruerunt. Quamobrem hi in fugam se dederunt omnes exceptis Apostolis. Quæ vero ga contulit etiam propagationi Evangelii. Nam i in fugam dispersi in omnibus civitatibus, et cis, per quæ ibant, divulgarunt Evangelium, eque tantum in Judæa, verum etiam in Phoeni- ia, Cypro, et Syria usque Antiochiam. Sed ne- ue Judaei, et eorum magistratus facti segniores unt in exquirendis, et puniendis iis, qui Chri- tiani facti essent alibi etiam, non solum Jeroso- ymæ. Cum ejusmodi epistolis, a Principe sacer- otum acceptis, etiam Saulus ivit Damascum. um autem huc jam appropinquasset, divina lu- circumfusus, auditisque a Christo sibi apparen- his verbis: *Saule, Saule, quid me persequeris?* tim et ipse conversus ad Christum est; et Da- sci baptizatus, Christum in Synagogis prædi- e coepit. Quamobrem ne occideretur ab Ju- eis noctu in sporta demissus e muro urbis effu- periculum. Reversus Jerosolymam, cum et cum Judæis congressus esset disputando, at- e hi vitæ illius insidiati fuissent, discessit Cæ- sare-

saream, et hinc Tarsum in Ciliciam sutum n lem locum.

In illa discipulorum Christi fuga, et dis sione ex urbe Jerosolyma, quæ demonstrata Philippus unus e septem Diaconis venit Samari eoque prædicante Samaritani receperunt verl Dei. Quod cum audivissent Apostoli, qui e Jerosolymæ, hi Petrum, et Joannem miserunt mariam, ut Samaritanis ad Christum conver et a Philippo baptizatis manus imponerent ad cipiendum Spiritum Sanctum. Inter Samarita a Philippo baptizatos, fuit etiam Simon ma Hic cum vidisset per manus Petri, et Joannis Spiritum sanctum, hæc videlicet datio Spir sancti aliquo, etiam conspicuo modo facta f quemadmodum die Pentecostes, pecuniam ol lit Petro, et Joanni, ut hanc potestatem tribue Spiritum sanctum etiam cum eo communicar Cui Petrus, *Pecunia tua*, inquit, *tecum sit perditionem, quoniam donum Dei existimasti cunia possideri*. Act. 8. v. 20. hominemque hort est ad agendam poenitentiam.

Hanc vero is non tantum non egit; sed mus omnium fuit, qui delatus in errores, que disseminans, factus sit auctor hæreseos. se prædicabat: *Ego sum sermo* (λόγος) *Dei, omnipotens, ego omnia Dei*, in seipsum vert quæ audierat prædicari de Christo. Prostibul quodpiam Tyri a se emptum, nomine Helen circumducebat, quamque primam suam intellig tiam esse dicebat, per quam omnis rerum univ sitas, ipsi etiam Angeli conditi sint. Istis tril inventionem legum, quarum vero obligation nullam diceret esse, sustulitque inter res, q

rur

rum aliæ bonæ, aliæ malæ sint, omne discrimen. Unam, et solam rationem vitæ æternæ obtinendæ asserebat esse, si in ipso, ejusque Helena salutis spes omnis, et fiducia posita esset. Asseclis suis permisit colere idola: quin hi ipsum etiam Simonem sub Jovis, et ejus Helenam sub Minervæ nomine coluerunt, atque horum sibi simulacra fecerunt. *S. Hieron. in Cap.* 24. *Matth. S. Epiphan. Hær.* 21.

Eodem fere tempore Apollonius Tyaneus, e Cappadocia oriundus, in scenam prodiit, Philosophum se professus cum magna morum severitate. Habitabat in templis, regiones peragrabat, atque usque ad Indos peregrinatus esse dicitur. Hujus vitam Philostratus Alexandro Severo Imperatori ab epistolis, qui a. 222. Imperio præesse coepit, composuit sex libris hortatu Juliæ, quæ Severi conjux fuit. In his plurima narrat prodigia, quasi ab Apollonio patrata, et edita vaticinia, nec non cognita ab eo, et indicata quæ sint remotissimis etiam locis acta, idque eodem temporis momento: quale exempli gratia est, quod cum Ephesi esset, Domitiani interitum, qui Romæ occisus est, eodem puncto temporis resciverit, et indicaverit. Eidem Philostratus etiam intelligentiam vocum animalium, et avium, qualis in hominum sermone est, attribuit. Idem Severus Imp. Apollonii effigiem, quemadmodum scriptum est ab Eusebio *lib.* 6. *H. E. cap.* 20. una cum imaginibus Orphei, Abrahami, et ipsius Christi in suo larario religiose servavit, hos omnes commiscens cum diis, quos coluit. Fuit vero Apollonius magus. Illa igitur ejus facta, quæ velut prodigiosa sunt celebrata a Philostrato erant nonnisi præstigiæ, aut figmenta, quæ vel auctorem habu-

erint

erint Damin, qui socius fuit Apollonii in peregrinando, primusque ejus vitam composuit, vel Philostratum, vel potius hunc utrumque: e quibus Philostratus rogatus ab Julia Imperatrice, ut Apollonii, propter famam, quam audierat ejus prodigiorum, scriberet vitam, ista per seipsum confinxerit, quo rem jucundiorem, et gratiorem faceret Imperatrici cupidæ audiendi talia. Erat et illud quæsitum ista compositione vitæ Apollonii, ut adversus ea, quæ a Christianis fiebant vera prodigia, etiam Gentiles haberent, quæ possent jactare quasi prodigia, et vaticinia virtute suorum deorum facta, Christianisque opponere. Id, quod Hierocles quoque fecit, philosophus Gentilis, et Bithyniæ Prætor persecutionem in Christianos movente Diocletiano in libris quibus titulum *Philalethes* dedit, quæ vox significat *Veritatis amatores*, seipsum, et Gentiles designans, falsorum deorum cultores: quem Hieroclis librum Eusebius Cæsareensis suo libro adversas hunc refutavit.

§. 4.

Petri Apostoli itinera. Conversio Cornelii Centurionis ad Christum. Petri Antiochena Sedes.

Illa ab Judæis in Christianos excitata tempestas, qua Stephanum interemerunt, et in reliquos bonorum spoliatione, et suppliciis non tantum Jerosolymæ, verum per alia etiam omnia loca grassati sunt, resedit. Non habuerunt Judæi jam tum sub Romanis potestatem capitalis supplicii irrogandi. *Joan.* 18. v. 31. Itaque nonnisi seditioso furore, et contra judiciorum formam, per Romanos

nos constitutam, illa egerunt, donee ista temeritas compressa fuisset per eosdem Romanos. Dum igitur, quemadmodum Lucas docet *Act.* 9. v. 32. Ecclesia per totam Judæam, Galilæam, et Samariam habuisset pacem, Petrus pertransiit universos Sanctos. Hæ erant Ecclesiæ eorum prædicatione plantatæ, qui excitata illa ab Judæis Jerosolymae procella, qua sublatus fuit etiam Stephanus Diaconus, diffugerant, et dispersi in omnes partes ipsum etiam Evangelium sparserant per universam Judæam, atque in alias etiam exteras regiones. *Quemadmodum Dux in exercitu obambulans*, sunt verba S. Chrysostomi Homil. 21. in Acta, *considerabat, quæ pars sit coadunata, quæ ornata* (bene composita) *quæ suo adventu egeat. Vide, illum ubique circum cursare, et primum inveniri.* In hoc suo itinere Petrus Liddæ quemdam nomine Æneam, invocato nomine Jesu, a paralysi liberavit, in Joppe Tabitham mortuam ad vitam revocavit. Hincque accersitus Cæseream a Cornelio Centurione, hunc cum tota ejus domo baptizavit.

Neque tantum intra fines Judææ iter faciens et visitans Ecclesias, Petrus se tenuit, sed Antiochiam quoque, quæ Syriæ metropolis est, venit. Hanc, quæ Antiochiæ fuit Ecclesia, fundatam esse a Petro docet Eusebius in Chronico, antequam Romam ivisset Olympiadis 205. anno secundo. Non tamen ille primus in hac urbe Evangelium prædicavit, et fidem plantavit, sed hoc factum est per eos, qui post occisum Stephanum diffugerant Jerosolyma discipuli Christi, et quorum aliqui venerunt Antiochiam. *Act.* 11. v. 19. Eatenus igitur Petrus dicitur fundasse Ecclesiam Antiochenam, quatenus non dum constituta ibi

Epi-

Episcopali Cathedra, hanc ipse erexit. Eamdem hanc Cathedram sibi servasse, atque in hac sedisse, jam ante Eusebium docuit Origenes *Homil.* 6. *in Luc.* nec non S. Chrysostomus *Opp. Tom. V. Homil.* 12. S. Hieronymus *de Vir. Illust. Cap.* 1. S. Leo M. *Serm.* 80. Innocentius I. et Gelasius *Conc. Tom. II. pag.* 1269. et *Tom. IV. pag.* 1262. Gregorius M. *lib.* 6. *Epist.* 37. Septem annos sedisse eum in hac Cathedra, docet idem S. Gregorius cit. loc. et Auctor Libri Pontificalis.

§. 5.

Apostolorum ex Judæa in alias orbis terrarum regiones ad Evangelium prædicandum profectio. De Symbolo, quod vocatur Apostolorum.

Hoc circiter tempore, quo Petrus ultra Judæam processit, atque Antiochiæ sibi sedem Episcopalem constituit, ceteros quoque Apostolos in alias orbis terræ regiones ex Judæa ad prædicandum Evangelium profectos esse, ex eo intelligi potest, quod idem et a Petro factum sit. Cum Petrus juxta Chronicon Eusebii anno secundo Olympiadis 205. qui annus Imperii Claudii secundus est, Æræ Chr. secundus, et quadragesimus, si annis septem prius Sedem Episcopalem Antiochenæ Ecclesiæ tenuit, quam Romam iret, sequitur eumdem Petrum suam sessionem in Sede Episcopali Antiochena anno Ær. Chr. sexto, et tricesimo inchoasse, et isto etiam tempore ceteros etiam Apostolos distributis inter se orbis terrarum partibus ex Judæa ad Evangelium prædicandum abivisse.

Ubi

Ubi quisque Apostolus fuerit, et quas regiones prædicando Evangelium obierit, nonnulla tantum de horum aliquibus notitia ad nos pervenit. Nonnisi de Paulo Apostolo in Actis Apostolorum habemus, ubi versatus in prædicando Evangelio, fundandisque Ecclesiis sit, idque tantummodo etiam usque ad id tempus, quo Romam in vinculis ductus fuit ad quod tempus, et insuper ad biennium, quamdiu Romæ Paulus mansit in vinculis, liber Actuum Apostolorum pertingit. Juxta Acta Martyrii S. Andreæ, quæ se ipsa ferunt scripta a Presbyteris, et Diaconis Achajæ, Andreas in Achaja Evangelium prædicavisset, ibique vitam finivisset crucis supplicio. Quæ vero a Criticis non habentur pro fide dignis eo, quod seculo nonnisi septimo prorepserint in lucem, nullaque prius horum fiat mentio a Scriptoribus Ecclesiasticis, nequidem ab Eusebio, et S. Hieronymo: qui studiose in omnia literarum Ecclesiastica monumenta inquisiverunt. Attamen non eo minus etiam S. Hieronymus *Epist.* 59. *ad Marcellam*, Andream Apostolico munere functum esse tradit in Achaja. Idem ab eo factum esse in Epiro S. Gregorius Naz. *Orat.* 25. perhibet. Petrus in Galatia, Bithynia, Cappadocia, Ponto, et in Asia prædicavit Evangelium, antequam Romam se contulisset, quemadmodum id, velut a Majoribus traditum refert Eusebius *lib.* 3. *H. E. cap.* 1. Huic consonum est, quod S. Petrus binas suas epistolas ad eos, qui in his provinciis erant Christiani, dederit. Idem Eusebius eodem loco, in partitione, quam regionum inter se Apostoli fecerint ad prædicandum Evangelium, docet Joanni obtigisse Asiam, quique etiam obierit Ephesi, Thomæ vero Parthiam, et Andreæ Scythiam. Philippum in Phrygia prædicasse Evangelium, est scriptum

in epistola Polycratis apud eumdem Eusebium *lib* 3. *H. E. cap.* 31. Gregorius Naz. *cit. loc.* Thomæ Indiam dat, quæ et Bartholomæo data est ab Eusebio *lib.* 5. *H. E. cap.* 10. Ubi etiam refert, a Pantæno esse deinde hic repertum Evangelium Matthæi lingva Hebraica scriptum, quod ut fama ferebat, relictum ibi sit a Bartholomæo. Hæc autem India, in qua juxta S. Gregorium Naz. S. Thomas prædicavit Evangelium, et ad quam sparso lumine Evangelii in Parthia, Media, Persia, Hyrcania, et apud Bactros venit ad hoc idem lumen spargendum, India est Asiatica: ubi is et sepultus fertur in loco Maliapur, quæ idcirco ab incolis Christianis civitas vocatur S. Thomæ, sita in Peninsula cis Gangem. Illa vero India de qua Eusebius loquitur, et in qua S, Bartholomæus Evangelium prædicavit, est Abyssinia in Africa. Simonem fuisse Mesopotamiæ Apostolum est scriptum a S. Hieronymo *in Comment. Epist. ad Gal.* Jacobum, qui frater Domini vocatur in Evangelio, Ecclesiæ Jerosolymitanæ Episcopatum gessisse, ubi et mortem oppetierit e templi fastigio præcipitatus, perhibent Eusebius *lib.* 2. *H. E. cap.* 1. S. Hieronymus *de Script. Eccl. cap.* 2. S. Epiphanius *Hær.* 78. Jacobum Apostolum, cognomento Majorem, Hispanis prædicasse Evangelium, fuit vulgo creditum antea. Nunc hujus falsitatem esse compertam sapientioribus Criticis, Natali Alexandro etiam Constantinus Roncaglia assentitur in Notis ad eumdem Natalem *Hist. Eccl. Sec. I. Diss.* 15. Dum in Concilio Lateranensi sub Innocentio III. isto argumento Archi-Episcopus Compostellanus suæ Sedi Primatum studuisset asserere, quasi quæ primum suum Episcopum habuerit eumdem Jacobum, Rodericus Ximenius Archi-Episcopus Toletanus fidenter in faciem ei objecit, esse rem, quæ nonnisi

cre-

edatur a mulierculis, virum vero eruditum suf-
agatorem habeat neminem. De ceteris Apostolis
quibus regionibus munere Evangelicæ prædica-
onis functi sint, est multo adhuc magis obscurum,
incertum.

Apostolos, antequam ex Judæa discederent
rædicaturi Evangelium in aliis regionibus per uni-
ersum mundum, composuisse Symbolum, quod
postolorum vocatur, tradit Rufinus veluti rem
Majoribus acceptam in Exposit. ejusd. Symboli
l Laurentium, *Ne forte alii alio adducti diver-
um aliquid his, qui ad fidem Christi invitaban-
ur, exponerent.* Hac igitur de causa, hoc ab
postolis in eorum conventu esse confectum Sym-
olum, ut regula esset fidei, quam omnes in Chri-
um credituri iisdem etiam verbis profiterentur.
leque enim quoad rem in docendo disconvenire
nter se poterant, Spiritus Sancti lumine, atque
irtute instructi. Rufino consonant etiam Patrum
estimonia, Irenæi *lib.* 1. *adv. Hær. cap.* 2. Am-
brosii *Epist. ad Siricium,* Cælestini I. *Epist. ad
Nestor.* Maximi *Homil. de Traditione Symboli,*
Tertulliani *de Præscript. cap.* 37. sicque creditum
semper est in Ecclesia.

Primus Calvinus prodiit *lib.* 2. *Institut. cap.*
6. qui negavit Symbolum hoc venisse ab Apo-
tolis. Hunc secutus est Gerardus Vossius *lib. de
ibus Symbolis,* et Basnagius *in Annal. ad a.* 42.
serentes, ideo tantum dici hoc Symbolum Apo-
tolorum, quia ex horum doctrina seculo secundo
clesiæ, vel tertio confectum sit, ut Catechume-
, fidelesque hac nobili tessera ab impuris hæ-
icis, Christianorum nomen sibi etiam assumen-
us, secernerentur. In eamdem sententiam con-

cesserunt etiam e Catholicis Erasmus, et Dupin Jam vero si tantum inde hoc Symbolum Aposto lorum fuisset vocatum, quod doctrinam ab his tr ditam contineat, igitur Symbolum etiam Nica num, et omnia cetera, quae confecta sunt Sym bola in Ecclesia Catholica, debuissent Symbo Apostolorum vocari: siquidem neque in istis aliu sit, quam Fidei expositio ab Apostolis traditae. A vero nullum ex his, sed solummodo illud unu Apostolorum dicitur; cetera autem omnia aliund et vel a loco, in quo confecta, vel ab iis, q composuerunt, sortita nomen sunt. Deinde, hoc Symbolum per scripturam editum fuisset, ta nobile monumentum omnibusque notum, utpot quo fidem omnes in Ecclesia ubique profiterentu hocne latuisset Eusebium, et Hieronymum, q ex professo omnia, quae literis sunt prodita, et quibus essent prodita, conscripserunt? Ideo au tem ab his praetermissum est in recensione Scri ptorum, nec quamvis ab Apostolis confectum in ter Scripturas Canonicas est relatum, quod tantu viva voce sit fidelibus traditum ab Apostolis. Id quod inde etiam confirmatur, quod cum soli me moriae initio commissum esset, non ubique et a omnibus eadem prorsus illius verba retenta sin S. Ambrosius *cit. loc.* docet, hocce Symbolum Ecclesiam Romanam intemereratum semper custo disse, et servasse, dum in nonnullis aliis Eccles is hoc ita observatum non fuisset. Cujus causa Rufinus etiam jam citato loco explicat. *In diversis* ait, *Ecclesiis quamvis aliqua inveniantur adjecta* (Symbolo) *in Ecclesia tamen urbis Romae ho non deprehenditur factum: quod ego propter esse arbitror, quod neque haeresis illic ulla sum psit exordium.*

§. 6.

§. 6.

8. *Petrus Apostolus etiam Romæ prædicavit Evangelium, et ita ut quam ante Antiochiæ habuit, hic sibi etiam constituerit Episcopalem Cathedram.*

Jam populos, ait S. Leo M. Serm. 1. de Petro, et Paulo, versa oratione ad Petrum, *qui ex circumcisione crediderant, erudieras, jam Antiochenam Ecclesiam, ubi primum Christiani nominis dignitas est orta, fundaveras, jam Pontum, Galatiam, Cappadociam, Asiam, atque Bithyniam legibus Evangelicæ prædicationis impleveras: nec aut dubius de provectu operis, aut de spatio tuæ ignarus ætatis, tropæum crucis Christi Romanis arcibus inferebas, quo te divinis præordinationibus anteibant et honor potestatis, et gloria passionis.* Petrum Romæ fuisse, Evangeliumque ibi prædicasse, Protestantes maximo conatu adgressi sunt negare. Ex his ipsis autem Caveus, et Basnagius fuerunt, qui hoc molimen Protestantium refellerent. Tot enim, talibusque testimoniis esse hoc compertum, ut nulla ulli historiæ fides posset manere, si in dubium istud vocaretur. Hi iidem tamen ipsi eo se verterunt, ut conarentur probare, Petrum, quamvis Romæ fuerit, fidemque ibi plantaverit, non tamen habuisse sibi constitutam Sedem Episcopalem, ut ita eam, quæ a Petro Apostolorum Principe in ejus successores in Episcopali Cathedra Romanos Episcopos fluxit, et fluit Primatus totius Ecclesiæ dignitas, inficiarentur. In Dissertationibus meis in Selecta argumenta Hist. Eccl. Dissert. I. de S. Petri Episcopatu Rom. ostendi, æque hoc alterum talibus testimoniis esse firmatum, et comprobatum, qua-

qualibus illud, Petrum fuisse Romæ, atque Evangelium illic prædicasse: Protestanium quoque argumenta tam adversus Petrum Romæ Evangelium prædicantem, quam contra Sedem Episcopalem, quam is sibi illic fixerit, produxi, et cujus firmitatis sint, expendi. Et quoniam de anno etiam, quo Petrus Romam venerit, et quot annis ibidem Episcopatum gesserit, esset inter Criticos disceptatio, de hoc etiam utroque in eadem Dissertatione egi: et quamvis Paulus etiam partem habuisset in fundanda Romana Ecclesia, neque tamen hunc, et Petrum fuisse geminum caput Ecclesiæ, vel duos Episcopos eodem tempore Romanos asserui, denique sic Romæ fixam Petri Sedem, sicque cum ea dignitatem Primatus supra universam Ecclesiam conjunctam esse docui, ut nec desinere, nec transferri aliorsum possit contra quosdam Juris Ecclesiastici Doctores, qui hoc adstruxerunt.

Primatum enim Christus Petro contulit illis verbis: *Tu es Petrus, et super hanc Petram ædificabo Ecclesiam meam.* Matth. 16. v. 18. *Pasce oves meas.* Joan. 21. v. 17. et in Petro pascendi, regendi, ac gubernandi universalem Ecclesiam plena potestas ab eodem Domino nostro Iesu Christo tradita est Romano Pontifici, quemadmodum est definitum a Concilio generali Florentino. Dignitas hujus Primatus in Episcopos Romanos transivit, et transit per successionem in Cathedra Petri Romana. Quæ igitur huic Cathedrae alligata est, Primatus dignitas, et a Christo instituta eum in finem, ut unitas maneret Ecclesiæ, quæ unitas inprimis posita est in professione unius, ejusdemque Fidei, hæc neque desinere potest, sicut neque Ecclesia Christi, et Fides; qua desinente nec Ecclesia durare posset amissa Fide, sed neque

alior-

aliorsum transferri, et ad alium Episcopum: quandoquidem determinate Romano Pontifici in Petro tradita sit a Christo pascendi, regendi, et gubernandi potestas universalem Ecclesiam, quæ non maneret in Episcopo Romanæ Ecclesiæ, si ad alium transiret Episcopum. Hæc potestas Romani Pontificis, sicut et Petri, ex verbis constat Christi ad Petrum: *Tu es Petrus, et super hanc Petram ædificabo Ecclesiam meam; Pasce oves meas.* Prius caelum, et terra transibunt, quam verba Christi sint præteritura.

§. 7.

Paulus, et Barnabas fiunt Apostoli. Controversia, num Christiani e Gentilibus adstringendi essent ad observandos ritus legis Mosaicæ.

Cum alibi, quantumvis inter adversa, Religio Christiana pullulasset, tum Antiochiæ in Syria tanta incrementa cepit, ut hic omnium primo Christiani vocarentur, qui Christum erant professi, atque nominis Christiani, ut est a S. Leone dictum, dignitas sit exorta. Ibidem emissa a Spiritu Sancto voce Paulus, et Barnabas assumpti sunt ad Apostolicum munus, atque manuum impositione consecrati, statimque profecti sunt ad prædicandum Evangelium in Syria, et Asia. In insula Cypro Paulus Sergium Paulum Proconsulem ad fidem convertit cæcitate percusso Elyma, quod Proconsulem avertere a fide conatus esset. Paulus Apostolus, cum Saulus antea vocaretur, ab hoc Paulo Proconsule, existimatur suum etiam Sauli in Pauli mutasse nomen idque ab ipso etiam S. Hieronymo *in Comment. in Epist. ad Philemonem.*

Post

Post peragratam Syriam, atque Asiam Paulus, et Barnabas reversi sunt Antiochiam. Quidam Jerosolyma advenientes contendebant adversus Paulum, et Barnabam, iis, qui ex Gentilibus in Christum credidissent, nihil Christianam profuturam fidem, nisi etiam circumciderentur. Hac de causa Paulus, et Barnabas cum quibusdam aliis profecti sunt Jerosolymam ad Apostolos, et Presbyteros super hac quæstione consultaturi. Convenerunt itaque Apostoli, et Seniores videre de verbo hoc: Statutum ab his factum est, Gentilibus ad fidem conversis nihil ultra oneris imponendum esse, quam ut abstinerent ab immolatis simulacrorum, a sangvine, suffocato, et fornicatione. *Act.* 15. v. 29. Qui contenderint eos qui ex Gentilibus facti sunt Christiani, debere circumcidi diserte est *Act.* 15. v. 5. fuisse ex hæresi Pharisæorum. Iste igitur error jam tum ortus fuit, qui deinde per Cerinthum, Ebionem, Carpocratem latius disseminatus est, quorum idcirco sectatores dicti Judaizantes sunt. De Cerintho illud quoque memorabile est, quod Eusebius *lib.* 3. *H. E. cap.* 28. refert ex S. Irenaeo, qui et ipse *lib.* 1. *cont. Hær.* testatur se hoc habere a S. Polycarpo, Joannem Apostolum, cum aliquando ingressus balneum esset, intellexisset vero, in eo Cerinthum esse, statim se inde proripuisse dicentem, *Fugiamus, ne balneum corruat, in quo Cerinthus est inimicus veritatis.*

§. 8.

§. 8.

Alexandrina Ecclesia fundatur per Marcum. Unde hæc suam assecuta dignitatem sit, ut post Romanam supra omnes alias emineret Ecclesias. Origo ejusdem eminentiæ in ceteris Ecclesiis Patriarchalibus, et Metropoliticis.

Dum jam Petrus Romæ esset, ibidem Marcus ejus discipulus eorum rogatu, qui illic facti erant Christiani, suum composuit Evangelium. *Quod cum Petrus*, ut est scriptum ab Eusebio lib. 2. H. E. cap. 15. *per revelationem Sancti Spiritus cognovisset, delectatus ardenti hominum studio, librum illum auctoritate sua comprobasse dicitur, ut deinceps in Ecclesiis legeretur.* Idem post Eusebium habet S. Hieronymus *lib. de Viris Illustr.* S. Epiphanius *Hær.* 51. dicit, insuper ipso Petro jubente Marcum suum scripsisse Evangelium. At vero apud eumdem Eusebium lib. 5. H. E. cap. 8. exstant ista etiam S. Irenæi verba: *Post horum vero interitum* (Petri, et Pauli) *Marcus discipulus, atque interpres Petri, quæ a Petro prædicata fuerant, perscripta nobis tradidit*, hujusque velut multo vicinioris tempore majoris ponderis debet esse testimonium. Itaque de Petro, quo vel jubente scripserit Marcus suum Evangelium, vel qui istud scriptum approbaverit non est certum. Sed illud non tantum Eusebio, Hieronymo, et Epiphanio citatis locis perhibentibus, verum permultis aliis suffragantibus constat, Marcum missum a Petro venisse Alexandriam, primumque fuisse, qui hic prædicaverit Evangelium, Ecclesiamque constituerit tanta doctrina, et vitæ continentia, ut omnes sectatores

Chri-

Christi ad exemplum sui cogeret, quod ei elogium tributum est ab Hieronymo.

Post Romanum Episcopum, cui Primatus, et plena potestas pascendi, regendi, et gubernandi universalem Ecclesiam in Beato Petro a Christo collata est, (§. 6.) alterum dignitatis gradum inter omnes alios Episcopos tenuit Episcopus Alexandrinus, tertium Antiochenus: nec dignitas hæc in solo honore constitit; sed etiam sibi auctoritatem habuit adjunctam supra suæ dioeceseos Episcopos omnes. Vocabulum dioecesis non eam, quam nunc, sed multo ampliorem habuit significationem. Imperium Romanum fuit divisum in plures dioeceses: dioecesis vero constabat e pluribus provinciis. Juxta hanc formam Episcopi Alexandrini dioecesis complexa est totam Ægyptum, Libyam, et Pentapolim, Antiocheni Episcopi dioecesis ex quindecim constitit provinciis. Episcopi positi supra dioeceses dicti sunt Metropolitæ, vel horum aliqui etiam Patriarchæ: qui vero unius provinciæ Episcopis præsiderent, hi appellabantur Primates. Hanc regiminis Ecclesiastici constitutionem jam Concilium Nicænum I. generale vocavit antiquum morem Canone sexto.

Protestantes, dum negare non possunt istius eminentiæ antiquitatem aliorum Episcoporum supra alios; tamen non tantum huic eminentiæ in iis, qui Patriarchæ, Metropolitæ, Primatesque appellati sunt, verum in ipso etiam Romano Pontifice originem nonnisi inde dederunt, quod cum, ut iidem dicunt, isti majorum urbium Episcopi fuissent, et opulentiores, majoremque tenuissent scientiam, ideo ad hos jam consilii, jam alterius auxilii petendi causa solitos esse venire alios Episco-

scopos: qua vero occasione hi istos sub suam traxerint potestatem dominandi libidine, nec hac in re ullum Romano Episcopo fuisse artificem exercitatiorem. Qui modestius sentiunt, ut Bingham *Origin. Eccl. lib.* 9. *cap.* 1. §. 8. et *lib.* 16. *cap.* 1. §. 14. dicunt, ab ipsa Ecclesia hunc inductum esse inter Episcopos ordinem imitando formam regiminis, Civilis, absque ulla tamen necessitate alicujus auctoritatis quasi capitis supra alios. Photius, ut est scriptum a Nicolao I. Rom. Pont. Epist. 70. ad Episcopos Galliæ, asseruit, quando de Romana urbe Imperatores Constantinopolim sunt translati, tunc et Primatum Romanæ Sedis ad Ecclesiam Constantinopolitanam transmigrasse. Urbis igitur Imperiali dignitati posuit esse connexum Ecclesiæ Primatum. In Concilio Chalcedonensi Episcopi volentes Episcopum Constantinopolitanum efferre non tantum super omnes Patriarchas Orientis, sed huic etiam parem potestatem asserere supra universum Orientem ei, quam deinceps Romanus Episcopus tantum obtineret in Occidente, allegarunt tale statutum jam esse factum a centum quinquaginta Episcopis Concilii Constantinopolitani I. eo quod Constantinopolis esset Nova Roma. A Protestantibus autem quoad originem Sedium Patriarchalium, et Metropolitanarum neque Juris Ecclesiastici Doctores Neoterici videntur distare, asserentes fuisse Episcopos omnes ab initio æquales, et nonnisi postea facilioris rectionis causa institutos esse illos juris, et auctoritatis inter eosdem Episcopos gradus: Primatum vero Romani Pontificis hinc tamen excipiunt, utpote clare expressum in ipsa etiam Scriptura sacra.

Ex

Ex Primatu autem, quem Christus inter ipso etiam Apostolos instituit, Petroque contulit, u capite constituto, quemadmodum ait S. Hierony mus *lib.* 1. *contr. Jovinian.* Schismatis tolleretu occasio, sequitur, ut et Petri potestas se se exten derit supra universam Ecclesiam, et neque ceter Apostoli singulas sibi possent defendere, et asse rere Ecclesias separatim, atque disjuncte ab Ro mana Ecclesia, et a Cathedra Petri, ut jam schis maticus, et peccator esset, ut inquit S. Optatu Milevitanus *lib.* 2. *adv. Parmenian. Cap.* 2., qu contra singularem Cathedram alteram collocasset *Christus* ait S. Cyprianus lib. de Unitate Eccl. *super unum ædificavit Ecclesiam, et ut unitatem stabiliret, unam Chathedram constituit, et Unitatis originem posuit, dum eam ab uno homine descendere ostendit.* Hæc unitas non mansisset, nisi Apostoli eas omnes, quas fundarunt per universum orbem terrarum Ecclesias Petro, velut capiti totius Ecclesiae, adjunxissent, a quo separati, et divisi, neque in corpore Ecclesiæ, cujus Caput Petrus erat, fuissent. Jam si hoc in Apostolis fuit, et Apostolici muneris sacramentum ita Dominus, ut inquit S. Leo M. *Epist.* 10. *ad Episcopos per Provinc. Viennens. constitutos*, ad omnium Apostolorum officium pertinere voluit, ut in beatissimo Petro, Apostolorum omnium summo, principaliter collocaverit, ut ab ipso, quasi quodam capite dona sua, velut in corpus omne diffunderet, aliunde ne omnis illa distributio, et ordinatio potestatis, quæ se statim in Ecclesia ab ejus prima ætate exhibuit, fluxit, quam ab Apostolis, dum fundassent Ecclesias, et a Petro? Quæ enim Ecclesiæ atque harum Episcopi in potestate regendi non pependissent a Petro; hi neque subjecti ei fuissent, tamquam membra

capi-

capiti. Igitur neque ullum supra hos Primatum etiam potestatis habuisset. *Connexio totius corporis*, sunt iterum verba S. Leonis M. Epist. 12. ad Anastasium Thessalon. Episc. *unam sanitatem, unam pulchritudinem facit: et hæc connexio totius quidem corporis unanimitatem requirit, sed præcipue exigit concordiam Sacerdotum. Quibus etsi dignitas sit communis, non est tamen ordo generalis: quoniam et inter beatissimos Apostolos in similitudine honoris fuit quædam discretio potestatis, et cum omnium par esset electio, uni tamen datum est, ut ceteris præemineret. De qua forma Episcoporum quoque est orta distinctio, et magna ordinatione provisum est, ne omnes sibi omnia vindicarent: sed essent in singulis provinciis singuli, quorum inter fratres haberetur prima sententia: et rursus quidam in majoribus constituti sollicitudinem susciperent ampliorem, per quos ad unam Petri Sedem universalis Ecclesiæ cura conflueret, et nihil usqam a suo capite dissideret.* Protestantes nolunt recognoscere Primatum potestatis in Petro, ejusque successore Romano Pontifice. Hinc ad illos devenerunt modos, a se tantummodo excogitatos, quibus illa distinctio inter Episcopos, Romanique Pontificis eminentia supra omnes Episcopos ceteros, quam viguisse jam a primis Ecclesiæ seculis omnia testantur historiarum monumenta, exorta sit. De hac autem Origine Sedium Patriarchalium, et Metropolitanarum egi jam in Dissertationibus meis in Selecta Argumenta Histor. Eccl. Dissert. II. ubi, quod breviter hic egi plenius tractatum, et demonstratum reperietur.

§. 9.

§. 9.

Per Apostolum Paulum ulterior propagatio Evangelii. De Dionysio Areopagita. Apostoli Pauli Romana vincula.

Paulus Jerosolyma, quo erat profectus illius controversiæ causa, quæ supra demonstrata est §. 7. Antiochiam reversus, cum primum illas in Syria, et Asia visitasset Ecclesias, quæ jam erant ab eo fundatæ, ulterius deinde processit in Asia ea, quæ appellata est minor. Hinc in Europam transiit, atque idem lumen Evangelii intulit in Græciam, et Macedoniam. Athenis, quæ in ea regione Græciæ, quæ Attica vocata est, urbs a cultura doctrinæ, hominibusque doctis fuit longe celeberrima, in ipso Areopago Paulus Christum Atheniensibus annunciavit. Areopagus Martis collem significat ab ἄρειος καὶ πάγος. In hujus templo, Marti Sacro, a selectissimis Judicibus judicia consveverant celebrari, quæ habebantur incorruptissima et æquissima. Paulus sua concione cum alios, tum Dionysium quoque unum ex his Areopagitis judicibus ad Christi fidem perduxit.

Hunc Dionysium factum esse deinde Atheniensium Episcopum docet Eusebius *lib.* 4. *H. E. cap.* 23. Hoc eodem Galli gloriabantur velut gentis suæ primo Apostolo, quem ad se in Gallias a Clemente I. Romano Episcopo missum esse crederent ad prædicandum Evangelium. Negat vero Sirmondus cum pluribus aliis Criticis: suffragantur-que huic negationi vetusta Martyrologia ipsius etiam Gallicanæ Ecclesiæ, duos habentia Dionysios, quorum alter Atheniensium fuerit Episcopus, Athenisque sit ignis supplicio affectus, alter Parisien-

sis

tis æque Episcopus, et capite plexus causà Religionis. Dionysius Areopagita plures habet libros, videlicet binos de Hierarchia, Cælesti, et Ecclesiastica, de Divinis nominibus, de Mystica Theologia, nec non Epistolas decem. Qui Galli crediderunt, hunc suum fuisse Apostolum, iidem etiam pro his libris, tamquam ejusdem Dionysii germanis, steterunt. Quo in numero Natalis etiam Alexander est. Qui vero huic abjudicantur ab aliis Criticis multo melioribus, et firmioribus rationibus, vixque jam aliquem credo esse, qui hos non haberet pro Dionysio supposititiis. Nulla enim horum fit mentio ab Eusebio, et S. Hieronymo, quamvis de hoc scripserint: nec quisquam alter horum meminit usque ad a. 532. Præterea sunt in his suppositionis indicia admodum clara. De dogmate enim adversum quod impegit Nestorius, et Eutyches, ita in his scriptum est, quemadmodum scribi solet, de re, postquam hæc in controversiam vocata, et disceptata, decisa, et ad lucem posita est ab Ecclesia: id, quod advertitur ex iis etiam vocabulis in libris Dionysii adhibitis, et usurpatis, quæ nonnisi post errorem Nestorii, et Eutychetis usurpari in Ecclesia coeperant.

Ex Macedonia, et Græcia Paulus revertens, Jerosolymamque veniens cum elemosyna, quæ erat collata ab Ecclesiis in Asia, et Græcia pro Christianis in Palæstina, ab Judæis seditiose, in eum consurgentibus, occisus fuisset, nisi per Lysiam Tribunum Romanum ereptus ex eorum manibus esset. A quo traditus Præsidi observatis insidiis, quæ ei erant structæ ab Judæis ad eum perdendum, ab hujus judicio appellavit ad tribunal Cæsaris. Romam perductus, ibi biennium deten-

tentus fuit in vinculis ita tamen, ut omnibus ad eum adeundi facultas data esset. Igitur et in vinculis Christum prædicavit, et quosdam ex ipsius Cæsaris etiam domo, et propinquis ad fidem in Christum convertit. *Philip.* 4. v. 22. Liber dimissus, quod factum est anno Ær. Chr. 58. ubi deinceps Paulus versatus sit in prædicando Evangelio, obscurum est. Ibi enim Lucas abrupit suam narrationem de Paulo in Actis Apostolorum, ubi ad ejus liberationem ex vinculis pervenit: nec aliunde quidquam suppetit ad hoc sciendum, donec Romam rursus venisset, atque hic una cum Petro, Apostolorum Principe, munus suum Apostolicum martyrii gloria cumulasset.

§. 10.

Persecutio a Nerone Imp. in Christianos excitata, qua et Apostolorum Principes sublati sunt.

Nero Imperator, ut erat naturæ importunæ, atque sui impotens, spectaculum ardentis Trojæ sibi volens facere, clam urbi Romae subjici ignes, et eam inflammari jusserat. Incendium per sex continuos dies sic depopulatum urbem est, ut ex ejus regionibus decem, et quatuor, nonnisi quatuor conservatæ a flamma sint. Quamvis vero is sibi proposuerit, Urbem deinde restituere majore etiam magnificentia, ut illius novus conditor haberetur, a suoque eam nomine appellaret; tamen omnium Romanorum odium ingens suscepit, postquam comperissent, incendii fuisse auctorem. Ille tamen, quo infamiam istius criminis sopiret, spargens rumorem, Christianos fuisse hujus incendii

ii auctores, et structores, in hos quasi sontes onstituit supplicium; nec hoc contentus, ex hoinm etiam cruciatibus, atque crudelissimis mortius sibi denuo ferale paravit spectaculum. Nam tecuturus hoc suum decretum, Christianos, alios sutos ferarum pellibus, canibus objecit laniandos, alios cruci affixos, aut palis per guttur tractos in horto suo columnarum instar disposuit, hos saccis impositos, pice imbutis, facium instar ccendit, ut ubi defecisset dies, in usum nocturni minis urerentur, dumque ipse per ludum, et eum inter hæc lumina, atque eos qui in crucius, et palis affixi hærerent, in quadriga discurreret. *Tacit. lib.* 15. *cap.* 38. *Dio in Nerone*. Nec Romæ tantum ista se tenuit Neronis in Christianos rudelitas, sed in omnes etiam Imperii Romani rovincias se se diffudit. Namque *Post etiam*, eam idelicet, quæ Romæ primum fuit exercita acerbitas, *datis legibus Religio vetabatur, palamque dictis propositis Christianum esse non licebat.* Sunt verba Sulpitii Severi lib. 2. Hist. Similiter Orosius, atque etiam apertius lib. 7. cap. 7. *Nero, inquit, Romæ Christianos suppliciis, ac mortibus affecit, ac per omnes provincias pari persecutione excruciari imperavit, ipsumque nomen extirpare conatus.* — Etiam Lactantii de Mort. Persecutor. cap 2. sunt verba hæc: *Cum animadverteret* (Nero) *non modo Romæ, sed ubique quotidie magnam multitudinem deficere a cultu idolorum, et ad Religionem novam, damnata vetustate, transire, ut erat execrabilis, ac nocens tyrannus, prosiliit ad excindendum cœleste Templum.* Hæc testimonia ostendunt, hanc a Nerone citatam persecutionem non fuisse tantum exercitam Romae, sed emissam in omnes Imperii Romani provincias ad extingvendum omne Christia-

 num

num nomen, ac proinde falsitatis etiam arguunt quod Dodvellus asseruit, intra moenia tantum Ro mana mansisse hanc Neronis persecutionem, cu jus est, Martyrum minuere numerum, ut, qu sangvine etiam suo Christianæ Religioni dederun testimonium, testes eidem Religioni subtrahantu

In hac persecutione iisdem testibus, quos mo do produxi, sunt autem, et multi alii, Petru Apostolorum Princeps actus in crucem est, Paulu gladio percussus anno Imperii Neroniani decim quarto, qui et ultimus fuit juxta S. Hieronymum *lib. de Vir. Illustrib.* anno Ær. Chr. septimo, e sexagesimo. In quo tamen non omnes Critici ac curate conveniunt. Ex epistola Dionysii Corinthio rum Episcopi refert Eusebius *lib.* 2. *H. E. cap.* 25 Apostolos, Petrum, et Paulum Corinthum esse ingressos, et una in Italiam profectos eodem tem pore pertulisse martyrium. Idem Eusebius *lib.* 2. *H. E. cap.* 13. et S. Hieronymus *lib. de Vir Illust.* docet, Romam contendisse eosdem Apostolos pro pter Simonem magum, eumdem, de quo jam fuit sermo; qui suis præstigiis adeo fascinaverit Roma nos, ut illum haberent pro Deo. Cumque idem Si mon magus Neroni promisisset, se volaturum in cælum, atque spectante Imperatore, et populo Romano sursum cælum versus ferretur, Petri pre cibus, ad Deum fusis, decidisse, atque crura con fregisse. Petro in hac precatione a Sulpitio Sev *lib:* 2. *Hist.* et a S. Cyrillo Jerosolymit. *Catech* 6. etiam Paulus Apostolus conjungitur. Itaque hac re Neronem, qui jam fureret in Christianos, eo magis esse incitatum ad supplicium irrogandum utrique Apostolo. S. Chrysostomus *lib.* 1. *contr Vituperatores Vitæ Monast.* docet, Paulum ea etiam de causa a Nerone damnatum, quod illiu

pel-

pellex, Pauli opera facta Christiana, se deinde Neroni negaverit. Petrus in crucem actus est capite ad terram converso, ipso Petro, ut sibi crux ita constitueretur, orante quemadmodum ex Origene Eusebius refert *lib.* 3. *H. E. cap.* 1. Paulus capite minutus est. Diversitas hæc supplicii inde venit, quod hic civis Romanus fuerit, non Petrus.

In Actis Martyrii SS. Processi, et Martiniani apud Surium, et Hegesippum Juniorem refertur, ab his utpote custodibus carceris, Petrum, a quo erant baptisati, esse dimissum e carcere, quique Christianis urgentibus se se ex urbe subducere voluerit. Dum autem in porta Urbis esset, Christum ei apparuisse velut ingredientem in Urbem, quique a Petro interrogatus, quo iret, responderit: *Pergo Romam denuo crucifigi*: quodque cum Petrus intellexisset, ad se pertinere, rediisse ad carcerem. Huic narrationi neque Origenes *Homil* 21. *in Joan.* fidem adhibuit: Acta etiam hæc non sunt omni fide digna. Basnagius in Annalib. inde id etiam negat, quod, hoc ut ipse asserit, nequidem fieri potuerit. Siquidem Christum oportuisset e cælo descendere; quod vero futurum non sit ante finem mundi; vel si in cælo mansisset, et tamen Petro etiam apparuisset eodem tempore in duobus locis debuisset existere. Verum hæc Christi apparitio quamvis, ut ostendi, certa non sit: tamen ratio, obquam Basnagius hanc negat, nulla est. Nam quid is faciet cum illa Christi apparitione, quam factam Apostolo Paulo, dum pergeret Damascum, refert Lucas Act. 9. v. 17?

Eodemne anno, et die martyrio affecti sunt Petrus, et Paulus? Sic est non tantum in Roma-

næ Ecclesiæ Martyrologio, verum etiam in Græcorum Menologio. Idem hoc testatur Dionysiu Corinthiorum Episcopus, qui vixit a. Chr. 166 cujus jam supra testimonium adduxi, Eusebius *in Chronico*, S. Epiphanius *Hær.* 27. S. Hieronymu *de Scriptorib. Ecclesiast.* Huic contrariam opinionem de Paulo uno anno post martyrio affecto, al hæreticis esse invectam, docet Concilium Romanum sub Damaso celebratum, et Gelasius Papa in Concilio pariter Romano Episcoporum septuaginta, ut mirum proinde sit, post Prudentium, Aratorem, et quosdam alios ex vetustioribus, pe hæreticos deceptos, adhuc etiam Pagium incider in istam opinionem potuisse.

§. 11.

Quid tenendum de narratione sit, quæ habet, Simonem magum esse dejectum ex alto Petr Apostoli precibus, dum volare tentasset, seque adscensurum in cœlum promisisset.

Hanc rem perhibent Eusebius, S. Hieronymu S. Cyrillus Sulpitius Sev. iis locis, quæ sunt §pho superiore indicata, et præter hos S. Epiphanius *Hær* 21. S. Philastrius *de Hæres. cap.* 3. S. Augustinus *Epist.* 86. *ad Casulanum*, affirmans, Romæ idcirco etiam jejunium esse servatum, et postea continuatum, die videlicet Sabbati, quando Petrus rem istam adversus Simonem perfecit, Maximus Taurinens. *Serm.* 5. *in Natali Apostolor.* Theodoretus *lib.* 1. *Hæret. Fab. cap.* 1. Arnobius *lib.* 2. *adv. Gentes*, qui etiam locum nomine Brundam memorat, quo Simon post suum ex aere casum cum fuisset portatus, ibi se ex altiore loco partim dolore, partim pudore præcipitem dederit, mortuusque sit. Rem

Rem tamen tot testimoniis fultam Scriptores e Protestantibus falsam ducunt, habentque sibi consentientes aliquos etiam ex Catholicis, nominatim Valesium, et Honoratum Carmelitam. Afferunt in argumentum primo, quod S. Justinus M. in prima Apologia sua, quam Antonino Pio Imp. et Senatui Romano obtulit pro Christianis, quamvis Simonis mentionem fecisset, huncque dixisset venisse Romam sub Claudio Imp. cumque miracula arte magica edidisset, fidem Romanis fecisse, se esse Deum, qui ei statuam etiam statuerint in Tiberina insula inter duos pontes cum inscriptione *Simoni Deo Sancto*, tamen tali tam opportuno loco rem hanc de volatu, et præcipitatione Simonis, tam pertinentem ad suum propositum, reliquerit, et præteriverit silentio. Ex Lactantio deinde petunt argumentum: qui cum ex professo scripserit adversum Gentiles, ut inanitatem deorum, quos colebant, iis ostenderet; tamen perinde tacuerit, hunc Simonem ab iis esse habitum pro Deo, cujus falsam divinitatem tam clare et aperte iis potuisset demonstrare ex ejus præcipitatione, et crurum confractione. Sed neque Scriptores Gentiles, qui Imperatorum, ipsiusque Neronis vitam scripserunt, rem tam miram, etiamsi tantum attentatam, si accidisset, præterituros fuisse silentio: e quibus tamen nullus eam attigerit.

Producti sunt testes non unus, alterve, sed novem, iique graves, et ad fidem faciendam idonei. Adversus horum testimonium potestne vim habere silentium, sique causa etiam appareat, cur ii, qui siluerunt, abstinuerint a re exponenda aperte, et clare? Quid Critica de hoc habeat, et præcipiat, demonstratum est Prolegom. §. 5. Non est vero difficile assequi, quæ in his omnibus casibus,

sibus, qui allati sunt, causæ fuerint silentii. Justinus apologiam pro Christianis scripsit. In hac cautus esse debuit, ne, quamvis verum diceret tamen hoc dicendo Imperatorem, et Senatum quibus apologiam obtulit, commemoratione rei offenderet, quæque in ruborem illos dans exasperaret potius, quam propitios faceret Christianis Dum ergo memorasset, Simonem fuisse magum atque ejus miracula tantum vi dæmonum facta jamque alioquin res de volatu, et ex aere casu ipsis fuerat nota, fuissetne Justini aliqua prudentia, hanc iis patenter oggerere? Qui nec Simoni miracula potuisset asserere, arte magica fuisse edita; nisi hoc ipsum de volatu Simonis, ejusque ex aere casu jam velut notum Imperatori, et Senatui supposuisset. Lactantio fuit propositum illorum deorum demonstrare inanitatem, quos Gentiles ea adhuc tempore colebant, dum libros suos Institutionum scripsisset, volens illos ad unius veri Dei quem Christiani colerent, agnitionem perducere Cur ergo Simonem memoraret, cujus jam pridem evanuerat ficta, et magicis artibus quæsita divinitas, causa nulla erat, scribens seculo quarto jamque circiter trecentis annis post Simonis magi interitum. Gentiles autem Scriptores, et Historici rem hanc de Simone memorare potuissent. Sed et in his cum aliæ, tum hæc potuit esse silentii causa, ne non tantum Imperatoris, et Senatus, verum etiam universi populi Romani famam macularent, memoriæ prodendo sic a mago his fuisse illusum, ut hunc susceperint colendum pro Deo. Quin ne horum quidem omnium tale est silentium, ut nihil de hoc prodiderint. Nam Dio Chrysostomus *Orat.* 2. dicit, Magorum quemdam fuisse in aula enutritum, qui se volaturum Neroni promiserit.

Bas-

Basnagius in Annalib. aliud quidpiam solidius sibi videbatur reperisse adversus hanc de Simone Mago narrationem, quamque ipse Justinus, primus narrator, conceperit ex illa statua, quam putavit Simoni Mago ab Romanis positam. In hoc enim errasse ipsum. Anno 1574. sub Pontificatu Gregorii XIII. in insula Tiberina basis lapidea eruta est, et reperta hanc habens inscriptionem:

Semoni Sanco Deo Fidio Sacrum
Sex. Pompejus S. P. F. Col. Mussianus
Quinquennalis decur. Bidentalis
Donum dedit.

Hanc Basnagius vult fuisse statuam, quam Justinus viderit, in cujus inscriptione hoc: *Semoni Sanco Deo*, aliter sic legens *Simoni Sancto Deo*, devenerit in illam opinionem, Simonem Magum esse a Romanis habitum pro Deo: quippe, ut idem vult Basnagius, imperitus lingvæ Latinæ. In eadem sententia de male lecta hac inscriptione ab Justino, et unde falsæ narrationi occasio data sit, sunt Salmasius, Mosheimius, nec non Pagius, Petavius, Valesius, pluresque alii. Argumentum itaque hoc adversus veritatem istius narrationis fundatur in Inscriptionis hujus lectione. Inscium fuisse lingvæ Latinæ Justinum tantummodo asseritur, quin hoc probatum sit a Basnagio, vel probari possit. Deinde adeone inscius, ut ne legere quidem sciverit voces aliquot latina lingva exaratas? Si neque legere scivit, sique vel dubium habuit, num recte per seipsum scripturam Inscriptionis legerit, anne omisisset, aliquem adhibere bene gnarum lingvæ? Is, qui philosophus fuit, apologiamque scriberet, quam ipsi Imperatori, et Senatui Romano offerret, in hac attulissetne ali-

quid,

quid, quod certum, et exploratum non habuit, quodque nec studuerit rite cognoscere, sique per seipsum hoc facere non potuisset, aliena in auxilium vocata opera? Et hocne cadere potest in Philosophum, quod non fuisset nisi hominis stultissimi? Nec in illis vocibus: *Semoni Sanco* facilis cuipiam rudi etiam, nedum Justino potuit esse errandi occasio, cujus Semonis Sanci multæ fuerint Romæ statuæ, quemadmodum videre est apud Grutterum, et Baronium in Annalib. ad an. 44. Falsumquoque est, quod idem Basnagius obmovit, non fuisse a Romanis nomen Sancti in inscriptionibus alicui datum. Talem enim inscriptionem modo apud Baronium citato loco cernere poterat, quæquæ est hæc: *Sanco Sancto Semon, Deo Fidio Sacrum.* Et quid opus multis? Namque hoc de statua, Simoni Mago a Romanis posita iisdem Romanis etiam Tertullianus Apologetic. cap. 13. objecit, cujus ad illos hæc verba sunt: *Simonem Magum statua, et inscriptione Sancti Dei inauguratis.* Etiamne Tertullianus tantum modo cæce quodque non haberet bene exploratum scripsisset æque, ut Justinus ad Imperatorem, et Senatum? S. Irenæus quoque hoc de statua Simoni Mago posita a Romanis testatur, nisi quod a Claudio Imperatore, qui Neronem antecessit, dicat hanc fuisse ei positam, cujus lib. 1. cont. Hæres. cap. 23. hæc verba sunt: *Quippe cum esset sub Claudio Cæsare, a quo etiam statua honoratus esse dicitur propter magicam.* (μαγικην) *Hic igitur a multis quasi Deus glorificatus est.*

§. 12.

§. 12.

Altera Ecclesiæ persecutio excitata a Domitiano Imp. Quædam memorabilia de S. Joanne Apost.

Tales persecutiones adversus Christianos, qualis excitata a Nerone est, dato generali edicto, seque extendente ad omnes provincias Romani Imperii, numerantur universe decem a Nerone usque ad Diocletianum. Novis hæ edictis semper excitatæ sunt: sive quod vim edictum amiserit, rescissis actis Imperatoris, qui persecutionem excitavit: quod et Neroni, hosti judicato per Senatum, et Domitiano, qui auctor secundæ persecutionis fuit, pluribusque aliis Imperatoribus accidit; sive quod plures ex Imperatoribus mitiores erga Christianos fuerint, neque eam, quam antecessores instituerunt persecutionem, continuari voluerint.

Altera igitur talis persecutio a Domitiano Imp. excitata est a. Ær. Chr. 93. juxta Eusebii Chronicon. Causa, quæ illum, ferum alioquin, et crudelem in alios, instigaverit etiam adversum Christianos, illa fuit, quemadmodum Eusebius *lib.* 3. *H. E. cap.* 20. refert ex Hegesippo, quod cum audivisset, a Christianis coli Christum, cujus regnum sit super omnia alia regna, illos Imperio Romano judicaverit exitiabiles. Itaque in eos etiam præcipue, qui ex stirpe Davidis descenderant, siquidem Christus hujus filius prædicaretur summus omnium Regum, atque in ejus throno successor. Sed cum e cognatione Judæ, qui frater Domini in Evangelio appellatur, quidam capti, et ducti ad Domitianum essent, horumque vidisset

pau-

paupertatem, talesque, a quibus nihil suo imperio timendum haberet, hosque percontatus, intellexisset, Christi regnum non esse terrenum, sed caeleste, cujusque gloria se tantum exhibitura in mundo sit, dum in ejus fine venturus ad celebrandum judicium esset, non tantum istos dimisisse liberos, sed persecutionem etiam, quam excitaverat, stitisse. Tres nonnisi annos imperavit; interfectus a conjuratis, ejusque Actis a Senatu rescissis ob crudelitatem. Itaque vi etiam istius rescissionis sedata est hæc persecutio.

In hac persecutione Romæ, quemadmodum refert Tertullianus *lib. de Præscript. cap.* 36. Joannes Apostolus, incertum, sua sponte ne Romam venerit, vel ductus eo sit, in olei ferventis dolium missus est: cumque hinc vegetior exiisset, quam ante dum intraret, fuerit, relegatus in Patmon Ægæi maris insulam est. Interfecto autem Domitiano Ephesum rediit. Hic etiam vita functum esse, jam est dictum supra §. 5. Joanni Christus in cruce matrem suam commendavit tamquam ejus filio. Hinc proclive est cogitare, eamdem Virginem Deiparam adhæsisse Joanni etiam abeunti in Asiam, ad prædicandum Evangelium, et habitasse cum Joanne Ephesi, idque Baronius in Annalib. ad a. 44. ex his etiam verbis Synodi Ephesinæ ad Clerum Constantinopol. concluserat *Quando et Nestorius impiæ instaurator hæreseos in urbem Ephesiorum veniens, in qua Joannes Theologus, et Maria Deipara.* Ecclesia in memoriam virginis Deiparæ ædificata exstitit Ephesi, in qua etiam Concilium Ephesinum I. adversus Nestorium fuit celebratum. In hac igitur urbe Ephesiorum eatenus dicta est Deipara esse, quatenus sub ejus tutela posita fuerit, quemadmodum,

dum et sub Joannis, qui ibi et habitasset, et tumulatus etiam esset. Attamen certius est, Deiparam non abivisse cum Joanne in Asiam, nec fuisse Ephesi. Nam cum Polycrates Ephesinus Episcopus omnia studiosissime conquisivisset ornamenta Ephesinæ Ecclesiæ ab iis, qui sanctimonia, vel auctoritate eminentes Ephesi, vel in Asia domicilium habuerunt, dum controversia agitaretur de die celebrandi Paschatis; profecto non omisisset eamdem etiam memorare Deiparam, si hæc unquam Ephesi fuisset. S. Epiphanius quoque *Hær.* 78. negat, Deiparam mansisse cum Joanne, cum quidam Joannis exemplo se tuerentur habentes feminas in suo convictu, et contubernio, quæ ἀγαπηταὶ (dilectæ) consueverant appellari, et quarum contubernium Clericis per Concilium Nicænum fuit interdictum.

Virginem Deiparam mortuam, et ad tumulum conditam esse Jerosolymæ Juvenalis Jerosolymorum Episcopus affirmavit Marciano Imp. et Pulcheriæ ejus conjugi teste Euthymio apud S. Damascenum *Orat.* 2. *de Dormitione Deiparæ.* Ipse vero Damascenus hoc eodem loco docet, Deiparam, postquam posita ad monumentum fuisset, deinde in cælum assumptam esse una cum corpore, idque refert velut acceptum ex antiqua traditione. Idemque sic de assumptione Deiparæ est apud S. Andream Cretensem Orat. de Laudibus Deiparæ; et apud S. Gregorium Turonens. *lib.* 1. *de Miraculis cap.* 4. Idemque ex S. Epiphanio etiam cit. loc. non obscure intelligitur. Nam is quæstione posita, cur Scriptura Sacra de obitu, et transitu Deiparæ sileat, dicit, *Id factum se arbitrari propter admirationis vehementiam, ne hominum animos majorem quemdam in stuporem conjiceret.*

Quam-

Qamvis enim non expresserit, quid id fuerit, tamen intelligitur quidpiam non ordinarium, et usitatum, quod in omnium morte, et exitu ex hac vita contingeret, sed prorsus insolitum: utpote quod tale asserat, quod propter admirationis vehementiam hominum animos in majorem stuporem conjiceret. Quale profecto non fuisset, si Beatissima Virgo mortua, et tumulata eamdem cum aliis mortalibus sortem subiisset mortis, et tumulationis. Etiam quod ipse Epiphanius non apertis verbis dixerit, et explicuerit, quidnam istud fuerit mirandum, atque stupendum, indicat tale fuisse, quod omnibus notum, et ab omnibus creditum sit, nec proinde ejus verbis magis declarari debuerit.

§. 13.

Tertia persecutio in Christianos excitatur per rescriptum Trajani Imp.

Primi seculi anno 98. Trajanus factus Imperator est. Ad hoc tempus quanta incrementa ceperit Religio Christiana, cognosci potest ex literis Plinii Procons. Bithyniæ ad Trajanum, et qua ratione nova persecutionis flamma accensa sit in Christianos. Hic nomine Christianæ Religionis quosdam ad se delatos supplicio addixerat. Permotus autem eorum numero, qui similiter erant delati, quid sibi faciendum haberet, per literas ex Imperatore quæsivit. *Multi enim*, inquit, *omnis ætatis, omnis ordinis, utriusque sexus etiam vocantur in periculum, et vocabuntur. Neque enim civitates tantum, sed vicos etiam, atque agros superstitionis istius contagio pervagata est,*

quæ

quæ videtur sisti, et corrigi posse. Certe satis constat prope jam desolata templa coepisse celebrari, et sacra solennia diu intermissa repeti, passim venire victimas, quarum adhuc rarissimus emptor inveniebatur. Rescripsit Trajanus: *Conquirendi non sunt: si deferantur, et arguantur, puniendi sunt. Ita tamen, ut qui negaverit se Christianum esse, idque re ipsa manifestum fecerit, id est supplicando diis nostris, quamvis suspectus in præteritum fuerit, veniam ex pœnitentia impetret.* Plinii epist. 97. et 98. *Hoc ubi factum est,* scribit Eusebius lib. 3. H. E. cap. 27. *et si fervor persecutionis acerbæ, in nos intentatæ, quodam modo exstinctus fuit: tamen his, qui nobis mali aliquid ingerere cupiebant, non minor videbatur relicta occasio, dum hic quidem populus, illic autem cujusque generis magistratus parabat insidias, sic, ut quamvis palam, et aperte non persequerentur, singillatim tamen in quacumque provincia suam in nos redintegrarent crudelitatem, et complures fideles pro Christo decertantes variis martyrii generibus obtruncarentur.*

Quamvis enim hoc rescriptum fuisset datum tantum ad Plinium in Bithyniam; tamen cum mos Romanis esset, ut ejus, quod rescriptum ab Imperatore est, formam magistratus in aliis etiam provinciis sequerentur, flamma hujus persecutionis non se tenuit tantum intra Bithyniam, sed pervasit alias etiam provincias Romani Imperii. In iisdem literis suis Plinius quæpiam perscripsit de Christianorum moribus, et institutis ex confessione duarum ancillarum, quæ Diaconæ erant. Solitos videlicet stato die ante lucem convenire, carmenque Christo, quasi Deo, dicere secum invicem, seque sacramento non in scelus aliquod obstrin-

stringere, sed ne furta, ne latrocinia, ne adulteria committerent, ne fidem fallerent, ne depositum appellati abnegarent, quibusque peractis morem illis discedendi esse, rursumque coeundi ad capiendum cibum, promiscuum tamen, et innoxium.

In hac persecutione Simeon Mariæ Cleophæ filius, Jerosolymorum Episcopus post Jacobum Apost. annos habens centum, et viginti ætatis martyrium subiit, in crucem actus ab Attico Syriæ administratore, sicque tulit cruciatus, quemadmodum ex Hegesippo refert Eusebius *lib. 3. H. E. cap.* 32. ut admirationi esset ipsi etiam Attico. Hoc tempore S. Ignatius quoque martyrio affectus est, qui post Evodium secundus a Petro, Antiochenæ Ecclesiæ in Syria fuit Episcopus. Hunc ipse Trajanus confecto bello Dacico perque Syriam in Parthos ducens exercitum sibi oblatum, atque accusatum, quod adversus ejus edictum non desisteret Christum prædicare, ad bestias damnavit, Romamque, ubi supplicium exciperet, duci jussit. Mos enim erat Romanis insignes malefactores, qualis proinde etiam Ignatius fuit Trajano, Romam mittendi ad præbendum horum supplicio Romanis spectaculum. *Cum per Asiam duceretur*, sunt verba Eusebii lib. 3. H. E. cap. 36. *singularum nihilominus civitatum, quas ingrederetur, Ecclesias sermonibus, et cohortationibus suis confirmans monebat inprimis, ut sibi a pravis hæreticorum opinionibus caverent: quæ tunc primum in lucem emergere cum coepissent copiosius pullulabant. Hortatusque est, ut Apostolorum traditionibus tenaciter inhærerent, quas quidem ad certiorem posteritatis notitiam testimonio suo confirmatas scriptis mandare necessarium duxit.*

Du-

Ducenta, et amplius Christianorum millia exstitisse jam tunc Antiochiæ, in Actis Martyrum apud Coteler. Num. 1. pag. 157. videre est.

Hadriano, qui Trajano successit in Imperio a. 117. cum Athenas venisset, ut sacris Eleusinis initiaretur, Quadratus apologiam pro Christianis obtulit. Hunc S. Hieronymus *lib. de Scriptoribus* Eccl. dicit, Episcopum fuisse Atheniensem. Eusebius lib. 4. *H. E. cap.* 3. num Episcopus fuerit, tacet, tantum dicit, fuisse Prophetica gratia illustrem. Idem fecit Aristides e philosopho ethnico Christianus. Ex fragmento apologiæ Quadrati, quod superest apud Eusebium', cernitur, ex morborum prodigiosis curationibus, mortuorumque ad vitam revocatione, facta a Christo, et per eos, qui propagarunt Christianam Religionem, hos argumenta duxisse pro veritate ejusdem Christianæ Religionis. Hadrianus literis etiam Serenii Graniani Procons. Asiæ permotus, quibus erat scriptum, *Iniquum videri, Christianos nullo objecto crimine, tumultuosis vulgi clamoribus, gratificandi studio, indicta causa occidere,* quemadmodum est apud Eusebium lib. 4. H. E. cap. 8. rescripsit Minucio Fundano, qui Graniano successerat, *Ne quis posthac sine objectu criminis, et legitima accusatione condemnaretur.*

§. 14.

§. 14.

Incendium persecutionis imminutum per rescriptum Hadriani, non exstinctum. Celsus Philosophus impugnator Christianæ Religionis. Templa, quæ Hadrianus absque simulacris deorum ædificavit. Justini Martyris apologia. Antonini Pii Imp. rescriptum pro Christianis.

Per hoc Imperatoris rescriptum mitigata est acerbitas persecutionis, non sublata, dum ii, qui inimici essent Christianorum, inprimis sacrificuli, qui suos proventus imminui per eos, qui ad Christiana Sacra transirent, dolentissime ferrent, variis artibus uterentur ad exitium struendum Christianis. Ipse Hadrianus sic a sacrificulis inductus est, ut Symphorosam nobilem matronam, et septem ejus filios vario suppliciorum genere affectos neci daret. Instituta peregrinatione per Romani Imperii provincias, et ex Oriente redux, Tibure domum ædificavit Imperator, quam domum Campestrem voluit appellari, reipsa magnificum erat palatium, quo rara omnia, quæ in peregrinatione collegerat, conferret. Quam dum dedicasset, monitus est a sacrificulis, deos non aliter habiturum propitios suæ huic domui, nisi Symphorosam, et ejus filios adegisset ad diis sacrificandum. Itaque sic istis compararunt exitium, abhorrentibus a sacrificatione. *Acta sincera Martyrum apud Ruinart.* Etiam philosophi Gentiles, dum scribunt pro defensione cultus suorum deorum, et Christianam Religionem traducunt, acuebant iram Gentilium. Ex hoc numero hoc tempore fuit Celsus, secta philosophus Epicureus: cujus librum Origenes refutavit. Inter alia objecit Christianis, quod cum recessissent a more alio-

torum omnium hominum plures deos colentium, versamque sibi Religionem constituissent, tamen hac neque ipsi inter se consentirent, hæreticos scite confundens cum veris Christianis.

De hoc eodem Hadriano Lampridius scribit Vita Alexandri Severi Imperatoris, quod, quemmodum iste templum voluerit Christo ædificare, et hunc inter deos referre, sic Hadrianum seque jam antea in omnibus civitatibus templa struenda curasse absque deorum simulacris, idse pro Christianis, ubi hi Religionis suæ officia ragerent: a quo tamen proposito dandi hæc mpla Christianis destiterit monitus: sic enim turum, ut omnes fiant Christiani, et omnia tema deorum a cultoribus deserantur. Quæ vero mpridii sola suspicio fuit. Nam si ita fuisset, ac argumentum habuissent Justinus, Athenagos, Tertullianus, aliique, qui postea apologias ro Christiana Religione scripserunt, nec eo uti misissent, quod tam opportunum esse potuisset, uando de Imperatoribus, qui persecutionum autores fuerunt, sic etiam scriptum fuit a Tertulano in Apologetico: *Soli impii, injusti, turpes, ucos, vani, dementes: quas Trajanus ex parte ustratus est, vetando inquiri Christianos, quas llus Hadrianus, quamquam curiositatum omniexplorator, nullus Vespasianus, quamquam lœorum debellator, nullus Pius, nullus Verus resserit.* Verisimilius videtur ista templa sibi, t suum obitum a Senatu ex more, inter deos rendo destinavisse. De Hadriano ista etiam antur: cum ægrotasset, et morbi incommoda uo etiam obiit, ferre nolens sibi afferre mavoluisset, mulierem venisse, quæ Hadriano it, se in somnio admonitam esse, ut ei nuncia-

ciaret, ex infirmitate convaliturum, et quia obse cuta huic jussioni statim non sit, cæcitate percu sam esse, sed visum sibi redditum cum parata a hoc nunciandum oculos aqua ex fano lustrali suo lavisset. Ad eumdem Hadrianum hominem etiam e Pannonia veniisse caecum; qui vero lumen oculorum protinus receperit, cum exoratus ab e Hadrianus manu sua illum contrectasset. Hæc vero illi ipsi, qui scripserunt, Spartianus, et Dio non dubitarunt confiteri, acta esse per simulatio nem, ut Hadrianus ad spem valetudinis recupe randæ, vitæque retinendæ voluntatem induceretur.

Hadriano Antoninus Pius successit in Impe rio. Huic rursus apologiam pro Christianis obtu lit Justinus e philosopho Christianus, qui vestitu quo tum philosophi consveverant uti, corporisq habitum retinuit etiam Christianus. Hæc rursu apologia ostendit, desieritne persecutio etiam p rescriptum Hadriani. In hac Justinus, ut inno centes Imperatori probet Christianos, exposuit i stituta Christianæ Religionis clare, et diluci Multa sunt in hac apologia quæ exhibent, q jam eo tempore habuerit Christiana Religio. his et quædam, et præsertim talia proferam, q ostendent, nobisne in Ecclesia Catholica, vel qui ab hac recesserunt, sint nova instituta Re gionis, atque ab eo dissentanea, quod Ju aetate observatum fuit in Ecclesia. Antoninus us a. 138. successit Hadriano. Circa a. 150. R mæ, quo se ex Flavia Palæstinæ civitate, u erat oriundus, habitatum contulit, hanc Justin Imperatori obtulit. *Athei, inquit, dicimur. Eni vero quod attinet tales deos, nullum Christi num esse existimo, qui non liberrime athe*

tu

se profiteatur, nullatenus autem, quod attinet verum Deum. - - - Nullum hominum genus paci in Imperio vestro conservandæ Christianis aptius est, quos fides sua docet, mortalium neminem, nec impium, nec avarum, nec proditorem, nec virum probum Dei oculos posse effugere, sed unumquemque secundum actionum suarum meritum aut salutem æternam, aut æterna manere supplicia. - - - Multi sunt utriusque sexus, qui ab infantia doctrinam Jesu Christi secuti ad annum sexagesimum, vel septuagesimum puritatem servarunt: et fidem meam oppignero, tales inter omnis conditionis Christianos invenire esse. Unicum adoramus Deum. Imperatores mundi dominos agnoscimus. Certissima fide tenemus, unumquemque in igne æterno juxta operum suorum merita poenas daturum. Si qui veritatem doctrinæ nostræ agnoverunt, et huic doctrinæ conformem vitam instituere promittunt, hos ad jejunandum, et orandum, et ut a Deo remissionem peccatorum suorum petant, obligamus. Tum ad aquam ducuntur, ibique regenerantur, sicut nos regenerati sumus. In aqua enim lavantur in nomine Domini Dei Patris rerum omnium, et Salvatoris nostri Jesu Christi sub Pontio Pilato crucifixi, et Spiritus sancti, qui per Prophetas omnia, quæ Christum tangebant, prædixit. Hanc ablutionem vocamus Illuminationem, quia per eam animæ illuminantur. Hac ablutione facta novum fidelem ad locum ducimus, ubi omnes congregati sunt ad communem orationem, quam offerunt pro se, pro illuminato, et pro fratribus absentibus, ubicumqne sint, ut postquam veritatem agnovimus, per opera et præceptorum observantiam ad salutem æternam pervenire valeamus. Finitis precibus osculo nos salutamus. Tum illi, qui fratribus præest, panis et poculum cum vino et aqua

 por-

porrigitur. Hæc ille accipiens laudem, et gloriam dat Patri per nomen Filii, et Spiritus sancti, et prolixam gratiarum actionem pronunciat pro donis, quæ nobis gratificatus est. Quando preces, et gratiarum actionem complet, omnis assistentium multitudo elevata voce respondet: Amen. Tandem illi, qui apud nos dicuntur diaconi, omnibus assistentibus consecratum panem, vinum, et aquam distribuunt, et absentibus deferunt. Illam escam appellamus Eucharistiam: nec ulli de ea participare licet, nisi dogmata doctrinæ nostræ credat, nisi in remissionem peccatorum ablutus sit, et vitam juxta normam præceptorum Jesu Christi ducat. Nec enim ea, tamquam panem vulgarem, et potum ordinarium sumimus, sed sicut per verbum Dei Jesus Christus caro factus est, et carnem et sangvinem pro nostra salute assumpsit, ita hoc alimentum per orationem verbi ejus sanctificatum fit caro, et sangvis ejusdem Jesu Christi incarnati. Die, quæ appellatur solis, omnes sive in civitate, sive ruri habitent, in unum locum conveniunt. Ibi scripta Apostolorum, et Prophetarum leguntur, quamdiu ratio temporis admittit. Cessante lectore, qui congregationi præest, pro concione dicit, et ad ea, quæ lecta sunt, præclarissima documenta opere complenda populum hortatur. Tunc surgimus omnes, et ad orationem vertimur, quam sequitur, sicut dixi, panis, vini et aquæ Sacrificium. Opulentiores libere, prout volunt, stipem largiuntur, et quod eo modo colligitur, apud Prælatum deponitur. Quibus collectis ipse orphanis, viduis, illis, qui per infirmitatem, vel quamcumque aliam causam ad inopiam redacti sunt, captivis, et peregrinis succurrit, ut verbo complectar omnia, Prælato omnium illorum, qui qualicumque necessitate premun-

muntur, cura incumbit. Mos est, ut die solis conveniamus, quia hæc est prima dies, qua Deus mundum condidit, et eadem die Jesus Christus resurrexit. In hac apologia illud etiam de Simone Mago est, quod jam productum fuit §. 11. Est scriptum ab Eusebio *lib. 4. H. E. cap.* 12. Christianos etiam Asiam incolentes eo, quod vehementer vexarentur, supplices confugisse ad eumdem Antoninum Pium levaminis causa: itaque hunc literas dedisse ad Commune Asiæ, quibus non tantum edictum Hadriani pro Christianis confirmaverit, sed insuper etiam decreverit, nequis negotium facesseret cuipiam ea solum de causa, quod Christianus esset, sique delatus esset ut absolveretur, quamvis constaret, Christianum esse, delator autem pro accusatione pœnam lueret.

§. 15.

Acerbitates, quas Christiani pertulerunt, ne sic quidem sublatæ. S. Polycarpi, et aliorum martyrium. Basnagii adversus Sanctorum cultum, et eorum invocationem ex Polycarpo objectatio. Per M. Aurelium Imp. resuscitatur persecutio, quae inter decem quarta numeratur. Melitonis, Athenagoræ, et Apollinaris apologiæ.

Post ejusmodi edictum, ab Antonino Pio factum, debuit igitur Christianis lætissima ubique efflorescere pax? Nihil minus. De Polycarpo, ejusque martyrio narraturus Eusebius lib. 4. H. E. cap. 15. quod accidit sub initium imperii Marci Aurelii, qui an 161. successit Antonino Pio, *Qua tempestate,* inquit, *cum gravissimi persecutionum mo-*

motus Asiam concussissent, Polycarpus vitam martyrio terminavit. Ex epistola Ecclesiæ Smyrnensis ad Ecclesias Ponti rem idem Eusebius sic refert. Christianos, qui a Smyrnensibus plures erant comprehensi, esse alios alio tormentorum genere excruciatos; e quibus aliqui sic flagris sint concisi, ut ipsa viscera conspicua fierent, ac deinde bestiis objectos. Quemdam adolescentem nomine Germanicum, cum Proconsul ei svadere coepisset, ut suæ florentis ætatis haberet rationem, insiliisse in bestiam sibi paratam, ut devoraretur. At vero alium nomine Quintum, dum non cum pio metu, sed temerarie, sibique præfidens ad tribunal accurrisset, seque ultro Proconsuli obtulisset, primo adspectu tormentorum, ac belluarum pavidum esse factum, et cessisse, dedisseque documentum, ne quis se temere periculis objiceret. Toto autem amphitheatro ingenti clamore personante, ut impii tollerentur, Polycarpum nominatim esse ab efferata multitudine petitum ad supplicium. Abdiderat se, et latitabat in quadam domo. Duo pueri conscii, ubi absconditus esset, verberibus adacti eum prodiderunt. Adductus ad amphitheatrum, cum ei impunitas, et dimissio promissa esset, si Christo convitium dixisset, respondit: *Sex, et octoginta annos ei ministravi, nec ulla me unquam affecit injuria: et quomodo possum impie loqui adversus Regem meum, auctoremque salutis meæ?* Demum igni traditum esse, non tantum Gentilibus, sed Judæis etiam ligna certatim comportantibus: cum autem flamma ab eo diffugisset, speciem arcus circum eum præbens, missum esse carnificem, qui ensem ejus pectori infixerit, confoderitque.

In

In hac narratione de Polycarpo, ejus etiam refertur precatio, dum jam impositus ad rogum esset. Quam dum Basnagius in suis Annalibus memorat, more suo ita argutatur: *Non Angelos, non Cælites, non Beatam Virginem precibus suis adiisse Sanctum illum Martyrem. Quod utique fecisset, si invocatio ejusmodi ab Apostolis aut usurpata fuisset, aut instituta. Quandonam Cælitum, Matrisque Domini favor votis, et precibus exposci debuit, nisi cum mors imminet, atrisque circumvolat alis? Incognita igitur ætate Polycarpi Cælitum invocatio, quæ deinceps opplevit Ecclesiam.* Clara, et elata voce refertur Polycarpus precatus esse. Quam precationem proculdubio sic instituit, ut coram Gentilibus, suisque persecutoribus professio esset Christianæ Religionis, propter quam mortem subibat. Fidem vero suam profitendo, dum hæc tota soli Deo, et Christo innititur, utpote in cujus verbis fundatur nostra fides, solumque Deum, et Christum auctorem habeat, non Matrem Domini non Cælites; igitur neque suam invocationem Polycarpus etiam aliorsum, quam ad solum Deum, et Christum dirigendam habuit. Sed neque consulta res, et prudens fuisset cum Dei invocatione miscere invocationem Sanctorum coram Gentilibus, unde his opinio insita fuisset, istos, quos invocasset, coli etiam a Christianis pro Deo, et esse his etiam plures deos. In eadem epistola Smyrnensium est, cum apparitores venissent ad Polycarpum comprehendendum, his cibos jussisse apponi, ut moram unius horæ ab ipsis impetraret ad precandum. Huc ad istam precationem, quam Polycarpus secreto faciebat, debuisset Basnagius aurem admovere, et siquidem neque in hac ullius Cælitum patrocinium esse imploratum a Polycar-

po,

po, advertisset, plus aliquid virium saltem in speciem habuisset hæc ejus objectatio. Et quis Catholicorum sentit, sibi Sactorum invocationem esse necessario faciendam? Concilium Tridentinum *Sess.* 25. tantum docet, utilem esse Sanctorum invocationem, non dicit necessariam. Et num Basnagius non legit, quam sæpe Apostolus Paulus in suis epistolis viventium fidelium preces pro se ad Deum expetierit, et quorum oratione suum laborem in Evangelio sibi ad salutem proventurum professus sit? *Phil.* 1. v. 19. Si vero fidelium in hac vita positorum preces vim habent impetrandi a Deo, *Si Apostoli, et Martyres*, sunt verba S. Hieronymi lib. cont. Vigilant. *adhuc in corpore constituti possunt orare pro ceteris, quando adhuc pro se debent esse solliciti, quanto magis post coronas, victorias, et triumphos?* Neque hæc Sanctorum invocatio tantum postea opplevit Ecclesiam: Nam *Christiani*, sunt verba Eusebii lib. 7. H. E. cap. 19. *Viros Sanctos ob ipsorum erga Deum amorem debito semper honore venerati sunt, et haetenus venerantur.* Hac ipsa ætate Polycarpi Sanctos esse cultos a fidelibus, eorumque Reliquias in veneratione habitas, quod non faciunt Protestantes, ex ipsa hac etiam Smyrnensium epistola potuit videre Basnagius, in qua sic scriptum est de Polycarpo, postquam martyrio esset affectus: *Ossa illius, quæ rogus non absumpserat, gemmis pretiosissimis cariora, et quovis auro puriora colligentes, ubi decebat, condidimus. Quo etiam in loco nobis, si fieri poterit, convenientibus, concedet Deus, natalem ejus martyrii diem cum hilaritate, et gaudio celebrare, tum in memoriam eorum, qui glorioso certamine perfuncti sunt, tum ad posteros hujusmodi exemplo erudiendos, et confirmandos.*

Sed

Sed neque hæc cessavit persecutio: quando ab ipso Aurelio Imp. Felicitas matrona cum septem filiis addicta est supplicio, ideo quod Pontifice, et idolorum Sacrificuli ei dixissent, et persvasissent, iratos esse deos, neque placari aliter posse, quam si ad sacrificandum diis Felicitas, ejusque filii adacti essent. Pariter Romæ Christianus, Ptolemæus nomine supplicio affectus est, delatus ab eo, cujus uxor Ptolemæi opera facta Christiana erat, atque hæc caste vivere edocta cum viro manere amplius noluisset ethnico, et turpissimam vitam vivente, Urbico urbis Præfecto, nihil aliud ex eo quærente, quam Christianusne esset. Cumque alter Christianus nomine Lucius Urbicum ideo interpellasset, damnatus ad idem supplicium est, tantumque hoc etiam interrogans, num Christianus esset, similiterque tertius, cum idem, quod Lucius egisset, et de se profiteretur. *Ruinartii Acta sincera Martyrum.*

Hae res Justinum moverunt, ut M. Aurelio, et Lucio Vero, quem Aurelius in consortium Imperii assumpserat alteram etiam Apologiam pro Christianis offerret. In hac queritur, solo nomine Christianæ Religionis non solum Romæ, verum ubique vexari, et interfici Christianos. Iisdem Imperatoribus Apologiam quoque obtulit Melito Episcopus Sardensis, et Apollinaris Episcopus Hierapolitanus, et Athenagoras, Christianus æque e philosopho, ut Justinus. Ex apologia Melitonis apud Eusebium lib. 4. H. E. cap. 26. patescit, per hos Imperatores nova etiam edicta facta esse in Christianos, cujus hæc verba sunt: *Quod enim numquam antea factum fuerat, persecutionem nunc patitur piorum hominum genus, novis per Asiam decretis exagitatum. Impudentissimi nun-*

que delatores, et alienarum opum cupidi ex Imperialibus edictis occasionem nacti, palam diu, noctuqne grassantur, spoliantque homines innoxios. Nempe philosophorum, aliorumque nomini Christiano infensorum factum malevolentia est, ut Christiani haberentur pro hominibus sceleratissimis, deditisque turpissimis flagitiis, et quasi ex suæ Religionis disciplina: quo factum est, ut simul atque se quis Christianum confessus esset, etiam reus istorum criminum haberetur, et plecteretur. Atheismi, incestuum, et epularum ex humanis carnibus consvetudo Christianis dabatur crimini, quemadmodum apparet ex Athenagoræ apologia, in qua istam accusationem refellit. Erant autem hæc flagitia Gnosticorum, de quibus adhuc postea sequetur; sed Gentiles eadem flagitia contulerunt in omnes Christianos, nullam recipientes inter veros Christianos, et hæreticos distinctionem. Capitolinus scriptor Gentilis testatur, Aurelium Imp. deorum cultui fuisse valde addictum, quemque semper stipaverint philosophi, utpote, qualem se ipse etiam profiteretur. His de causis hæc exsuscitata in Christianos persecutio est, quæ inter decem quarta numeratur.

§. 16.

Rescriptum Aurelii de Christianis post victoriam relatam de Quadis, et Marcomannis. Christianorum ne precibus hæc sit a Deo, et per miraculum obtenta victoria.

In Quados, Marcomannos, pluresque alios Germaniæ populos, qui suis incursionibus Romani Imperii ditiones vexabant, exercitum Imperatores

tores M. Aurelius, et Lucius Verus duxerant. Horum adventu hostes territi ad pacem suppliciter petendam venerunt, et quo hanc facilius impetrarent, auctores etiam rerum, quas hostiliter egerunt, interfecerunt. Gravis deinde pestilentia invasit non tantum Romanorum exercitum, sed Italiam quoque cum pluribus aliis Romani Imperii provinciis. Hinc cum iidem Germaniæ populi fiduciam victoriæ concepissent, bellum adversus Romanos renovarunt. Aurelius, secundis aliquot preliis factis, incidit in exeremum discrimen, progressus in locum, ubi clausus altis, præruptisque montibus, et circumsessus ab hostibus tenebatur. Accessit, quod cum nullo eo in loco aqua esset, siti ita fuerit afflictus exercitus, ut jam ad desperationem adducti essent. Fuit in exercitu legio, dicta Melitina ex Syria, quæ tota ex militibus constitit Christianis. Hi in genua provoluti, supplicesque manus tendentes in cælum Deum orarunt, ut ferret auxilium. Quorum preces Deus exaudiit. Exorta namque subita tempestas est, quæ in Romanos copiosissimum imbrem effudit, quo galeis, atque scutis excepto, hi se e siti recrearunt; in hostes vero fulmina, et ignes evibravit ita, ut eorum vestes, et corpora arderent, et, quamvis in pluvia, tamen seipsos cruentarent, ut sangvine suo ignem, quo ardebant, exstinguerent. Ita non tam Romanorum armis, quam prodigiosa hac tempestate hostes victi, et debellati fuerunt.

Tertullianus *Apolloget. cap.* 5. perhibet, Aurelium Imp. hac victoria, quam agnoverit, precibus Christianorum obtentam esse, permotum fecisse edictum, quo non tantum caverit, ne Christianis aliqua fieret injuria, sed etiam in eorum

accusatores supplicium constituerit. Sunt Tertulliani verba hæc: *Literæ M. Aurelii requirantur, quibus illam Germanicam sitim Christianorum forte militum precationibus impetrato imbri discussam contestatur. Qui sicut palam ab ejusmodi hominibus pœnam dimovit, ita alio modo palam dispersit, adjecta etiam accusatoribus damnatione, et quidem tetriore.* Idem memorat *lib. ad Scapulam cap.* 4. Neque solus Tertullianus hanc ad Christianorum preces datam divinitus pluviam, et tempestatem testatur, sed idem refert etiam Eusebius *lib.* 5. *H. E. cap.* 5. ejusque testem citat Apollinarem eumdem illum, a quo Apologiam pro Christianis esse scriptam superiore §pho demonstratum est. Quin eadem hæc res a scriptoribus etiam Gentilibus memoriæ prodita est, nisi quod hanc suis diis tribuerent sua cogitandi ratione superstitiosa. *Fama est*, sunt verba Dionis in Aurelio, *Arnulphim magum Ægyptium, qui una cum Marco erat, Mercurium illum, qui est in aere, aliosque dæmones invocasse quibusdam magicis artibus, ac per eos pluviam extorsisse.* Capitolinus dicit, ipsum Aurelium suis precibus in hostes fulmen de cælo, suisque pluviam obtinuisse. Idem sic est apud Themistium *Orat.* 15. *ad Theodos. Imp.* Claudianus pariter *Carmine de Honorii sexto Consulatu* hanc victoriam ita celebrat, ut vel magorum artibus facta sit, vel quam potius ipse Imperator Aurelius obtinere a diis meruerit suis moribus. Victoria hæc visitur exsculpta etiam nunc Romæ in columna Antonini, quod prænomen est Aurelii, eo quod ab Antonino sit in filium adoptatus. In parte inferiore hujus columnæ Romani pugnant adversus barbaros, in superiore vir pendet in aere barbatus

cu-

cujus brachiis, et sinu pluviæ cadunt, grandoque vibratur, et fulmina. Etiam vero ex his Xiphilinus hanc Christianis asserit victoriam. *Non enim*, inquit, *Arnulphis magus erat, cum nusquam memoriæ proditum sit, Marcum magorum societate, aut præstigiis fuisse delectatum. Quod igitur in hac re dico, tale est. Cum Marcus legionem unam haberet ex militibus Melitinis, hi omnes Christum colunt; ad eum Præfectus prætorianorum venit nescientem, quid in illo prælio consilii caperet, timentemque toti exercitui, eique fertur dixisse: Nihil esse, quod ii, qui Christiani nominantur, precibus impetrare non possint, usque legionem unam in exercitu hominum istius generis. Qua re cognita, Marcum ab eis petiisse, ut Deo suo supplicarent. Quod cum fecissent, Deum exaudisse subito, percussisseque hostes fulmine, et Romanos pluvia recreasse. His rebus Marcum vehementer obstupefactum, edicto Christianos honore affecisse, ipsamque legionem κεραυνοβόλον, Fulminatricem appellasse. Atque de iis rebus epistola Marci exstare dicitur. Græci autem sciunt, eam legionem Fulminatricem appellari, cujusque rei testes sunt. Causam vero, cur ita appellata sit, non dicunt.*

At tamen hoc, unde Christianæ Religioni tantum accessit existimationis, et dignitatis cum apud alios, quamvis ab hac alienos, tum apud ipsum Imperatorem M. Aurelium Basnagio, et aliis ejusdem generis Criticis non est ad palatum. Basnagius dum non audet rem directe negare, utpote tot fultam testibus, tamen quæstiunculas movet, ut saltem in dubium eam vocet. Quærit primum, fueritne in Aurelii exercitu legio Melitensis, quæ tota ex Christianis constiterit. Quod

ve-

vero etiam in Xiphilini narratione est. Dum vero jam sub Trajano, quemadmodum exstat in Plinii epistola supra §pho 13. ante annos circiter septuaginta Christiana Religio sic pervaserit non tantum civitates, sed vicos etiam, et agros, ut ad solitudinem redigerentur idolorum templa, quid est non fidei consentaneum unius legionis omnes milites fuisse Christianos, præsertim in Syria, ubi propter multitudinem eorum, qui facti Christiani sunt, ipsum etiam hoc Christianorum nomen exortum est? *Act.* 11. v. 26. dumque jam sub Ignatio Episcopo Antiocheno imperante Trajano initio seculi secundi tantum Antiochiæ ducenta Christianorum millia numerata sunt? *Supra* §. 13. Quærit idem postea, an legio hæc Melitina ob patratum hoc miraculum sit legio fulminatrix appellata. Sic testantur, qui rem hanc velut notissimam protulerunt, ipsis Imperatoribus in Apologiis pro Christiana Religione. Igitur, si in dubium vocat hæc legio Melitina sitne fulminatrix adpellata, adferat proinde Basnagius aliquam etiam causam, cur his testibus non sit adhibenda fides. Si nullam scit causam afferre, dumque res solis testimoniis agitur, frivolum est, et nullius ponderis omne, quod aliud dicit.

At vero probat etiam hoc. Nam esse apud Dionem, jam sub Augusto fuisse legionem, quæ fulminatrix appellata sit, nec sub Alexandro Severo plures fuisse una, quæ fulminatrix vocata sit. Et hincne jam sequitur, quia sub Augusto fuerit legio fulminatrix dicta, et una perstiterit adhuc etiam sub Severo, hanc Melitinam non potuisse dici fulminatricem ab Aurelio, etiam illa priore persistente? Quid enim obstat, quo minus sub Aurelio duæ legiones idem nomen gerere potuerint

rint

rint legionis fulminatricis. Res enim hæc tota fuit ejusmodi, quæ a solo penderet arbitrio Imperatorum: et quemadmodum nulli legioni hocce nomen fuit connatum, ita et hoc desinere etiam potuit in legione, quæ illud gessit, vel ab hac transferri ad aliam, vel eodem quoque insigniri legiones non tantum duæ verum etiam plures. Quærit deinde Basnagius, Aurelius Imperator factusne sit Christianus: tamquam quod consequi debuisset, si hoc miraculum agnovisset patratum, et impetratum precibus Christianorum. Dum Aurelius agnovit, Christianos a Deo, quem colerent, pluviam obtinuisse suis precibus, is, qui more Gentilium credidit, multos esse deos, quorumque alii ab aliis colerentur, quamvis Christianorum Deo in acceptis retulerit pluviam exercitui suo datam, non tamen dimisit persvasionem de pluribus diis, sed tantum Deum esse et illum, quem Christiani colerent. Nabuchodonosor, dum tres socii Denielis illæsi fuissent conservati a Deo in igne, quamvis ipse prædicasset, *Neque enim est alium Deum, qui possit ita salvare*, Dan. 3. v. 96. factusne ideo Judæus est? Sed neque Darius Persarum Rex, quamvis Deum esse prædicasset, quem Daniel coleret, eo, quod ab hoc liberatus esset a leonibus dimisit cultum suorum deorum. *Dan.* 6. v. 26. Huc adjungit Basnagius et illud: post hoc rescriptum fuisse Lugduni, et Viennæ in Gallia exercitam persecutionem admodum sævam, et atrocem in Christianos, quæ vero non fuisset facta, si post pluviam, et victoriam obtentam per Christianos, rescriptum illud Aurelius fecisset. Christiani Lugdunenses, et Viennenses prætextu aliorum criminum sunt interfecti. Res, quemadmodum acta sit, exponetur §pho subsequente. Extremum illud est Basnagii, Aurelius literasne Ro-

maın

mam ad Senatum miserit de poena a Christianis dimovenda. Asserunt testes, non tantum liberatos poena judiciorum esse Christianos per Imperatorem, sed etiam huic subjectos eorum delatores. Basnagius vero ista testimonia falsitatis non coarguit: quibus stantibus inane est, quid quid agit tantum suis quæstiunculis, quas movet, quia nihil solidius ad opponendum habet.

§. 17.

Lugdunenses, et Viennenses Martyres in Gallia, nec non in aliis Romani Imperii provinciis. Hos veros fuisse Martyres, ostenditur adversus Dodvvellum.

Res Lugduni, et Viennæ in Gallia sub eodem Imperatore Aurelio a. 177. sic se habuit, idque ex epistola Lugdunensis, et Viennensis Ecclesiæ ad Ecclesias Asiæ, et Phrygiæ apud Eusebium *lib. 5. H. E. cap.* 1. Plebs præcipiti, et immani furore exsurrexit in Christianos, vociferans, nuspiam ferendos esse. Lapidibus, et fustibus eos invadunt, ad forum raptant, a Præside ad carceres conjiciuntur. Fit deinde judicium. Vettius Epagathus, nondum juveniles annos egressus, accedit ad tribunal Præsidis, orat, ut sibi liceat loqui in causa fratrum suorum. Præses ex eo quærit, num Christianus esset, nec quidquam aliud. Ille vero clarissima voce hunc se profitetur esse: neque aliud permissum loqui Præses cum elogio Advocati Christianorum inter reos refert. Eorum, qui comprehensi erant, adducuntur etiam servi, tales quoque, qui Gentiles erant, et alieni a Religione Christiana. Hi in quæstionem per tormenta summun-

untur, veranę essent crimina, quorum rei Chriiani agerentur: qui et ne tormentorum vim derent subire, et Præsidis satellitibus instigantis dicunt, vera esse, Thyesteasque epulas, instos Oedipi concubitus, pluraque ejusmodi, quæ rror est vel dicere, de iis confitentur mendacir.

Quæ ubi elata in vulgus sunt, nemo erat entilium, qui luce dignum putaret Christianum. anctus, Diaconi Ecclesiæ Viennensis proprium oc nomen fuit, Maturus adhuc neophytus, Attas patria Pergamus, et Blandilla ancilla fuere ræcipui, quorumque invicta virtus, et constania eminuit maxime. Sanctus de nomine suo, de atria, de genere suo interrogatus, non aliud respondit, quam Christianus sum. Jam catastas, quuleos, et omnia, quæ ad excruciandum Romanis erant usitata tormentorum genera, pertut: nullam aliam vocem reddidit, quam Christianus sum. Ejus corpori vulneribus secto, ignibusque usto ferreæ ardentes admoventur laminæ. Nulla alia ejus vox audita est, quam Christianus um. Interponuntur de industria aliquot dies, ut um vulnerum ardor factus esset vehementissimus, rmuo eadem tormenta repeterentur. Sed in casm. Nam is novo etiam animi vigore concepto rstitit in solis illis verbis, Christianus sum. Extremum cum Maturo in ferrea ignita sede collocas uritur, et reti inclusus in amphitheatro a feris ris jactatur, nullam aliam vocem usque ad tremum spiritum clamans, quam Christianus sum. Blandilla ceteri Martyres solliciti erant, ne forte ob corporis imbecillitatem tormentis succumet. At illa a mane usque ad vesperam aliis atque sibi succedentibus tortoribus, igne, ferroque ex-

excruciata toto corpore, novas vires semper psit, quoties dixit: *Christiana sum*, et *Apu nihil mali agitur*. Demum et ipsa in sede f ignita usta, et a tauro jactata consumpta est, Gentilibus stupentibus, et confitentibus, nih milis fortitudinis, et constantiae esse visum quam in femina.

Attalus cum in amphitheatro circum du tur, ut populo spectandus præberetur, Prae que innotuisset, Civem esse Romanum, de itemque de ceteris, qui comprehensi erant, dumque supplicio affecti, literas misit ad Imp torem, quid cum his facere deberet. Resc Imperator, Confessos, illa videlicet crimina, (stianis afficta, gladio esse feriendos, secus d tendos. Cum igitur in quæstionem essent pr cti, seque Christianos profiterentur, qui cives mani fuerunt gladio percussi sunt, ceteri fer amphitheatro objecti, tametsi tantum Chri num nomen de se confessi essent, non illa c na quæ tamen a Præside quasi eo jam no comprehensa, in hominibus innocentissimis cterentur. Attalum tamen insuper, anteq gladio feriretur, Præses iniquissimus, et in f ignita sede prius torreri jusserat, et a fera b jactari. Qui dum in sede illa ureretur, it odor assati corporis omnium nares percuteret Praesidem, et ad spectatorum multitudinem, inquit, *hoc demum est, homines vorare*, *vos agitis. Nos vero neque homines vora neque omnino quidquam mali facimus.*

Non est prætereunda silentio inter hos 1 tyres Alexandri factum professione medici. prope tribunal Praesidis constiterat, non agn q

qui vero omnes productos ad tribunal oculis, capite, manibus animabat ad constantiam, donec hoc observatum fuisset. Ad quæstionem idcirco et ipse sumptus, seque Christianum confessus omnibus illis suppliciis excruciatus, quibus Attalus, eamdem cum ceteris martyrii coronam adeptus est. Neque tamen defuerant etiam qui vim tormentorum reformidantes, se se abnegaverint Christianos. Hi tamen ad carcerem reducti, et in custodia servati, donec rescriptum Imperatoris veniret, tristes erant, et dejecto animo, e contrario erecto, atque hilari, qui constantiam servaverunt; attamen et plerique illorum, cum essent denuo producti ad tribunal, et dimittendi, si perseverassent in sua negatione, crimen negationis, quod commiserunt, facta confessione, atque supplicii toleratione expiaverunt. In horum Martyrum numero fuit etiam S. Pothinus Lugdunensis Episcopus: quem dum satellites raptassent ad Præsidem, et ad carcerem missus fuisset, se Christianum confessum nemo ex multitudine Gentilium fuit, qui non jam pugnis, jam calcibus eum ferisset. Fuit confectus senio. Annos etiam plures, quam nonaginta, numerabat ætatis. Intra biduum decessit in carcere. Sed neque in sola Gallia talis tum exercebatur acerbitas, sed idem accidisse in aliis etiam provinciis Romani Imperii tradit Eusebius in lib. 5. H. E. prooemio post finitam narrationem de Martyribus Lugdunensibus, cujus hæc verba sunt: *Quo tempore cum in nonnullis terrarum partibus violentior adversus nostros persecutio commota esset ex incursione popularium, innumerabiles prope Martyres per universum orbem enituisse, ex iis, quæ in unica provincia gesta erunt, conjicere est.*

Dodvvellus hos Christianos Lugdunenses, Viennenses, tametsi talia perpessos, et tanta cr delitate occisos negat fuisse veros Martyres. Ja alibi indicatum est, id agi ab hoc ut tollendo, v saltem minuendo Martyres, Christianam Religi nem spoliet testimonio, quod ei de ejus verita Martyres suo dederunt sangvine. Quis enim ta ta voluisset sufferre, mortemque oppetere, n firmissime persvasus de Religionis veritate, eju que ad obtinendam salutem necessitate? Dici tantum criminum nomine, quæ iis tribuebantu non Religionis causa fuisse excruciatos, et inte fectos. Sunt vero hæc iis crimina imposita ea so lum de causa, quod Christiani essent, seque Chri stianos confessi essent. Eo, quod Christiani es sent, per calumniam illa ipsis imposita sunt cri mina. Ergo jam hanc etiam calumniam ob cau sam Christianæ Religionis pertulerunt, non u hæc sustulerit meritum Martyrii. Deinde, si ha crimina de se fuissent confessi, quos eum in fi nem tormentis excruciaverunt, ut ex eorum etia propria confessione haberent, Religioni Christia næ esse conjuncta illa crimina, annon turpissim commaculassent non tantum Christianam Religio nem, sed ipsum etiam Christum, qui ejus aucto esset. Quamvis igitur solo nomine criminum tor menta sustinuissent, et mortem tolerassent; ta men etiam sic passi, et mortui propter Christum essent, potius omnia tormenta, mortemque pe ferendo, quam per falsam confessionem ejus te merando Religionem, ipsumque Christum, utpo te in quem infamia, et dedecus ex eadem, ta Religione recidisset, velut ejus auctorem.

§. 18.

§. 18.

Christiana Religio tranquillitatem nanciscitur sub Commodo Imp. Ejus propagatio.

Quæ Christiana Religio sub Aurelio Imp. assecuta est, ut nontantum pœna a Christianis removeretur, sed ista etiam constitueretur in accusatores, (§. 16.) nisi quod falsorum criminum nomine tamen appeterentur, hujus sors quoad externum tranquillitatis statum facta est adhuc multo melior sub Commodo Imp. Aurelii filio. *Res nostræ*, ait Eusebius lib. 5. H. E. cap. 21. *Commodo Romanum Imperium obtinente in tranquilliore statu versabantur pace per Dei gratiam cunctas orbis terrarum Ecclesias complexa. Atque interim salutaris Dei sermo ex omni genere hominum quam plurimos ad religionem summi Numinis multum pertrahebat, adeo, ut multi ex iis, qui in urbe Roma genere, atque opibus eminebant, simul cum universa domo, ac familia salutem consecuturi accurrerent.* Idem refert, cuidam crura fracta esse Romæ, quod Apollonium eo nomine, quod Christianus esset Senatui detulisset. Hoc quippe genus supplicii erat ab Imperatoribus in delatores Christianorum constitutum. Attamen et Apollonium esse ab eodem Senatu condemnatum ad supplicium praetextu ejus rescripti, quo per Trajanum (supra §. 10.) sancitum fuit, conquirendos Christianos non esse: si vero delati essent, puniendos. Quod si postea etiam prohibitum fuit Christianum deferre, annon hinc intelligi debuit, eo magis inhibitum esse, talem damnare, et supplicio afficere. Nonnisi igitur maliciosus iste prætextus fuit Senatus ad Apollonium condemnandum ex odio Christianæ Religionis.

Ex

Ex Apologetico Tertulliani cap. 37. quem i composuit, et Imperatori, Senatuique obtulit dum per Septimium Severum iterum excitata fu isset persecutio circa initium seculi tertii, appare etiam, quanta ad hoc tempus Religio incrementa ceperit in Romano Imperio. *Externi sumus,* in quit, tales videlicet Christiani habebantur a Gen tilibus, quod se ab eorum religione alienassent, *et vestra omnia implevimus, urbes, insulas, ca stella, municipia, Conciliabula, castra ipsa, tri bus, decurias, palatium, senatum, forum: sol vobis relinquimus templa. Cui bello non idon non prompti fuissemus, etiam impares copiis qui tam libenter trucidamur, si non apud ist disciplinam magis occidi liceret, quam occidere.* Nec tantum in pace Religio Christiana crevit, se etiam in ipsis persecutionibus. *Plures efficimur* sunt ejusdem Tertulliani verba Apologet. cap. *quoties metimur a vobis. Semen est sang Christianorum.* Idem *libro adv. Judæos* dic Christum totum jam orbem Evangelii sui fide c pisse. Quanta autem extra Romanum Imperi etiam facta sit progressio Religionis usque ad tempus, ex Justini M. Dialogo cum Tryphone cet cognoscere. *Atqui ne unum quidem genus* inquit, *mortalium, sive barbarorum, sive G corum, sive etiam aliorum omnium, quocum appellentur nomine, sive Amaxobiorum, vel madum, domo carentium, vel in tentoriis deg tium, et cum pecoribus vitam tolerantium, in quos per nomen crucifixi Jesu supplicationes, gratiarum actiones Patri fabricatori rerum om um non fiant.* Amaxobii significant eos, qui plaustris vitam degunt, Nomades armentarii. Paulo ante medium seculi secundi hoc scriptum est ab Justino. S. Irenæus quoque, qui S. Po

ly-

lycarpi fuit discipulus, et S. Pothino, cujus mentio facta est inter Martyres Lugdunenses, successit in Episcopatu Lugdunensi, *lib.* 1. *cont. Hæres. cap.* 3. cum Germaniam, Iberiam, Galliam, Orientem, Ægyptum, et Libyam nominasset, ubi floreret Religio; solis lumini, fulgenti per totum mundum, assimilavit lumen Evangelicæ prædicationis.

§. 19.

Romani Pontifices post S. Petrum spatio seculi secundi, atque horum memorabiliora facta, et statuta.

S. Petro in Episcopatu Romano proxime successit S. Linus, cujus mentionem facit etiam S. Paulus 2. *ad Timoth.* 4. *v.* 21. Hoc de Lino, cui Apostoli Episcopatum administrandæ Ecclesiæ Romanæ tradiderint, testatur S. Irenæus *lib.* 3. *contra Hæres. cap.* Optatus Milevit. *lib.* 1. *contr. Parmenian.* S. Augustinus *Epist.* 165. ad Generosum, S. Hieronymus *lib. de Scriptorib. Eccl.* Lino autem Cletus, et huic Clemens successit. Hoc tamen in hoc omnes conveniunt Scriptores. Tertullianus *lib. de Præsript. cap.* 11. dicit, Clementi a Petro Episcopatum Romanæ Ecclesiæ traditum fuisse: qui vero solet poni nonnisi post Cletum in Catalogo Romanorum Pontificum. Iidem aliqui Scriptores Cletum, qui Lino successit, vocant etiam Anacletum: qui vero in vetustis monumentis Romanæ Ecclesiæ collocatus est post Clementem, et a S. Augustino quoque, et Optato Milevitano et supra citatis locis: et quo pacto nec Anacletus a Cleto esset diversus. In hoc autem, mo-

monumentis Romanæ Ecclesiæ, utpote, cujus testimonium, tanquam domesticum, præcipuam vim habere debet, existimo standum esse; quæ vero Cletum etiam in Canone Missæ habet positum post Linum, et iterum, tam hunc, quam etiam Anacletum distincte memorat in suo Martyrologio, hunc die 13. Julii, illum die 26. Aprilis. Sed nec in annis, quibus quisque horum Pontificatum gesserit, sunt omnimode consona Scriptorum testimonia.

Clementis, quem S. Paulus *ad Philip.* 4. *v.* 3. suum in Evangelio adjutorem vocat, cujusque nomen dixit scriptum esse in libro Vitæ, exstant duæ epistolæ; quarum altera integra est, alterius solummodo fragmenta supersunt. Utramque Patritius Junius a. 1633. ex Codice Bibliorum Ms. quem Cyrillus Patriarcha Regi Angliæ dono miserat, protraxit, et cum notis, a se appositis, edidit. Hæque solæ germanæ ipsius Clementis recognoscuntur ab omnibus Criticis, utpote quarum meminerunt S. Irenæus apud Eusebium *lib.* 5. *cap.* 6. S. Hieronymus lib. de Scriptorib. Eccl. et ipse etiam Eusebius *lib.* 3. *cap.* 16. quamque, sua adhuc ætate testatur fuisse in plerisque Ecclesiis lectam publice. Nam præter has et aliæ, tam epistolæ, quam alterius generis Opera, ut Canones Apostolorum octoginta quinque, Constitutionum Apostolicarum libri octo, et quædam alia sub ejus nomine feruntur quæ pro supposititiis merito habentur. Neminem enim ex veteribus habent, qui eis suo testimonio suffragaretur, et redolent etiam manifeste doctrinam non Ecclesiæ Catholicæ, sed hominum ab hac alienorum. Illas epistolas, quas dixi germanas Clementis, ad Corinthios scripsit Clemens, dum turbae fuissent enatæ in Ecclesia

Co-

Corinthiorum laicis insurgentibus ita adversus Presbyteros, ut his contempta eorum auctoritate, nollent obtemperare, quamvis homines vitæ probatissimæ essent, officiique diligentes, et ceteris, præter illos turbulentos, omnibus acceptissimi. Rem Corinthii detulerunt Romam ad Clementem. Quamobrem is ad Corinthios epistolas has scripsit, ut hoc eorum dissidium exstingveret. Id, quod etiam perfectum est; sicque hæ epistolæ susceptæ fuerunt a Corinthiis, ut sicut alii, ita et hi in morem induxerint has in Ecclesia publice legendi teste Dionysio Corinthiorum Episcopo apud Eusebium *lib.* 4. *cap.* 23.

Habet hac in re illud considerationem. Fuit Corinthiorum Ecclesia a S. Paulo fundata, unaque earum, quæ prodigiorum, aliisque Spiritus Sancti donis, 1. *Corinth.* 14. *v.* 26. 2. *Corinth.* 12. *v.* 12. splendebant maxime. Ipsa Corinthus fuit urbs una ex totius Græciæ nobilissimis, et Achajæ prima. Anno Chr. 100. juxta Eusebii, et S. Hieronymi Chronicon obiit Clemens, cum jubente Trajano Imp. duobus annis ante deportatus fuisset in Chersonesum Tauricam. Ejus autem literæ Romæ antequam missus in Chersonesum esset, datæ ad Corinthios sunt. Itaque et causa hæc delata est vivente adhuc Ephesi S. Joanne Apostolo, et universas Asiæ regente Ecclesias, ut ait S. Hieronymus in eodem suo Chronico, quippe, qui juxta eumdem S. Hieronymum, et Eusebium mortuus sit Ephesi anno uno, aut altero post annum Christi 100. Cur igitur Corinthii tamen Romam *illam* suam causam detulerunt, non Ephesum, *minus* etiam remotam urbem, non ad alterius *alicujus* magnæ urbis Episcopum? Non est negandum, potuisse Corinthios in sua causa recurre-

rere ad Joannem, utpote Apostolum: quemadmodum et S. Paulus ultro scripsit Romanis in eorum Controversia, et dissensione, tametsi nequidem Romæ adhuc fuerit, et nihil adhuc Apostolici muneris erga hos præstiterit. Attamen certe quidem istud Corinthii non fecerunt absque causa. Quæ igitur hæc esse potuit? Jam S. Irenæus quoque seculo Ecclesiæ secundo *lib. 3. adv. Hæres. cap.* 3. docuit, ad Romanam Ecclesiam propter potentiorem ejus principalitatem necesse esse omnes convenire Ecclesias. Hic itaque Corinthiorum recursus, et confugium ad S. Petri Sedem illustre documentum est, jamque ex ipso primordio Ecclesiæ, quid creditum sit a Christi fidelibus de hac Petri Sede, et quid de ejus auctoritate senserint. Clementem Trajanus ad eruenda, et secanda marmora in Chersoneso damnaverat; ubi duo millia Christianorum jam similiter damnata erant. Postquam duobus annis in hoc aerumnoso statu fuisset, extremum anchora ad collum alligata demersus eodem jubente Trajano ad mare est. . Basnagio in Annal. ad a. 100. Caveo, aliisque istius generis scriptoribus non est hoc verum, quod de hoc ante quintum fere seculum nemo perhibeat testimonium, nec Irenæus, nec Tertullianus, neque Eusebius: quasi omnia ab omnibus memorari debuissent, falsumque id omne esse debeat, quod sic memoratum non est. Anne dubitandum est, eos, qui hoc memoriæ prodiderunt, etiamsi non coaevi, id tamen non fecisse temere, et absque fundamento? Quamvis igitur hoc de Clemente invictis testimoniis non constet, leve tamen manet, negare, quia de eo silentium sit apud eos, qui dicti sunt. Nam etiamsi hi istud memorassent, tamen etiam perinde horum testimoniis fides posset abnegari, quod et S. Irenæo, Tertul-

tulliano, et Eusebio scriptores antiquiores siluerint, quorum tamen testimoniis Basnagius, et Caveus starent. Vide, quid Prolegomenorum Cap. 1. §. 4. dictum sit.

Clementi in Pontificatu successit Anacletus, sicut jam memoratum est, quique hunc gessit duobus annis, vel magis pro Clemente, in Chersonesum deportato, administravit: siquidem eodem anno, quo Clemens, a natali Christi centesimo, vita functus sit. Anacleto hoc eodem anno successit Evaristus, huic a. 109. Alexander I. Huic a. 117. Sixtus I. Huic a. 127. Telesphorus. Huic a. 138. Hyginus. Huic a. 142. Pius I. Huic a. 156. Anicetus. Huic a. 168. Soter. Huic a. 177. Eleutherus. Huic a. 192. Victor I. Evaristo tribuuntur Tituli, ut eos vocant, quos Romæ instituerit. Intelliguntur autem loca, quæ in Urbe designaverit, in quibus Fideles convenerint ad peragenda Religionis officia sub Presbyteris, qui iisdem in locis sacras functiones peragebant. Hi tituli etiam nunc supersunt Romæ, tributi illis Ecclesiis, quarum titulos gerunt Cardinales, quasque regunt. Alexander laudatur, velut tenacissimus disciplinæ arcani. Nempe mysteria Religionis non solebant omnia pandi coram ethnicis, ne hi divinitatem Religionis non credentes, atque omnia suis tantum sensibus metientes, ista fortasse etiam irrisioni haberent; quin ne catechumenis quidem, antequam baptizati essent. S. Basilius lib. de Spir. S. *Multa*, inquit, *sunt*, *quæ nondum initiatis fas intueri non est*. S. Chrysostomus quoque *Homil. de Juda proditore*, Catechumenis promisit, sed jam baptizatis, se ea expositurum, quæ adhuc ignoraverint. Eidem Alexandro tribuitur institutum benedicendae aquae, ejusque adspersionis.

A Sixto vulgo repeti solet institutum Literarum formatarum, ut moris fuit has vocare a forma, per sigillum iis impressa. Tam Clericis, quam aliis etiam facientibus iter, aut ab una ad aliam Ecclesiam transeuntibus hæ dabantur, velut testes communionis cum Ecclesia. Eadem etiam *Commendatitiae*, *Pacificae*, *Dimissoriae*, et *Communicatoriæ* consveverant appellari. At vero talium epistolarum usus jam cernitur apud S. Paulum 2. *Corinth* 3. *v.* 1. cujus hæc sunt verba: *Incipimus iterum nosmetipsos commendare? aut numquid egemus (sicut quidam) commendatitiis epistolis ad vos, aut ex vobis?* Fuit vero præterea aliud etiam genus literarum Formatarum, qualeque istud fuerit, hinc potest cognosci. S. Augustinus Epist. 43. de Cacciliano Episcopo Carthaginensi scripsit, hunc potuisse non curare conspirantem multitudinem inimicorum, cum se videret et Romanæ Ecclesiæ, in qua semper Apostolicæ Cathedræ viguit principatus, et ceteris terris, unde Evangelium ad ipsam Africam venit, per Communicatorias literas esse conjunctum. Bonifacius I. Papa in Epist. ad Episcopos Illyrios: *Clementissimae*, ait, *recordationis Princeps Theodosius Nectarii Ordinationem, propterea, quia in nostra notione non esset* (Sedem intellexit Apostolicam, et Damasum, qui eam tunc tenuit) *habere non existimans firmitatem, missis e latere suo aulicis cum Episcopis formatam huic a Sede Romana dirigi regulariter depoposcit, quæ ejus Sacerdotium roboraret.* Advertendum est ad verba: *Regulariter depoposcit.* Quia nempe Patriarchalium, et aliarum etiam primariarium Sedium Episcopi ejusmodi Formatas a Romano Pontifice, postquam electi fuissent, accipiebant, vi quarum et ipsi confirmarentur in suo munere, et electionem ipsi

quoque possent confirmare Episcoporum provinciarum, quibus præsidebant auctoritate Patriarchali. *Apostolici muneris*, sunt verba S. Leonis M. Epist. 10. ad Episcopos Provinciæ Viennes. *ita Dominus ad omnium Apostolorum officium pertinere voluit, ut in beatissimo Petro, Apostolorum omnium summo, principaliter collocaverit, ut ab ipso, quasi quodam capite dona sua, velut in corpus omne diffunderet.* Neque aliter Ecclesiæ unitas, quam Christus esse voluit, constitisset. Itaque *ut unitatem manifestaret* (Christus) *unitatis ejusdem originem ab uno incipientem sua auctoritate disposuit.* S. Cyprian. lib. de Unitat. Eccl.

Pio I. decretum tribuitur, quo sanciverit, ut Pascha juxta traditionem Apostolicam die Dominica celebraretur, quæ lunam decimam quartam subsequitur post æquinoctium vernum. Hoc edictum Pii I. videtur occasionem dedisse iis motibus, qui deinde facti sunt in Asia de tempore celebrandi Paschatis. Nam cum Pio mortuo successisset in Pontificatu Anicetus, hac de causa Romam venit S. Polycarpus Episcopus Smyrnensis, cum, et ipse, et omnes aliæ Ecclesiæ in Asia Pascha celebrassent ipsa die lunæ decimae quartæ, qua hoc Judæi celebrarunt, et celebrant etiam nunc. Venit autem ut de Paschate, quo celebrandum esset die, cum Aniceto tractaret. Pro die lunæ decimæ quartae stabat Polycarpus ex more, qui viguerit in Asia ab Joanne Apostolo, cujus ipse etiam discipulus erat. Huic vero mori Anicetus morem opposuit vigentem in Ecclesia Romana, quique venerit a Petro, et Paulo Apostolis. S. Irenæus in Epist. ad Victorem Papam apud Eusebium *lib. 4. cap.* 14. docet, quamvis in sen-

ten-

tentia non convenissent, tamen nullum inter eos factum esse discidium, quin communionis cum Polycarpo testificandæ causa, huic etiam Anicetum concessisse, ut in conventu Fidelium Romae sacris operaretur, et Eucharistiam conficeret. Hoc tempore, dum Polycarpus Romae fuisset, docet idem Eusebius *loc. cit.* multos, qui seducti erant a Marcione, et Valentino hæresiarchis ejusdem Polycarpi opera ad Ecclesiam revocatos esse, quorumque erroribus traditionem opposuerit, quam hauserit ab Joanne, aliisque Apostolis, cumque ei occurrisset in platea ipse Marcion, et ex eo quæsivisset, num eum nosceret, dixisse ei: *Nosco te primogenitum diaboli.*

§. 20.

Controversia de die, quo Pascha celebrandum sit. Quid Victor Papa in hac causa erga Asianos egerit. Romani Pontifices post Victorem usque ad initium Sec. 5.

Hæc vero quæstio de tempore, quo celebrandum Pascha esset, agitata inter Anicetum, et Polycarpum non multo post circa a. 196. efferbuit vehementius, Victore insurgente etiam in Asianos, quod Pascha celebrare pergerent luna decima quarta mensis, quo vernum contingit æquinoctium. Blastus quidam Presbyter Romae contendebat, etiam errare eos, qui non celebrarent Pascha luna decima quarta cum Judæis. Hoc movit Victorem, ut nec Asiaticos vellet sinere isto more observare Pascha. Unde vero recedere nollent Asiatici, obnitente inprimis Polycrate Episcopo Ephesino. Quamobrem *Victor Romanæ urbis* *Epi-*

Episcopus, ait Eusebius cit. loc. *omnes Asiæ vicinarumque provinciarum Ecclesias, tamquam contraria rectæ fidei sentientes a communione abscindere conatur, datisque literis universos, qui illic erant fratres proscribit, et ab unitate Ecclesiæ prorsus alienas esse pronunciat.* At vero Irenæum, Episcopum Lugdunensem, omnium Episcoporum Galliæ nomine scripsisse Victori, ne integras Dei Ecclesias, morem sibi a Majoribus traditum custodientes a communione abscinderet, quamvis et ipse Irenæus non isto, verum altero more, qui Romæ observabatur, Pascha celebraret. Itaque Irenæum egisse suo nomini convenienter: siquidem fuerit εἰρηνοποιός, id est, *Pacis effector*, et conciliator.

Dixerat prius Eusebius, a Victore datis literis universos in Asiæ, vicinarumque provinciarum Ecclesiis fratres proscriptos, et ab unitate Ecclesiæ prorsus alienos pronunciatos esse. Quonam modo igitur stat, Irenæum suis literis, ad Victorem datis, pacis conciliatorem fuisse, quod ab eodem scriptum est Eusebio? Inter alios quoque Scriptores de hoc non convenit. Socrates *lib.* 5. *cap.* 22. Nicephorus *lib.* 4. *cap.* 38. S. Epiphanius *Hær.* 7. Nicolaus I. Papa *in epist. ad Michael. Imp.* et Auctor Synodici libelli, habent, Asiaticos omnino a Victore excommunicatos esse: at vero S. Hieronymus *lib. de Scriptorib. Eccl.* Sozomenus *lib.* 7. *cap.* 19. et Photius *Cod.* 120. volunt, Asiaticis solummodo minas excommunicationis a Victore intentatas esse. Perinde Critici sic bifariam scinduntur, vel etiam in suspenso suam tenent sententiam, dubitantes, in quam partem potius eundum sit. Res hæc a me tractata est in Dissert. III. in Selecta Argum. Hist. Eccl. et quis

sit

sit sensus verborum Eusebii, explicui: qua facta explicatione illud etiam bivium in verbis Eusebii tollitur. Sunt verba hujus: *Victor Romanæ urbis Episcopus omnes Asiæ, vicinarumque provinciarum Ecclesias, tamquam contraria rectæ fidei sentientes, a communione abscindere conatur.* Hoc autem: *Abscindere conatur* est Græce, qua lingva Eusebius scripsit: ἀποτέμνειν πειρᾶται, *Abscindere tentat*, adgreditur: quod proinde non significat peractam, et perfectam abscissionem. Sequitur deinde: *Datisque literis universos, qui illic erant fratres, proscribit, et ab unitate Ecclesiæ prorsus alienos esse pronunciat.* Id, quod Græce sic est: καὶ στηλιτεύει γε διὰ γραμμάτων ἀκοινωνήτους ἄρδην πάντας τοὺς ἐκεῖσε ἀνακηρύττων ἀδελφούς: quod vero pressius juxta Græcum ita vertendum est: *Et statutum facit, quo illos arguit, pronuncians communionis prorsus expertes omnes illic fratres.* Nam Græcis Γράμμα non solum literam, verum etiam scriptum cujuscumque generis, et in usu forensi etiam statutum, ac decretum significat. Verbum autem στηλιτεύω significat talem exarationem, et scriptum, quo quis notatur, culpatur, reprehenditur.

Itaque nonnisi statutum intelligitur a Victore factum de Asianis excommunicandis. Dum igitur hoc Irenæo, aliisque Episcopis innotuisset, hique Victori scripsissent, atque dehortati eum fuissent ab illa in Asianos constituta sententia; is hanc non emisit, cedens, ne tot Ecclesiæ excommunicarentur, quæ usque ad illud tempus, quamvis Pascha alia ratione observassent, tamen a Pontificibus Romanis, qui antecesserunt, retenti in communione essent. Atque sic cohæret, quod Eusebius dixerat, Victorem conatum esse abscindere omnes Asiæ, et vicinarum provinciarum Ecclesias cum

eo;

ro; quod de Irenæo praedicavit, hunc pacem procurando suo nomini respondisse ex vero, subitaque pugna est, quam secus ipse Eusebius secum haberet. Sed et Sozomenus, ceterique scriptores, affirmantes, communionem non interruptam perstitisse inter Victorem, et Asiaticos Episcopos, sic nihil dissidii habent cum Eusebio. Reliqui dicentes, pacem, atque communionem fuisse abruptam, ut Socrates, Nicephorus, Auctor libri Synodici, recentiores Eusebio, sensum verborum Eusebii, ex quo sumpserunt, quod scripserunt, non servaverunt, nec rite expresserunt. n Dissertatione mea de hoc argumento, cujus um memini, rem hanc et plenius tractavi, et uasdam etiam alias quæstiones, cum hac connexas, discussi.

Post Victorem Romanæ Ecclesiae Episcopi fuerunt Zephirinus a. 201. evectus ad S. Petri Catheram. Huic a. 209. successit Calistus I. Huic a. 224. Urbanus I. Huic a. 231. Pontianus. Huic 236. Antherus. Cujus Pontificatus non duravit unum annum: decessitque martyrio coronatus, prout et alii fere omnes Romani Pontifices, usque ad Silvestrum I. Itaque eodem adhuc anno 236. huic successit Fabianus. Huic a. 250. Cornelius. Huic . 252. Lucius I. Huic a. 253. Stephanus I. Huic . 257. Sixtus II. Huic. a. 258. Dionysius. Huic a. 71. Felix I. Huic a. 276. Eutychianus. Huic a. 283. ajus. Huic a. 296. Marcellinus. Huic a. 304. Marcellus. Huic a. 309. Eusebius. Huic a. 311. Melkiades. Huic a. 314. Silvester I. Huic a. 336. Marcus, eodemque isto anno huic Julius I. Huic Liberius a. 352. Cui in Catalogis Romanorum Pontificum vulgo adjungi solet Felix II. quem Constantius Imp. intrusit ad Cathedram S. Petri, in

exilium misso Liberio. Legitimum non fuisse Po tificem suo deinde loco declarabitur. Liberio 366. successit Damasus. Huic a. 384. Siriciu Huic a. 398. Anastasius. Huic a. 402. Innocentii I. Res ab his gestae, et ad publicum Ecclesiae st tum pertinentes, quaeque suo loco memorabuntu

§. 21.

Nova persecutio excitata a Septimio Severo eaque quinta. Illustriores in hac Martyres De Potamiaena Virgine, de Perpetua, e Felicitate. Argutiæ Basnagii.

Hæc tranquillitas Ecclesiæ duravit usque a imperium Septimii Severi, et neque iste initio aver sus a Christianis fuit, de quo scribit Tertullianu *lib. ad Scapulam. cap.* 4. quod quamvis sciret, vi ros clarissimos, et pari nobilitate feminas es Christianas; tamen non tantum nihil incommod his fecerit, sed hos etiam collaudaverit, et fu renti in Christianos plebi aperte obstiterit. Ann autem imperii sui decimo, qui annus fuit ducen tesimus, et secundus edictum fecit adversum eo qui Judæi fierent, vel Christiani. Judæa fuit va stata ab Romanis sub Vespasiano Imp. a. C. 70 et Jerosolyma, ejusque templum eversum. Pres ab Romanis, Judæi rebellarunt ea fiducia, quo advertissent, jam tempus adesse, adventus Mes siæ, quo Rege sibi pollicerentur non tantum libe rationem ex Romanorum jugo, sed etiam imperi um universi terrarum orbis. Poenas vero Deu ab Judæis desumpsit per Romanos infidelitatis illiusque immanissimi sceleris, quod perpetrarun occidendo Christum. Quamvis eorum undecie

cen-

centena millia periissent in obsidione, et expugnatione Jerosolymæ, alia vero millia nonaginta et septem sub hasta essent vendita; tamen sub Trajano iterum, ac tertium sub Hadriano Imperatore adversus eosdem Romanos rebellaverunt: et quamvis semper victi, imminutique vehementer essent; tamen ad hoc tempus ita succreverunt, ut Sept. Severo cura injecta sit, ne quid rursus attentarent adversus Romanos. Hoc itaque eum movit ad illud faciendum edictum: cum Judæis autem conjunxit Christianos: siquidem ex Judæis processerit Christiana Religio, istosque suspectos proinde haberet, ne se etiam cum Judæis, si hi quidpiam molirentur, consociarent; qui jam tantopere etiam multiplicati essent, quemadmodum superiore §pho demonstratum est.

Vi igitur hujus edicti in eos tantum animadvertendum fuisset, qui jam post hoc edictum fierent Christiani. At non sic observabatur, sævitumque est promiscue in Christianos omnes, etiam veteranos non dubium eorum malevolentia, qui edicti hujus executores erant. Ardentissimum hujus persecutionis incendium vocat Eusebius *lib.* 6. *H. E. cap.* 2. talisque ejus acerbitas fuit, ut testimonio ejusdem Eusebii ejusdem libri cap. 7. Judas scriptor Ecclesiasticus, qui de Danielis Septv. hebdomadis Commentarium scripsit, jam tempus, et adventum Antichristi instare existimaverit. Idem Eusebius docet, per omnes ubique locorum Ecclesias illustria tum facta esse martyria, fuisseque innumerabiles, qui affecti martyrio sint: attamen Alexandriam præbuisse præcipuum Christi pugilibus theatrum, quo ex universa Aegypto, Thebaide, aliisque provinciis Christiani sint perducti ut, postquam eorum tentata tormentis esset con-

stantia, sique vinci non potuissent, interficerentur.

Ex his Alexandrinis Martyribus præ ceteris memorabilis est Potamiaena Virgo apud eumdem Eusebium. Innumera docet, pro servanda virginitate hanc subiisse certamina, et postquam excruciata fuit, exquisitissimis tormentis extremum pice fervente perfusam esse, a pedibus incipiendo, et lente usque ad caput procedendo, donec efflasset animam. Huic, dum ad supplicii locum duceretur, et insultatum obscoenis, contumeliosisque vocibus esset a plebe, Basilidesque unus militum, qui eam ducebant, coercuisset hanc turpem petulantiam, Virginem, huic dixisse, bono ut esset animo. *Se namque post obitum salutem ipsius a Domino impetraturam, et collata in se beneficia brevi remuneraturam esse.* Tertia die Potamiaenam Basilidi apparuisse, ejusque capiti coronam imposuisse, et dixisse: *Se ejus causa Dominum orasse, atque id, quod petierat, impetrasse, nec diu postea ipsum ad Superos migraturum:* Basilidem autem Christianum factum esse, neque multo post securi percussum ad Superos evolasse.

Perpetua quoque, et Felicitas cum adolescentibus, Saturo, Saturnino, et Secundulo illustres, sunt ex hac persecutione Africani Martyres. Tuburbii in Mauritania ponuntur passi in quibusdam Martyrologiis: sed ex Actis eorum martyrii, quæ ex Cassinensi Codice primum edidit Lucas Holstenius, deinde Valesius, et Ruinartius, certius est, martyrium eorum contigisse Carthagine. De Actorum horum sinceritate nullum Criticis est dubium: siquidem quod in his refertur de

de Perpetua, idem etiam exstet apud Tertullianum *lib. de Anima*, et apud S Augustinum *lib. de Anima, ejusque Origine*. Hæ Christum confessæ, similiterque hi adolescentes damnati ad bestias sunt. Perpetuam pater, erat enim Gentilis, ut induceret ad renunciandum Christianæ Religioni, intentatum nihil reliquit: egit precibus, lacrymis, lamentis, in genua se ante filiam provolvit, canos suos ei ostendit, et filiolum, quem lactentem habebat, obsecrabat, ut suæ senectutis, et prolis eam misericordia moveret. Illa edocta nec parentem, nec filium nec quidquam aliud Christo in amore anteferre, mansit immobilis, illud unum questa, quod cum omnes sui, tota quippe ejus domus præter patrem erat Christiana, ex ejus martyrio sensuri essent gaudium, solus pater esset, qui habiturus sit luctum. Felicitas uterum gerebat: idcirco angebatur, ne ejus supplicium differretur, sociisque ad Christum per martyrium proficiscentibus, ei morandum in mundo esset. Dat igitur et ipsa se, et cum ea ceteri Martyres ad precandum Deum. Octavus quamvis tantum mensis esset, quod uterum gereret, tamen parturiit, filiamque enixa est, quam alia Christiana assumpsit, filiamque sibi adoptavit. Ad circum dum inducerentur, Hilarianum, a quo erant damnati, Martyres admonuerunt judicii divini, et ultionis. Multitudine, quæ ad spectaculum aderat, tamquam ob insolentiam, priusquam bestiis objicerentur, flagris concisi sunt pro qua vero quasi gratia sibi facta hi gratias egerunt. Perpetua a fera vacca, alii ab aliis belluis jactati, et lacerati, et spirantes relicti per gladiatores confecti sunt.

In his Actis plures referuntur visiones Perpetuæ, factæ divinitus, dum jam in carcere teneretur. Inter ceteras, quæ spectabant ad confirmandos Martyres in constantia, fuit etiam hæc. Habuit Perpetua fratrem Dinocratem, jamque mortuum septimo ætatis suæ anno. Dum autem pro se, et aliis Deum precaretur, etiam Dinocratis fraterculi sui memoria ei incidit. Igitur pro hoc etiam Deum orat. Subsequente nocte videt illum prodeuntem ex obscuro loco, æstu, atque siti cruciatum, sordido vultu, colore pallido cum vulnere in facie, ex quo obierat, aquamque appetentem ex piscina, cujus vero margo altior esset, quam ut aquam posset attingere. Iterum igitur pro eo orat; tumque per visionem sibi denuo factam conspicit eumdem puerulum in eodem quidem loco, sed jam claro, atque lucido, bene se habentem, ludibundum, et ex piscina tantum, quantum vellet, bibentem. In his Actis Martyrum hoc refertur, velut ab ipsa Perpetua descriptum in carcere, et datum in liter...

Hinc, cum ætate S. Augustini fuissent, qui conarentur probare esse liberationem ex inferno, quo haberent hunc puerum, tamquam non baptizatum esse missum, S. Augustinus libro citato respondit, hanc, que haberet hunc puerum esse liberatum precibus Perpetuæ, non esse Scripturam Canonicam, neque dici vel in Actis his, vel alibi uspiam, hunc, obiisse non baptizatum, cumque jam septennis esset, quando mortuus est, jam potuisse mentiri, ut moriens secum aliquid ferret, poena dignum, quodque expiare debuerit etiam post mortem. Hi puerulum nondum fuisse baptizatum, dum mortuus esset, inde per seipsos tantum adstruxerunt, quod in his Actis

sit,

sit, ipsam etiam, Perpetuam, jam annos viginti et duos natam, tantum imminente martyrio baptizatam esse. Nondum vero hinc sequitur, Dinocratem ejus fratrem sine baptismo mortuum esse, sed potius contrarium, ut quoniam etiam Perpetua baptismum susceperit, etiam si ad id tempus catechumena mansisset, dum urgeret mors, quamvis inferenda per martyrium; ita neque cognati siverint puerum mori absque baptismo, dum mortis periculum vidissent ei instare, quando tota domus, et familia, excepto solo patre, Christiana erat.

Dum hinc nimis clare intelligitur, præter ea supplicia, quæ impiorum æterna sunt, esse etiam ad tempus duraturas post hanc vitam, quasque nos Catholici Purgatorii poenas appellamus, Protestantes alii vel veritatem istius narrationis negant, etiam non habentes negandi fundamentum, vel volentes videri, ratione facere, quod faciunt, non ex præjudicio; alio modo hinc, quod sequitur de Purgatorii poenis conantur eludere. Sic Basnagius in Annalib. ad a. 203. *Purgatorius*, inquit, *ignis extinguitur: non enim in flammis, sed in loco tenebroso versantem Dinocratem vidit Perpetua, soli poenæ, quæ damni est, non sensus subditum.* Ergo tamen, ipso etiam Basnagio concedente, Dinocrates, poenam toleravit. Si vero poena hæc fuit, igitur et Purgatorium fuit, hoc est, poenæ solæ ad tempus durantes ad expiandum, quasque ideo poenas expiatorias S. Augustinus *lib* 21. *de Civ. Dei cap.* 13. vocat: quando illud, propter quod poenas dant, qui mittuntur ad infernum, est inexpiabile. Quod si autem ita est, inter Basnagium, et nos Catholicos non alia remanet quæstio, quam de qualitate poenæ.

Ni-

Nihil autem etiam definite de poena, qualis Purgatorii sit, proponit ad credendum Catholica Ecclesia. Hæc in Concilio Florentino in Decreto Fidei poenas vocat purgatorias, de igne, num iste sit in Purgatorio, nihil dicit. Tantoque minus de fide Catholica est, ignis poenam esse in Purgatorio, quando nec de fide quidem est, an iste ignis materialis intelligendus sit, quem damnati ad infernum perferent sempiternum. Et in hac visione Perpetuæ, puerum Dinocratem, æstu, et siti fuisse cruciatum. Hic per æstum, atque sitim cruciatus fuitne solum poena damni, non sensus, sicut Basnagius posuit, affectus? Extinxitne igitur purgatorium ignem Basnagius, hoc est, purgatoriasne poenas sustulit?

Idem Basnagius Perpetuam, et Felicitatem, harumque socios Martyres contendit fuisse Montanistas hæreticos: siquidem, ut is vult, Montanista etiam fuerit, qui horum Martyrum Acta scripsit. Hoc autem inde asserit, quod Scriptor horum Actorum visiones, his Martyribus factas, ita laudet, ut eas visionibus, et prophetiis, anteponat, quæ factæ temporibus anterioribus sunt. Hoc enim fuisse Montani, qui se in hoc genere Prophetis omnibus, et Apostolis majorem habuerit. Qua ratione non tantum his Martyribus nota hæreseos inuritur; sed etiam Ecclesiæ Catholicæ contumelia fit, quæ hos non tantum in Martyrologio habet, sed Perpetuae, et Felicitatis diem anniversarium etiam agit festum die septima Martii, et insuper earum nomina inserta Canoni Missæ habet, quasi quæ Ecclesia inter Sanctos, quos colit, habeat etiam hæreticos. At vero, nusquam in his Actis est, quod Basnagius attulit, visiones horum Martyrum prædicari velut excellentiores iis

vi-

visionibus, et prophetiis, quæ fuerunt Apostolorum, et Prophetarum, sed tantum hoc est, quod dicitur, idque ad fidem conciliandam his Martyrum visionibus, non fuisse visiones tantum ad antiqua tempora restrictas, quæque jam ætate horum Martyrum contingere non potuerint, quandoquidem Deus per Prophetam, Joel is est, dixerit, in novissimis diebus se se Spiritum suum effusurum super omnem carnem, et prophetaturos, et visiones visuros.

Sed etiamsi daremus, Scriptorem horum Actorum fuisse Montanistam, et visiones hôrum Martyrum ita laudasse, ut eas anteponat, et præstantiores dicat visionibus Apostolorum, et Prophetarum, hoc est, qui hos Martyres propter visiones divinitus iis factas, suæ sectæ vindicare voluerit, num jam propterea reipsa etiam erant Montanistæ? Cum ab Ecclesia falsæ Montanistarum prophetiæ fuissent reprobatæ, et damnatae; hi traducebant Catholicos veluti contemptores prophetiarum Spiritus sancti. Perpetua in carcere visiones suas descripsit, sicque innotuerunt. Visiones sibi, et suæ Sectæ Montanistæ vindicarunt. Hinc igitur Scriptor Actorum, si Montanista fuit, quod tamen nec idonee probatum est a Basinagio, nec probari potest, ansam sumpsisset, hos Martyres suæ sectæ vindicandi: unde tamen verum nondum esset, reipsa fuisse Montanistas. In libro Tertulliani de Corona militis est, ad donativum, quod Imperatores Septim. Serverus, et Caracalla ejus filius, dederant, accipiendum milites processisse laureatos, inter quos fuerint et Christiani. Unus horum renuit hanc suo capiti imponere, Christianumque se professus, maluit mortem obire: quod reliqui, quamvis etiam Christiani,

non

non fecerunt, nullam sibi ex laureæ gestatione religionem facientes. Illum autem militem, qui maluit mortem perferre, quam lauream gestare, idem Tertullianus suæ etiam Montanistarum sectæ adnumeravit, solumque Christianum esse prædicavit. *Solus scilicet fortis*, sunt illius verba, *inter tot fratres commilitones solus Christianus. Plane superest, ut etiam martyria recusare meditentur, qui prophetias ejusdem Spiritus sancti respuerunt.* Ergone, quia hunc militem Tertullianus Montanistam esse voluit ideo tantum, quod non vitasset periculum mortis, jam Montanista reapse fuit? His Martyribus per has visiones ostensum, etiam est, superiores futuros tormentis, et ita evasuros ad caelum. Haereticisne talis visio contingere potuit? Qui *ardeant licet flammis, et ignibus traditi, vel objecti bestiis animas suas ponant non erit illa fidei corona, sed poena perfidiæ*, ut S. Cyprianus ait lib. de Unitat. Eccl. Neque igitur hi Martyres ex Montanistis esse potuerunt, neque hos dum Ecclesia Catholica veneratur, in his Montanistas pro Sanctis colit. Basnagius dum illud, quod de Potamiæna narratum est, etiam in suis Annalibus retulisset ex Eusebio, quemadmodum hæc Basilidi promiserit, se pro eo post suam mortem rogaturam Deum, quodque præstiterit, cuique etiam donum fidei obtinuerit a Deo, ad tam clarum, et manifestum exemplum, Sanctos in caelo pro nobis Deum precari, eorumque preces prodesse nobis, quem supra vidimus §ph. 15. in Polycarpo contra hoc argutatum esse; hic in Potamiæna ne verbulum quidem dicit adversum hoc. Cum non haberet, quidquam, quo factum hoc posset negare, aut alia ratione argumentum quod hinc flueret, infirmare, maluit rem intactam relinquere.

Per-

Persecutio hæc a Septimio Severo excitata duravit usque ad a. 212. Hoc tempore Antoninus Caracalla, Severi filius, cum patri in imperio successisset, Getamque fratrem sibi ab eo collegam datum ferre noluisset, eumque manu sua in gremio matris quo confugit, trucidavisset, ut totus orbis terrarum ejus hoc facto, quo fratrem sufferendo sibi soli asseruit imperium gauderet, edictum fecit, vi cujus omnibus exulibus reditus, reisque cujuscumque criminis impunitas. atque libertas data est, ut est scriptum a Dione lib. 77. Hac ratione persecutio etiam quievit excitata a Septimio Severo.

§. 22.

Sexta a Maximino, et Septima a Decio Imp. facta persecutio. De Philippo Imp. fuerit ne Christianus.

Hæc quies Christianis concessa duravit usque ad a. 236. Maximinus evectus ad Imperatoriam dignitatem hanc abrupit. Fuit origine Gothus in Thracia natus, milesque primum gregarius e pastorum tugurio ad militiam assumptus ob corporis proceritatem in altitudinem octo pedum, viriumque eam magnitudinem, ut onustum plaustrum ipse solus traheret. Hic cum per omnes gradus ordinum adscendisset, interfecto Alexandro Severo Imperátore a militibus, cujus disciplinam ferre noluerunt, ab exercitu acclamatus Imperator est. Nec militibus res bené cessit. Fuit enim ingenio fero, et truci, quique, cum Imperator factus esset, sibi persvaserit, ut testatur Capitolinus, non alia ratione, quam crudelitate posse Imperi-

um

um bene administrari. Talisque ejus feritas, et sævities exstitit, ut alii Cyclopem, alii Busiridem, alii Scyronem, nonnulli Phalarim, multi Typho- nem, vel Gygen vocitarent. Cum talis in omne alios esset, tum in Christianos putabat se eo se- veriorem debere esse. Hanc iram concepit, cum ut scriptum est apud Eusebium *lib.* 6. *H. E. ca* 28. comperisset, in Alexandri aula, qui eum præ- cessit in imperio, plerosque esse Christianos. I solos tamen Ecclesiarum Antistites supplicium con- stituit, putans his sublatis et alios defecturos. quibusdam vero provinciis inde acrior, et acer- bior hæc facta persecutio est, quod ejus terr motus, qui in illis provinciis tunc accidit, cau- sam in Christianos contulerint, propter quos cr derent sibi iratos esse deos: id, quod Origen *Homil.* 28. *in Matth.* docet. In tertium usq annum duravit hæc persecutio, desiitque cum teritu Maximini, quem facta defectione exerci um milites obtruncaverunt.

Septimæ persecutionis auctor fuit Decius I Hic a. 249. Philippo successit in Imperio, qui t indulgens fuit, tamque mansvetus in Christian ut a multis creditum sit fuisse Christianum, no natim ab Eusebio *lib.* 6. *H. E. cap.* 34. a S. H ronymo *lib. de Viris Illustr.* ab Origene, a Chrysostomo *Orat. de S. Babyla*, Orosio, Vi centio Lirin. Cassiodoro: quin in Martyrolo pluribus, in ipsoque Romano ad diem 14. M habetur de Pontio Mart. hujus opera duos Phili pos Caesares (pater, et ejus filius, æque Phili pus, intelligitur) esse conversos ad fidem. Ea dem sententiam ipse etiam asserueram post Baro nium, Natalem Alexandrum, pluresque alios i prioribus meis Institutionibus. Nunc re denu per-

rpensa alia mihi stat sententia. Hoc enim a tustioribus, et ab ipso Eusebio tantum sumim est ex fama, nullo igitur certo auctore, jus verba sunt citato loco: *Hunc utpote Chrianum, fama est in postrema Paschæ vigilia ecationum in Ecclesia participem simul cum reuo populo fieri voluisse,* a Babyla autem Episco- Antiocheno prohibitum ingressu, nec admissum ius, quam poenitentiam suorum criminum endisset. Namque idem ipse Eusebius *lib.* 4. *de ta Constantini cap.* 62. sic Constantinum celeit, ut hunc solum usque ad illud tempus ex omnii Imperatoribus dicat fuisse, qui factus Chrimus, et baptismo renatus sit. Etiam Lactans *lib.* 1. *Institut. cap.* 1. Constantinum, cui rum dedicavit, Romanorum Principum prim esse dixit, qui repudiatis erroribus Dei matatem agnoverit, et honoraverit. Hæc laus nstantino tribuitur etiam a Sulpitio Severo in storia, et a S. Ambrosio Orat. funebri de Theoio, ut alia prætéream, quæ plura adhuc protri possent argumenta.

Decius itaque, sublato, et interfecto utros Philippo, factus Imperator acclamatione exers, cum ut scriptum est a S. Gregorio Nyss. in t S. Gregorii Thaumat. non tantum alieno ania Christianis, sed etiam iratus his esset, vis ubique locorum habere hos exstructas Eccle-, et Oratoria, eique doluisset, in contemptum ise cultum deorum: statim ut capessivit imm, ferale adversus Christianos edictum prot. Generalem hanc persecutionem anteceersecutio Alexandriæ facta in Aegypto per dam Vatem, qui concitaverat plebem adn Christianos. Primum in quemdam nomi-

ne

ne Metram jam grandævum, quem ore, et ocu-
lis prius arundine compunctis lapidaverunt. Post
hunc Quintam flagris concisam et fune ad pedes
alligato raptarunt, donec anima eum deseruisset.
Serapionem membris omnibus confractis, aliisque
tormentis excruciatum e parte superiore domus
suæ præcipitem dederunt. Apolloniæ dentes omnes
excusserunt, quod ad renunciandum Christo adi-
gi non potuisset, cumque ducta esset ad rogum,
ut combureretur, ipsa in hunc animose insiliit.
Rem refert Eusebius *lib.* 6. *H. E. cap.* 41.

In Decii edicto in ipsos etiam Magistratus,
et provinciarum Præsides gravissimæ factæ com-
minationes sunt, si rem sibi demandatam in Chri-
stianos egissent segnius, et remissius. Illud erat
Decio fixum, et constitutum, vel Christianos re-
ducere ad deorum cultum, vel si hoc non succe-
deret, omnes e medio tollere. Dum igitur Magi-
stratus tale accepissent mandatum, *Non alia*
tunc, sunt verba S. Gregorii Nyss. in Vita
Gregorii Thaumat. *publicum, aut privatum quic-
quam agebatur: aut ullum ponebatur studium
his, qui tractabant publica, quam ut obsiderent
et punirent eos, qui fidem sequebantur. Erant
autem non solum minæ verborum terribiles,
cum iis varius apparatus suppliciorum nullum
afferebat stuporem, et antequam veniretur ad pe-
riculum, metum hominibus incutiebant enses,
ignis, et bestiæ, et fossæ, et instrumenta ad tor-
quendum membra accommodata, et ferreæ in igne
cathedræ, et ligna erecta, in quibus eorum ex-
tensa, qui persistebant, corpora porrectis hor-
rendis laniabantur ungulis, et alia innumerabilia
ad multiplices corporum cruciatus inventa ab iis
excogitabantur: unumque erat studium iis, qui
hanc*

nc habebant potestatem, ut nullus eo posset tendi scelere superior. Alii quidem deferebant ii vero indicabant, alii vero scrutabantur eos, i erant absconsi, alii invadebant eos, qui fu-ebant, alii autem injectis oculis in facultates fi-lium, ut rebus eorum potirentur, prætextu pie-tis, et religionis eos, qui fidem amplecteban-r, exagitabant. Voto tunc Christianis erat, S. Hieronymus in Vita S. Pauli Erem. *pro Chri- nomine gladio percuti. Verum hostis cal-lus tarda ad mortem supplicia conquirens, ani-s cupiebat jugulare, non corpora, et ut ipse, i ab eo passus est, Cyprianus ait: Volentibus ri, non permittebatur occidi.* Cujus crudelitatis inde duo exempla affert idem Hieronymus: pri-um cujusdam juvenis, quem unguibus ferreis in uleo laniatum candentibusque laminis ustum, m infractus mansisset, melle unctum ligatis post rgum manibus resupinum in sole ardentissimo stituerunt; ut muscarum aculeis cederet, qui itas sartagines superasset; alterum æque juve-is, quem similiter excruciatum in horti loco issimo super exstructum plumis lectum pa-ter supinum, mollibusque vinculis adstrictum locarunt, ad eumque feminam immiserunt, qui m omnibus blandimentis per voluptatem supe-ret. Qui vero cum nihil haberet aliud, quo pudicæ resisteret feminae, lingvam dentibus i præciderit, hancque in ejus faciem exspuerit. xandriæ istud nobile etiam accidit spectaculum, od refert Eusebius *lib.* 6. *H. E. cap.* 41. Am-n, et quatuor milites alii Religione Christiani ant ad prætorium, non agniti, qui essent. cum duxissent Christianum, isque metu tor-torum titubare coepisset; isti, qui ad præto-stabant, stridere dentibus, nutibus illum hor-

hortari, manibus quoque, et totius corporis motu suam curam, atque sollicitudinem, ne forte succumberet, prodere. Convertunt omnium in se oculos. Vident observatum esse, quod Christiani essent. Igitur non expectantes, ut citentur, ultro, et festinanter pergunt ad tribunal, seque Christianos profitentur erecta, et imperterrita voce. Repentino hocce facto, istaque tali animositate terror cepit Judices, ipsumque Praesidem, ita, ut impunes sinerent abire. Milites vero hi Confessionis suæ successu laeti, ac ovantes ex prætorio discesserunt.

§. 23.

Sedatur persecutio, et nonnihil conquiescit Decii interitu. Scinditur vero Ecclesia schismate Novatiani, et Novati.

In persecutione Decii a. 250. sublatus fuit etiam, et interfectus Fabianus Romanus Episcopus, annumque, et ultra vacavit Sedes Romana, cum furor Decii præcipue in Præsides Ecclesiarum, et in Clerum desæviisset, atque idem etiam fecisset, ne alter in ejus locum Episcopus eligi posset. *Multo patientius*, quemadmodum ait S. Cyprianus Epist. 52. *et tolerabilius auditurus levari adversum se aemulum Principem, quam constitui Romæ Dei Sacerdotem.* Decius in bello contra Gothos in Pannonia interiit. Trebonianus Gallus in ejus locum factus Imperator est. Decii morte etiam remisit persecutio aliquamdiu. Nam per hunc eumdem Gallum, brevi post renovata est, quemadmodum adhuc dicetur. Pacatioribus igitur Ecclesiæ rebus in locum Fabiani electus est Cornelius Romanus Episcopus a. 250.

Fuit

Fuit Romæ eo tempore Novatianus Presbyter. ic adjutore usus Novato Presbytero Carthaginen-, cum falsis criminibus infamasset Cornelium, cendo libellaticum, quid criminis hoc sit, de-de adhuc declarabitur, et communicasse cum ophimo Episcopo, aliisque in defectionem la-is a fide, sibi vero sanctimoniæ speciem compa-set per eam severitatem, qua negabat lapsos persecutione, quod multis accidit in Deciana secutione, quantumvis poenitentes, esse re-iendos ad Ecclesiam, fecit, ut per Episcopos s ex ultimis Italiæ angulis accitos, a seque de-tos, et ad temulentiam etiam inductos, con-rationem obtineret Episcopalem; qua accepta manum se ferebat Episcopum. Primus hic fuit tipapa. Multos in suas partes pertraxit, etiam osdam Confessores, et Martyres, priore nomi-intelliguntur, qui in persecutione Christum ce erant confessi, altero ii qui etiam istius con-sionis causa tormenta erant perpessi. Quos au-a nactus est asseclas, per Corpus, et sangvinem risti adegit ad jurandum, se se eum non deser-ros, nec ad Cornelium transituros, missisque istolis in omnes orbis partes Episcopos omnes licitabat ad communionem secum servandam. e causa etiam Cornelio fuit, ut literas mitte-ad Episcopos primarum Sédium, ne per No-ianum deciperentur. Ex his una exstat epistola d Eusebium *lib.* 6. *H. E.* *cap.* 43. ad Fabium a Episcopum Antiochenum. In hac Novatia-, quis esset, describitur. Esse illum ordina-Presbyterum, quamvis tantum in lecto ob tis periculum fuisset baptizatus, nec ubi con-isset, ab Episcopo consignatum (Confirmatio-Sacramentum, ejusque susceptio significatur) resbyteratu autem sic se gessisse, ut in per-

secutione ob metum Sacramentum reconciliatio nis, id est, Poenitentiae noluerit quantumvi enixe istud ab eo flagitantibus administrare, Dia conisque ad hoc eum hortantibus responderit, ultra nolle esse Presbyterum.

Has literas Cornelius miserat ex Concilio quod Romæ celebraverat Episcoporum sexagint cum intellexisset ex Cypriano Carthaginensi Epi scopo, quemadmodum et ipsum Novatianus te tasset in suas trahere partes. In hoc Concilio d mnatus est Novatianus cum sibi adhærentibus, tamen, ut qui errorem suum agnoscerent, poen tentiæ remediis curarentur, et confoverentu Unus illorum Episcoporum, qui Novatianum co secraverant, cum crimen suum cum multis lacr mis confessus esset, atque universa fidelis po multitudo pro eo supplicasset, receptus quid ad Communionem est, sed solummodo laica tamque in hujus, quam reliquorum Episcopor locum, qui consecrationem Novatiani peregeru Cornelius Episcopos alios consecravit, et mi Post hoc Concilium Confessores quoque Nova num deseruerunt, qui ei adhæserant. Un his Hippolytus nomine, cum deinde ad mar um duceretur, raptandus ab equis, interro tus a quibusdam, qui se Novatiano etiam adj xerant, meliorne Cornelii, vel Novatiani ca esset, respondit: *Fugite infelicem Novatian et ad Ecclesiam Catholicam redite. Clariu mihi jam veritas objicit. Poenitet me docuis quæ docui.* Apud Ruinart. in Act. Sinc. Mart

Non modica perturbatio facta est, dum E scopi sollicitati per Novatianum, infamato Co nelio, ambigerent, uter eorum habendus es

legi-

egitime electus Romanus Episcopus, adeo, ut Episcopi in Africa, ipso etiam Cypriano svadenè, (Epist. 45.) suspensos se tenerent, nec alterutri eorum scriberent, sed suas literas dirigerent ad Presbyteros, et Diaconos Romanæ Ecclesiæ, atque Episcopos Caldonium, et Fortunatum Romam miserint, ut rem indagarent, et comperum ad se perferrent: quos et idem Cyprianus monuit, *ut Ecclesiæ Catholicæ radicem, et matricem agnoscerent, et tenerent.* Illud videlicet Episcopos omnes sollicitos tenebat, ne Episcopum um desererent, in quo unitatis originem, ab o incipientem, ut idem Cyprianus ait *lib. de Unitat. Eccl.* Christus disposuit. Postquam autem notitiam Episcoporum pervenit, qua consenne omnium electus esset Cornelius, et quibus tibus Episcopatum quæsierit Novatianus; idem yprianus *Epist.* 68. perhibet, hunc abstentum e ab omnibus Dei Sacerdotibus. Neque tamen o ad sanitatem rediit, nec ejus factio exstin est. Ad schisma, quod fecit, hæc insuper falsa dogmata accesserunt, vel per eumdem Novatianum, vel deinceps per ejus sectatores. Negabant lapsis in peccatum, peccati remissionem, rimo tantum solius idololatriæ, postea vero, quemadmodum S. Epiphanius *Hær.* 59. docet, mis cujuscumque post Baptismum commissi peccati, quem ipsum etiam Baptismum suæ sectæ atum assererent, qui etiam idcirco omnes ad transeuntes, etiam ex Catholicis, denuo baptiabant. Etiam Confirmationis Sacramentum abserunt penitus teste Theodoreto *lib.* 3. *Hæret. fabul.* inde procul dubio, quod neque Novatias hoc perceperit. Attamen teste S. Ambrosio 1. *de Poenitentia cap.* 3. gravioribus tantum minibus veniam denegarunt, levioribus tribue-

runt, cum tamen, ut idem Ambrosius perhib ejusdem libri cap. 2. more Stoicorum, omnia pe cata posuissent esse æqualia. Iidem secundas nu ptias damnarunt: cumque assererent in Eccles esse solos Justos, et nullo peccato inquinatos, ve ste induebantur candida, ut sic quasi testarentu etiam per externum habitum suam interiorem pu ritatem, quam de se venditabant: eadem de ca sa se etiam Catharos, id est, puros vocitaba *Socrat. lib.* 6. *cap.* 20.

Novatus Presbyter Carthaginensis, fuit, S. Cyprianus *Epist.* 49. *ad Cornelium Pap.* eu depingit, rerum novarum semper cupidus, av ritiæ inexplebilis, rapacitate furibundus, qui pu pillos spoliaverit, fraudaverit viduas, pecuni Ecclesiæ sacrilege suffuratus sit, qui suum patr ita egentem destituerit, ut fame in platea obie neque ejus sepulturæ curam aliquam habue uxorem quoque gravidam sic calce ferierit, abortum faceret. Factum est et Carthagine, in persecutione multi metu tormentorum fid abnegaverint. Horum absolutionem, quam q rebant, Cyprianus statuit differendam, do reddita Ecclesiæ pace in Concilio Episcopor statutum factum esset de modo cum his la agendi, nisi morbus, unde periculum morie esset, intervenisset. Hanc Novatus occasion captavit insurgendi adversus Cyprianum Epis pum suum, eumque præoccupandi, qui de eo j judicium instituisset, nisi persecutio Ecclesiæ perveniens impedimento fuisset: et non curato quod erat statutum de absolutionis dilatione Cypriano quoad lapsos in persecutione per fid in Christum abnegationem factionem cum al quinque Presbyteris fecit, conventus ad ea, qu

sunt.

nt Religionis, peragenda instituit seorsim in nopiam monte, lapsosque contra Episcopi proibitionem ad communionem recepit, Felicissio etiam constituto Diacono; cujus ea fuit opera a adjuvando hoc schismate, ut hoc etiam ab ejus omine schisma Felicissimi, vel alio nomine Monensium, eo quod sua conventicula in monte soli sint habere, appellatum sit. Iidem hi etiam Fortunatum Episcopum sibi compararunt, quem is ordinavit Privatus Lambesitanus Episcopus, quem S. Cyprianus *Epist.* 55. *ad Cornelium Pap.* ocat veterem hæreticum, et ob multa, graviaque crimina in Concilio nonaginta Episcoporum mnatum esse testabatur.

Idem Novatus Romam profectus est, Novanum cum aliquot Presbyteris sibi devinxit, idem Novatiano in conflando schismate adversus Cornelium operam suam navans, de quo S. Cyprianus Epist. 49. ad Cornelium Papam: *Ipse est Novatus) qui Felicissimum, satellitem suum, Diaconum, nec permittente me, nec sciente, sua factione, et ambitione constituit, et cum sua tempestate Romam quoque ad evertendam Ecclesiam navigans --- illic majora, et graviora commisit, qui istic adversus Ecclesiam Diaconum fecerat, hic Episcopum fecit.* Hinc, quod dictum sit a S. Cypriano, Hunc esse Novatum, qui Felicissimum constituerit Diaconum, Baronius in Annalib. ad a. 254. existimavit, hunc eumdem Novatum fuisse Episcopum: siquidem ordinare Diaconum non sit Presbyteri sed Episcopi. Carpit idcirco Basnagius in Annalibus suis more suo Baronium. Nam Novatum tantum fuisse Presbyterum, que verum esse, apparet ex eadem Epistola 49. Cypriani. In qua docet, instante cognitionis

die

die, et judicii, quod ei impendebat, scivisse Novatum ob conscientiam criminum se non tantum e Presbyterio excitandum (hoc est, foras ciendum, emittendum, expellendum) sed et communicatione prohibendum. Hunc autem Baronio errorem evellit Basnagius hinc, quia Cyprianus dixerit Felicissimum a Novato constitutum esse diaconum faciendo conclusionem Presbyteros habere potestatem ordinandi Diaconum. At hoc pacto evellit quidem Baronio errorem, in majorem vero ipse delatus est. Tam Baronii autem, quam Basnagii lapsus contigit, quod constituere Diaconum quodque de Novato S. Cyprianus dixit, sumpserint, et intellexerint de ea muneris et Ordinis Diaconi collatione, quam Novatus perfecerit per seipsum, suarumque manuum impositionem. Quo vero sensu hoc constituere Diaconum non sumpserit S. Cyprianus clarissime ex illis ipsius verbis: *Qui istic adversus Ecclesiam Diaconum fecerat, illic Episcopum fecit*, videlicet Novatianum Romæ. At vero non fecit Romæ Novatianum Episcopum, hunc ordinando per seipsum: siquidem in epistola Cornelii Papæ ad Fabium Antiochenum Episcopum manifeste sit, esse ordinatum a tribus Episcopis ex ultimis angulis Italiæ Romam evocatis. Sicut igitur dicendo, fecisse Episcopum, non tamen intellexit S. Cyprianus, quod Episcopum fecerit per seipsum ordinando; ita neque aliud intelligendum est, fecisse Diaconum. Si autem facere Diaconum non sumpsit pro ordinare Diaconum per seipsum, neque illa verba Cypriani Constituere Diaconum debent habere sensum ordinandi per seipsum, et quemadmodum facere Diaconum, et facere Episcopum non sumpsit pro ordinatione facta per manus Novati, ita neque hunc sensum posuit in verbis: *Constituit Diaconum*

No-

Novatianum, qui fuit Antipapa, vocat Novatum Eusebius *lib.* 6. *H. E. cap.* 43. et Scriptores Græci omnes, nec non S. Hieronymus, pluresque alii e Latinis.

§. 24.

In persecutione Deciana multi prolapsi in abnegationem Religionis. Horum suspenditur receptio ad Communionem Ecclesiæ. Fueritne Sacramentalis absolutio aliquibus unquam denegata e communi Ecclesiæ disciplina.

In persecutione, quam Decius excitavit, multi admodum abnegarunt, et renunciarunt Christianæ Religioni, quodque gravius est, quasi ultro etiam, nondum aliquo cruciatu, vel metu urgente. *Ad prima statim verba*, scribit S. Cyprianus lib. de Lapsis, *maximus fratrum numerus fidem suam prodidit: nec prostratus est persecutionis impetu, sed voluntario lapsu se ipse prostravit. Non exspectarunt saltem, ut adscenderent apprehensi, ut interrogati negarent. Ante aciem multi victi, sine congressione prostrati: nec hoc sibi reliquerunt, ut sacrificare idolis viderentur inviti, ultro ad forum currere, ad mortem* (animæ mors intelligitur) *sponte properare, quasi hoc olim cuperent, quasi amplecterentur occasionem datam, quam semper optassent. - - - Ac multis proprius interitus satis non fuit. Hortamentis mutuis in exitium populus impulsus fuit, mors invicem letali poculo propinata est. Ac ne quid deesset ad criminis cumulum, infantes quoque parentum manibus vel impositi, vel attracti.* Eadem refert Optatus Milevitanus *lib.* 3. *de Schism.*

Do-

Donatistar. Ex his lapsis aliqui dicti sunt Libellatici. Horum crimen in eo fuit, quod cum se pecunia redemissent, ne sacrificare idolis cogerentur, libellos acceperint a Magistratibus, in quibus testimonium ipsis datum fuit de facta per eos sacrificatione, quos cum libellos ostendissent iis, quibus fuit negotium datum inquirendi in Christianos, immunes relinquebantur. Quamobrem S. Cyprianus libro eodem, *Et illa*, inquit, *professio denegantis contestatio est Christiani, quod fuerat abnegantis: fecisse se dixit, quidquid alius faciendo commisit.*

Ad unum actum, et unam consensionem servandam apud omnes, quid ipse statuisset de lapsis in persecutione, eorumque receptione, Cyprianus communicaverat cum aliis Episcopis, qui rescripserunt, se quoque in eodem consilio stare. *S. Cypriani Epist.* 19. 28. Statuit autem, causam lapsorum differre, ut cum quies, et tranquillitas data esset, atque Episcopi in unum convenire potuissent; tunc communicato, et librato de omnium collatione consilio statueretur, quid fieri oporteret. Si quis autem prius lapsis temere communicare voluisset, ipsum alii a communione sua arcerent. Idem Romam et ad Clerum, tunc adhuc sine Episcopo agentem, missum ab eo est, et a Clero Romano probatum. *Quae literae*, inquit, Cleri videlicet Romani, *per totum mundum missae sunt, et in notitiam Ecclesiis omnibus et universis fratribus perlatae sunt.* Facto autem Concilio Episcoporum copioso docet, temperamentum salubri moderatione sic se libravisse, ut nec in totum spes communicationis, et pacis lapsis denegaretur, ne plus desperatione deficerent, nec tamen rursus censura Evangelica solveretur; ut

ad communicationem temere prosilirent, sed
aheretur diu poenitentia, et rogaretur dolenter
iterna clementia. Hacque eadem de re esse a
scriptum ad Cornelium Papam, qui et ipse ha-
to Concilio in eamdem sententiam consenserit. *S.*
priani Epist. 52.

Clerus Romanus in Literis, de quibus modo
tum est, quaeque exstant inter Cypriani epi-
las num. 31. est de lapsis perscriptum, quorum
vita urgens exitus dilationem non potest fer-
, *Si acta poenitentia, et professa frequenter*
rum detestatione factorum, si lacrymis, si ge-
tibus, si fletibus dolentis, ac vere poenitentis
imi signa prodiderint, cum spes vivendi secun-
m hominem nulla substiterit, ita demum cau-
et sollicite subveniendum his esse. Itaque secun-
m hoc, quod a Clero Romano fuit rescriptum
lapsis, si mors, et vitæ finis his instaret, sic
iam scribit S. Cyprianus Epist. 52. a se in suo
ncilio esse constitutum: *Idcirco*, inquit, *poe-*
tentiam non agentes, nec dolorem delictorum
orum toto corde, et manifesta lamentationis
e professione testantes, prohibendos omnino
uimus a spe communicationis, et pacis, si in
rmitate, atque in periculo coeperint deprecari:
ia rogare illos non delicti pænitentia, sed mor-
urgentis admonitio compellit. Nec dignus est
morte accipere solatium, qui se non cogitavit
riturum. Hoc ego in priore editione Institu-
ıum mearum Historiæ Ecclesiasticæ post Nata-
Alexandrum, Saccarellum, pluresque alios
sumpseram, ut dicerem, Ecclesiæ eam tum
se disciplinam, ut lapsis in morte negaretur
lutio Sacramentalis, si hanc tantum tunc abs-
acta jam prius poenitentia petiissent. Vide-
ba-

batur huic sententiæ suffragari etiam iste Concil Arelatensis a. 314. Cap. 23. Canon: *De his, q apostatant, et numquam se ad Ecclesiam repra sentant, nequidem pœnitentiam agere quærun et postea infirmitate correpti petunt Communi nem, placuit eis non dandam Communionem, ni revaluerint, et egerint dignos fructus poenitentia*

At vero re iterum perpensa censeo nunc pacis, communicationis, et communionis nomine quæ iis negabatur, qui hanc absque acta priu poenitentia tantum urgente mortis periculo petiissent, non esse intelligendam absolutionem Sacramentalem, sed communionem, et perceptionem Eucharistiæ: utpote cujus Sacramenti communicatione lapsus admitteretur plenissime in eum Eclesiæ locum, ubi thesauri fieret etiam particeps quem locupletissimum, et summum habet Ecclesia in Sacramento Eucharistiæ. Huc me deduxi Innocentii I. epistola, qua Exuperio Tolosan Episcopo respondit quærenti, quid observandum esset erga eos, qui post Baptismum omni tempore incontinentiæ, et libidini dediti in vitæ sua fine poenitentiam simul, et reconciliationem communionis poscerent. Nam in hac sic scriptum a Innocentio est: *De his observatio prior durior posterior interveniente misericordia inclinatior est Nam consuetudo prior tenuit, ut concederetur ei Poenitentia, sed Communio negaretur. Nam cum illis temporibus crebræ persecutiones essent, ne Communionis concessa facilitas homines de reconciliatione securos non revocaret a lapsu; negata merito Communio est, concessa Poenitentia: ne totum penitus negaretur, et duriorem remissionem fecit temporis ratio. Sed postquam Dominus noster pacem Ecclesiis suis reddidit, jam depulster-*

terrore Communionem dari obeuntibus placuit, et propter Domini misericordiam quasi viaticum profecturis, et ne Novatiani hæretici, negantis veniam, asperitatem, et duritiem subsequi videamur. Docet Poenitentiam semper concessam esse, tantum Communionem negatam iis, qui impoenitentes, in suisque peccatis perstitissent usque ad finem vitæ. Certe autem per Poenitentiam, quam Ecclesia semper concesserit, Innocentius non intellexit facultatem agendæ poenitentiæ, quam profecto Ecclesia numquam prohibuit; sed potius voluit agi a peccatoribus. Quare sequitur, ut per Poenitentiam, quam dixit Innocentius semper concessam esse moribundis, quamvis ad finem vitæ suæ impoenitentibus, intelligi debeat ipsum Sacramentum Poenitentiæ, istiusque per Ecclesiæ ministrum administratio, non ejus actio per opera laboriosa a peccatore, dum iste per letalem morbum ad extremum spiritum deductos nec jam potest hanc agere. Apud Ezechielem cap. 33. v. 11. est: *Vivo ego, dicit Dominus Deus, nolo mortem impii, sed ut convertatur impius a via sua, et vivat. --- Et impietas impii, non nocebit ei, in quacumque die conversus fuerit ab impietate sua.* Igitur neque Ecclesia potest peccatorem a Dei misericordia excludere, etiamsi hanc quærat tantum jam in ultimo vitæ suæ spiritu poenitentem se contestans, etiamsi poenitentiam hanc opere præstare non possit, dum modo hanc in voluntate sua habeat.

Attamen non est negandum, fuisse nonnullos etiam Episcopos, qui Sacramentalem absolutionem denegaverint conversis ad poenitentiam tantum in fine vitæ suæ: quod errore factum est, et per inclementiam, ab Evangelii spiritu alienam,

sed

sed neque tulit Caelestinus I. Papa sic scribens ad Episcopos Galliæ (apud Garranzam Tom. I. pag. 426.) *Agnovimus*, inquit, *poenitentiam morientibus denegari, nec illorum desideriis annui, qui obitus sui tempore hoc animæ suæ cupiunt remedio subveniri. Horremus, fateor, tantæ impietatis aliquem reperiri, ut de Dei pietate desperet, quasi non possit ad se quovis tempore concurrenti succurrere, et periclitantem sub onere peccatorum hominem redimere, quo se ille expedlri desiderat, et liberari. Quid hoc, rogo, aliud est, quam morienti mortem addere, ejusque animam sua crudelitate, ne absolvi possit, occidere, cum Deus ad subveniendum sit paratissimus, et invitans ad poenitentiam sic promittat peccatori, inquiens:* Quacumque die conversus fuerit, peccata ejus non imputabuntur ei, *et iterum:* Nolo mortem peccatoris, sed tantum ut convertatur, et vivat? Ezech. 18. et 33. *Salutem ergo homini adimit, quisquis mortis tempore poenitentiam denegaverit, et desperat de clementia Dei, qui eum ad subveniendum morienti sufficere vel in momento posse, non credit.*

§. 25.

Modus agendæ Poenitentiæ publicæ. Pro quibus peccatis hæc constituta fuerit. Legi poenitentiæ publicæ fuerintne obnoxii etiam Clerici. Remissio hujus Poenitentiæ publicæ in quibusdam casibus. Publica pœnitentia non iterabatur.

In Conciliis, quæ propter lapsos in idololatriam habita Carthagine, Romæ, aliisque in locis sunt,

sunt, actum est, quali poenitentiæ, hoc est, quam longæ hi subjiciendi essent, habita ratione criminis, quoniam quamvis hæc in omnibus idololatria, et abnegatio Christi fuisset, tamen, ut S. Cyprianus *Epist.* 52. docet istud æquale omnium crimen non fuerit: siquidem æquandi non essent, is, qui ad sacrificium nefandum nulla adhuc vi sibi facta quasi ultro prosiluit, et is, qui luctatus diu, ad hoc funestum opus necessitate, hoc est, vim passus, pervenit; modus tamen et ratio agendæ poenitentiæ expressa non est. Hoc indicat, quoad hunc agendæ poenitentiæ publicæ modum cum illa Concilia nihil statuerint, hunc jam tunc aliquem in Ecclesia exstitisse, et qui cum notus alioquin jam esset, de hoc nihil etiam statui debuerit.

Neque desunt istius poenitentiæ indicia, atque exempla. Refert Eusebius *lib.* 3. *H. E. cap.* 24. juvenem quempiam esse ab Joanne Apostolo, dum Epheso Ecclesias lustrasset, cuidam Episcopo datum, et commendatum, ut eum in fide Christiana instrueret. Hunc deinde juvenem, postquam jam etiam baptizatus esset, in societatem incidisse pravorum juvenum, cumque his se se latrocinio tradidisse, quin etiam horum in latrocinando factum ducem esse. Hunc autem cum Joannes quæsivisset, atque repertum ex montibus, et silvis reduxisset, *Deinde partim crebris orationibus Deum deprecans* (Joannes) *partim continuatis una cum juvene jejuniis, simul decertans, omnibusque denique verborum illecebris animum ejus demulcens, non prius abscessit, quam illum Ecclesiæ restituisset, magnumque sinceræ poenitentiæ exemplum, et iteratæ regenerationis ingens documentum, et conspicuæ resurrectionis tro-*

tropœum omnibus ostendisset. Ex Clemente Alexandrino hoc sumpsit, et retulit, Eusebius. Eadem poenitentia qualis fuerit, apparet etiam ex Tertulliano, ejusque libro de Poenitentia. *Hujus poenitentiæ*, sunt verba illius, *quanto in arcto negotium est, tanto operosior probatio est, ut non sola conscientia præferatur, sed aliquo etiam actu administretur. Is actus, qui magis Græco vocabulo exprimitur, et frequentatur, Exomologesis est. --- Itaque Exomologesis prosternendi, et humilificandi hominis disciplina est, conversationem injungens misericordiæ illicem. De ipso quoque habitu, atque victu mandat, sacco, et cineri incubare, corpus sordibus obscurare, animum moeroribus dejicere, illa, quæ peccavit, tristi tractatione mutare: ceterum, pastum, et pôtum pura nosse non ventris scilicet, sed animæ causa, plerumque vero jejuniis preces alere, ingemiscere, lacrymari, et mugire dies, noctesque ad Dominum Deum tuum, Presbyteris advolvi, et aris Dei adgeniculari, omnibus fratribus legationes deprecationis suæ injungere.* Sed et ex S. Cypriano ejusque Epistolis nona, et decima istud percipi potest. Nam Presbyteros arguit, quod Communionem præbuissent lapsis nondum peracta legitima poenitentia: deinde Martyres, et Confessores ad quorum commendationem, et preces Presbyteri quidam Communionem lapsis dederant monet, atque instruit, ne pro aliis per literas supplicarent pro danda Communione, quam quorum poenitentiam satisfactioni proximam conspexissent. Hinc enim manifestum est, talem poenitentiam tunc in Ecclesia viguisse, quæ in externis etiam operibus duris, et molestiam habentibus, non in sola mali retractatione, tantumque mente, atque cogitatione facta, constiterit.

Ad—

Adhuc vero distinctius hic modus agendæ pu- poenitentiæ est expressus a S. Gregorio maturgo in Epistola ejus Canonica. Hujus partes recensens, memorat primo *fletum* an- res Ecclesiæ, supplicesque preces a poeniten- pro se omnibus factas, qui Ecclesiam in- rentur; secundo *auditionem*, jamque intra siam, attamen non nisi in loco post Catechu- s, idque tantum usque ad celebrationem erii, et qua inchoata una cum Catechumenis deberent. Locus hic Narth ex Græco voca- fuit appellatus, intra ambitum quidem Ec- , sed hujus tamen nonnisi atrium, quo si- t Catechumeni, ad Dei verbum audiendum ttebantur, ad ipsam vero Ecclesiam, ubi fi- consisterent progredi prohiberentur. Inter s deinde poenitentiæ tertio loco est *substra-* jam ultra Narthecem: ubi supra poenitentes rram inclinatos, seque prosternentes Episco- manus imponebat, precesque una cum fideli lo pro iis fundebat, quibusque jam manere a in Ecclesia sub Mysterii celebratione permis- esset. Quarta poenitentiæ pars, et ultima *Consistentia*. Huc, qui jam pervenissent poe- ntes ex illis prioribus, humilioribus gradibus ltatem obtinuerunt etiam manendi, et consi- di in Ecclesia, dum ipsum etiam Mysterium braretur: attamen nondum participes Eucha- æ facti, donec istam quoque stationem pere- nt, et peccatorum absolutionem percepissent.

Poenitentiæ publicæ lex nonnisi pro crimi- s publicis fuit non pro occultis, nisi quis pria voluntate, ardentioreque studio sua pec- expiandi se huic sponte subjecisset. Hoc ex bis patescit Origenis Homil. 2. in Psal. 37.

Tan-

Tantum modo circumspice, ait, *diligenter*, *cui debeas confiteri peccatum tuum. Proba prius medicum*, *cui debeas causam langvoris exponere. Si intellexerit*, *et præviderit*, *talem esse langvorem tuum*, *qui in conventu totius Ecclesiæ exponi debeat*, *et curari*, *ex quo et ceteri fortassis ædificari poterunt*, *et tu ipse sanari*, *multa hoc deliberatione*, *et satis perito medici illius consilio procurandum est.* Nam, quod tantum ex consilio Sacerdotis, cui facta secreta peccatorum confessio est, et de quo huic etiam ante deliberandum fuit, num hoc prudenter svadere posset poenitenti, intelligitur, non fuisse lege constitutum. Idem isto etiam probatur exemplo. Sacerdotes quidam in Campania scriptam peccatorum confessionem a poenitentibus in sacro tribunali exegerant: quam cum in Ecclesia publice recitassent, publicam poenitentiam iis injungebant. Hoc vero S. Leo M. Epist. 80. improbavit, et inhibuit. *Removeatur*, inquit, *tam improbabilis consvetudo*, *ne multi a poenitentiæ remediis arceantur*, *dum aut erubescunt*, *aut metuunt inimicis suis sua facta reserari*, *quibus possint legum constitutione percelli. Sufficit enim illa confessio*, *quæ primum Deo offertur*, *tum etiam Sacerdoti*, *qui pro delictis poenitentium precator accedit. Tunc enim demum plures ad poenitentiam poterunt provocari*, *si populi auribus non publicetur conscientia poenitentis.* Hoc a se observatum testatur etiam S. Augustinus Serm. 82. de Verb. Apost. *Novit quem*, inquit, *homicidam Episcopus*, *et alius illum nemo novit. Corrigo in secreto*, *pono ante oculos Dei judicium: ubi contigit malum*, *ibi moriatur malum. Ergo corripienda sunt coram omnibus*, *quæ peccantur coram omnibus: ipsa vero corripienda sunt secretius*, *quæ peccan-*

ntur secretius. Idem habet Concilium Carthagiense an. 397. *Canone* 32. et S. Basilius *Epistol. d Amphiloch.*

Sed neque pro omnibus etiam criminibus, uamvis ad publicam notitiam prolatis, publica oenitentia fuit constituta, sed solummodo pro dololatria, homicidio, et moechia. Id, quod ex ertulliano intelligitur, qui *lib. de Pudicitia cap.*5. quens de publica poenitentia, hæc solummodo emorat tria. *Assistit,* inquit, *idololatres, assi- it homicida, in medio eorum assistit et moe- us: pariter de poenitentis officio sedent in sac- , et cinere inhorrescunt, eodem fletu gemiscunt.* Pacianus in Paraenesi etiam causam explicat, r his tribus criminibus constituta esset publica enitentia, quamque repetit ex statuto, quod t. 15. v. 29. factum est ab Apostolis de absti- ndo ab immolatis simulacrorum, a sangvine, suffocato, et a fornicatione. Hæc sola etiam criminina, quibus deberetur poenitentia publi-, memorantur a S. Gregorio Nyss. *Epist. ad* . Neque tamen hoc fuit ita generale, ut alius etiam mos esset in quibusdam Ecclesiis. S. Gregorius Thaumat. in epistola sua Ca- ea eos subjecit publicæ poenitentiæ, qui se barbaris consociarunt depopulantibus pro- cias Romani imperii in prædis, atque rapinis rcendis. Idem S. Basilius fecit erga fures in tola ad Amphilochium. Etiam eamdem publi- poenitentiam ad delatores, et falsos testes ndit Concilium Eliberitanum circa initium se- quarti habitum. S. Augustinus *Serm.* 351. uit omnia peccata contra Decalogum publica itentia vindicanda esse, attamen arbitrio Epi-. Idem Epist. 64. ad Aurelium miratur,

ebrietatem, et comessationem in Ecclesiis relictam extra legem publicæ poenitentiae.

Etiamne Clerici erant adstricti legi pub poenitentiæ, si quidpiam eorum admisissent, q vindicari consveverat publica poenitentia? de re sic est scriptum a S. Leone M. Epist Rusticum Episc. Narbonens. *Alienum est a c svetudine Ecclesiastica, ut qui in Presbyte honore, aut in Diaconii gradu fuerint consecr ii pro crimine aliquo suo per manus impositio remedium accipiant poenitendi: quod sine d ex Apostolica traditione descendit. - - - U hujusmodi lapsis ad promerendam misericord Dei privata est expetenda secessio, ubi illis tisfactio, si fuerit digna, sit etiam fructuosa.* eamdem sententiam est scriptum a Siricio P ad Himerium Episc. Tarraconens. Idem vid est ex Concilio Carthaginensi a. 398. *Si qua* sunt hujus verba, *Presbyteri, vel Diaconi in qua graviore culpa convicti fuerint, qua a ministerio necesse fuerit removeri, non eis nus tamquam poenitentibus, vel tamquam fid bus laicis imponatur.* Attamen hæc poenit privatim a Clericis majoribus agenda, quoad mensuram, non pendebat ab eorum arbitrio Cyprianus *Epist.* 59. docet Therapium Episco objurgatum esse in Concilio Episcoporum Afri quod Victori Presbytero, antequam poenitent plenam egisset, et Domino Deo, in quem d querat, satisfecisset, immaturo tempore, et p postera festinatione pacem dedisset. Non id vero observatum est erga inferiores Clericos; quibus, et eorum exceptione a publica poeni tia, si hanc suo facto quopiam meruissent, n in iis testimoniis est, quæ sunt allata pro P by

rteris, et Diaconis, exstatque insuper epistola licis III. Papae, qua eos a lege poenitentiæ puicæ noluerit esse exemptos.

Publica hæc poenitentia remissa fuit non tanm si poenitens hac nondum expleta incidisset in ericulosum morbum, verum etiam in quibusm aliis casibus. Hoc quoad primum jam supra monstratum est, cujusque exemplum etiam est pud Eusebium *lib.* 6. *H. E. cap.* 44. ex epistola ionysii Episc. Alexand. ad Fabium. Serapion lexandriæ vitæ semper antea intemeratæ, succubuit tormentis in Deciana persecutione. Poenintiam deinde agens imploravit sæpius, ut reponeretur ad communionem, quin hoc impetrare, oenitentia nondum plene peracta, potuerit. In orbum vero cum incidisset, et Presbyter ab eo ocatus venire non potuisset, gravi infirmitate et pe detentus, Eucharistiam ei misit, quoniam sic communione poenitentibus impertienda, si iis riculum vitæ institisset, a Dionysio Episcopo fuerit statutum. Cyprianus quoque, quamtum severus, ut jam vidimus, in exigenda nitentia, cum intellexisset ex visionibus sibi is divinitus (Epist. 54. ad Cornelium P.) futum, ut brevi recrudescat persecutio, id, quod tum est per Gallum, qui Decio in Imperio cessit, ultro statuit, Communionem esse poentibus tribuendam, etiam nondum peracta nitentia, *ut quos excitamus*, inquit, *et hormur ad prælium, non inermes, et nudos relinamus, sed protectione Sangvinis, et Corporis hristi muniamus.* Idem Epist. 19. probavit conlium Caldonii Episcopi de Communione iis stan tribuenda, qui lapsi in persecutione a lapsu psos erexissent Christum confitendo, quem pri-

 us

us abnegaverant. Hanc indulgentiam Ecclesia exercuit etiam erga eos, qui seducti ab errorum magistris a fide facti devii sunt, quo promptius, ac facilius ad Ecclesiam revocari possent. Hoc idem rursus Cyprianus *Epist.* 52. docet factum esse a Cornelio Papa erga Trophimum Episc. Arelatem. Hic in persecutione factus est libellaticus, eique pars plebis maxima mansit adhærens, junctaque ei, qui se extorrem fecisset ab Ecclesia, se quoque segregaverat ab Ecclesia. Quamobrem Trophimo petenti communio statim data est, quoniam neque aliter plebs, quam secum abstraxerat, ad Ecclesiam rediisset. Pro Trophimo, ut poenitentia ei remitteretur, satisfaciebat, ait S. Cyprianus, fratrum reditus, et restituta multorum salus. Quamvis enim a publica poenitentia, quam non fuisse in Clericos majores constitutam, supra demonstratum est, exemptus esset, tamen fuisset ei poenitentia privatim agenda. Neque tamen etiam huic alia communio concessa est, quam qua in Ecclesia fruuntur laici, privatusque mansit omni Episcopalis muneris, et Sacerdotii administratione Hic est ille Trophimus, et hi sunt illi libellatici ceteri, quos quia Cornelius P. receperit ad communionem suo deposito errore, et confitentes culpam, Novatianus calumniabatur, Cornelium communicasse cum Trophimo, aliisque libellaticis. Dumque, ut supra demonstratum est, Cyprianus Martyribus, et Confessoribus concessit, ut preces suas possent offerre pro iis poenitentibus, qui jam propius venissent ad finem suæ poenitentiæ, intelligitur, ad horum etiam commendationem, et preces ex poenitentiæ rigore aliquid remissum esse.

Poe-

Poenitentia publica nonnisi semel uni, ique homini solebat imponi. *Quia*, ut . Ambrosius lib. de Poenitentia Cap. 10. *unum Baptisma, ita una poenitentia, quæ ı publice agitur.* S. Augustinus *Epist.* 153. *Íacedonium* dicit, caute, salubriterque pro- ı esse, ut locus illius humillimæ poenitentiæ in Ecclesia concederetur, ne medicina vilis ; utilis esset ægrotis, quæque tanto magis sa- ; sit, quanto minus contemptibilis fuerit. *Fa- s veniæ*, ait S. Ambrosius in Psal. 118. *in- 'um tribuit delinquendi.* Qui igitur vel in crimen recidissent, vel novum admsiissent, ɔenitentia publica esset constituta, hi remit- tur ad poenitentiam privatim agendam, ma- s extra communionem, donec ad finem vi- ɪrvenissent. Quamdiu poenitentia publica consveverit, ex hoc exemplo poenitentiae ctæ pro homicidio apud S. Basilium Epist. nphilochium cognosci potest. *Qui sua spon- ɪquit, interfecit, et post poenitentia ductus viginti annis Sacramento non communicabit. ıti autem anni sic in eo dispensabuntur. De- uatuor annis deflere stans extra fores Ora- et fideles ingredientes rogans, ut pro eo ntur, suam iniquitatem pronuncians. Post ıor autem annos inter Auditores recipietur, ɪinque annis cum ipsis egredietur. Septem ı annis cum iis, qui in substratione orant, 'ietur. In quatuor autem annis solum stabit fidelibus: sed non erit oblationis particeps. demum iis expletis erit Sacramentorum par- .* Si tamen fervorem exhibuisset in agenda tentia, hanc quamvis jam assignatam, esse ɔiscopis imminutam, et ad brevius tempus atam, intelligitur ex S. Gregorii Nyss. epi- stola

stola ad Letojum: quin idem hoc jam etiam a S. Paulo factum erga Corinthium incestum est, n forte abundatiori tristitia absorberetur. 2. Cor. v. 7.

§. 26.

Initia anachoretici, et monastici instituti, ejusque propagatio.

Quo tempore Decius sæviit in Christianos Paulus Thebis natus in superiore Thebaide adolescens annos natus decem, et sex, in villam sororis suæ, satis ab urbe remotam, se receperat ubi posset latere. Hunc vero affinis, sororis maritus, voluit prodere, ut ejus hæreditate potiretur Quamobrem ex hac etiam villa fugit ad montium deserta, nactusque antrum superne apertum, habensque fonticulum aquæ, atque supra se palmam arborem, unde vitam posset sustentare, in hanc descendit, ubi latitaret, donec persecutionis furor desiisset. Solitudinis vero amore captu decrevit ibi habitare, etiam desinente persecutione. Post hunc Antonius quoque, natus in eadem Thebaide, a. 251. juxta Chronicon Eusebii, auditis his ex Evangelio verbis: *Si vis perfectus esse vade, vende, quæ habes, et da pauperibus, et habebis thesaurum in caelo.* Matth. 19. v. 21. pariter adhuc adolescens, patrimonio pauperibus distributo, solitudinem petiit. Ad hos duos referenda sunt initia anachoreticæ, et solitariæ vitæ cujus tamen disciplinam non Paulus, qui nullo habuit discipulos, verum Antonius propagaverit ulterius. Eusebius *lib.* 2. *H. cap.* 17. et juxta hunc S. Hieronymus *de Vir. Illustrib.* in Marc existimavit, Therapeutas illos, de quibus scrib

Phi-

Philo *lib. de Vita Contemplativa*, et perhibet, in solitudinibus vixisse admirabili continentia, fuisse Christianos, adeoque primos in Ecclesia solitariæ vitæ cultores, quosque S. Marcus instituerit ad hanc vivendi rationem. Philonem autem istud ad suæ gentis Judaicæ laudem traxisse, quod fieri viderat a Christianis. Philo autem, qui Judaismo semper adhæsit pertinaciter, non erat laudaturus Christianos, et vitæ eorum institutum: neque errore hoc fecit, ut hos poneret esse Judæos, qui erant Christiani, utpote apprime doctus, et literatus. Therapeutae dicti a θεραπεύειν *curare, sanare*, significat eos, qui sanitatem possint tribuere, quod de se profitebantur per suam disciplinam, idque ad medendum animi pravitatibus.

Hoc non tantum solitariorum, sed et Monachorum institutum quod post Anachoreticum etiam brevi exortum est, vehementer crevit non tantum in Aegypto, verum in aliis etiam regionibus. Pachomius et ipse in Thebaide natus, est primus pater Monachorum. Nam quamvis jam multi in solitudinibus habitassent, tamen ab eo venit ut hi societatis, etiam inter se certam legem, et rationem inirent. Ex Gentili factus est Christianus, permotus hospitalitate, et benignitate, quæ ei, ejusque sociis militibus fuit præstita a Christianis. Cumque se cuidam Palæmoni anachoretæ in disciplinam tradidisset; in hac ita profecit, ut aliorum etiam magister factus sit. A Palladio *Hist. Laus. cap.* 38. dicitur, ab Angelo fuisse monitus, ut monachos sparsos per diversa loca colligeret, regulamque vivendi iis traderet, quam ei idem Angelus dictaverit. Sozomenus *lib.* 3. *cap.* 14. æque rem hanc ita memoriæ prodidit, ut ipsam etiam hanc regulam exponat, et describat. An autem re-

Ecce, quomodo vivimus! Nulli licet in societa nostra habere aliquid proprium.

Monachis omnibus non eadem fuit disciplina et vivendi ratio. S. Hieronymus Epist. 22. ad Eustochium tria docet fuisse monachorum genera in Aegypto. *Primum*, inquit, *sunt Coenobitæ, quo illi Sauses gentili lingva vocant, nos in commun viventes possumus appellare; secundum Anachoritæ, qui soli habitant per deserta, et ab eo quod procul ab hominibus recesserint, nuncupantur; tertium genus est, quod Remoboth dicunt deterrimum, atque neglectum. --- Hi bini, vel terni, nec multo plures simul habitant, suo arbitratu viventes, de eo, quod laboraverint, in medium partes conferunt, ut habeant aliment communia. Habitant autem quam plurimum in urbibus, et castellis: et quasi ars sit sancta, et non vita, quidquid vendiderint, majoris est pretii. Inter hos sæpe sunt jurgia - - - apud hos affectata omnia: laxæ manicæ, caligæ follicantes, vestis crassior, crebra suspiria, visitatio virginum, detractio Clericorum, et si quando dies festus venerit, saturantur ad vomitum.* His simillimi erant, quos Cassianus *Collation. lib.* 18 *cap.* 7. lingva Aegyptiaca vocat Sarabaitas, æque extra coenobia habitantes. S. Augustinus *lib. de Opera Monachor cap.* 18. dicit, sub monachorum habitu multos fuisse hypocritas, quosque daemon usque quaque disperserit: docetque, fuisse hos vagabundos, cumque Martyrum Reliquiis nundinatos, aliis quoque artibus pecuniis acquirendis studuisse, sub praetextu succurrendi pauperibus: quo factum sit, ut verorum etiam monachorum propositum blasphemaretur, *Tam*, inquit, *bonum, tam sanctum, quod in Christi nomine*

ne cupimus, sicut per alias terras, sic per te-n Africam pullulare.

Non est autem æquum, hominum aliquod titutum quodcumque, et societatem generali-vituperare, accusareque, eo quod boni in hac nes non sint, sed plures etiam degeneres re-iantur, si institutum in se bonum, et sanctum. Qualis monachorum vita fuerit, exceptis ali-bus, intelligi potest et ex eo, quod jam de his tum est, et magis etiam ex hac descriptione Athanasii in Vita S. Antonii: *Erant in monte,* quit, *monasteria tamquam tabernacula, plena inis choris psallentium, legentium, orantium: tumque jejunandi, et vigiliarum ardorem ctorum mentibus sermo ejus* (Antonii) *afflave-t, ut futuræ spei aviditate admutuam charita-n, et misericordiam indigentibus exhibendam, gi studio laborarent: qui infinitam regionem amdam, et oppidum a mundana conversatione junctum, plenum pietatis, et justitiæ videban-r incolere.* De iisdem sic etiam scriptum est a Chrysostomo Homil. 8. in Matth. *Si quis nunc,* nquit, *veniat ad Aegypti solitudines, paradiso novis omnem illam videbit eremum digniorem, innumerabiles Angelorum coetus in corporibus lgere mortalibus.* Quoad ipsas etiam scientias, antum orbis literatus monachis debeat obstri-us esse, afferam Laurentium Mosheim Sec. VI. p. 1. §. 1. cujus hoc est, quamvis hominis a cris nostris alieni, testimonium. *Sciunt omnes,* quit, *barbarorum, et ferocium populorum in rasque Occidentis provincias incursiones extre-um fere literis, et universæ eruditioni pernici-s attulisse. Periissent prorsus omnes liberales tes, et scientiæ, nisi qualecumque apud Epi-*

sco-

scopos, et monachos perfugium illis patuisse. Templis nimirum, quae Cathedralia nominantur, scholae plerumque adjunctae erant, in quibus aut Antistes ipse, aut alius quidam ejus jussu juventutem septem artes liberales docebat, antequam ad Sacros libros deduceretur. - - - Huic instituto (monachorum) *cuncti Scriptores, tam sacri, quam profani accepti ferendi sunt, quibus adhuc utimur. In plerisque praeterea caenobiis ludi aperiebantur, in quibus pueri, et adolescentes literis imbui solebant.* Et undenam plures prodierunt viri et eruditione, et vitæ sanctimonia celebres, quique ad regendas etiam Ecclesias evecti Ecclesiam suis virtutibus illustraverint, atque hanc adversus hæresium errores tutati sint? Talis fuit S. Athanasius et ipse ex asceta factus Episcopus, fortissima illa columna Ecclesiæ adversus vim, et furorem Arianorum, talis Basilius, talis Gregorius Naz. talis Chrysostomus, talis Hieronymus, Gregorius M. Martinus, et longum esset omnes omnium ætatum tales viros ex monasticæ vitæ instituto recensere, quique etiam insuper sudore suo, atque sangvine Christi fidem propagaverint, integrasque nationes, atque regna adduxerint ad Christianam Religionem. Per monachos S. Benedicti se in Religione instructam, atque excultam recognoscet Hungaria, recognoscet Germania, recognoscent pleraeque regiones.

§. 27.

§. 27.

Recrudescit persecutio per Gallum Imp. cujus ansa sumpta ex peste est, depopulante multas Imperii Romani provincias. Hac occasione S. Gregorius Thaumat. Cæsarienses in Ponto ad fidem convertit. Quaedam alia de hoc Gregorio.

Demonstratum est §pho 23. persecutionem, quam Decius excitavit, quæque ejus interitu sedata est, celeriter resuscitatam esse a Treboniano Gallo, qui Decio successit in Imperio, anno postquam Imperator factus est, statim altero. Ingens orta est pestis, et invasit Romani Imperii permultas provincias. *Nulla fere provincia Romana*, ait Orosius lib. 7. cap. 21. *nulla civitas nulla domus fuit, quæ non illa generali pestilentia correpta, atque vacuata sit.* Imperator jussit ubique sacrificia ad placandos deos fieri. Christiani cum abstinuissent ab his sacrificiis, in hos non tantum efferata est Gentili superstitioni dedita plebs, verum ipse etiam Imperator. Hinc recruduit, quæ Decii morte persecutio sedata erat. Cujus quanta fuerit atrocitas, ex S. Cypriani libro, quem ad Demetrianum, Proconsulem Africæ persecutionem vehementissime urgentem misit, volens ejus sistere furorem, licet cognoscere. *Innocuos, justos*, sunt illius verba, *Deo charos domo privas, patrimonio spolias, catenis premis, carcere includis, bestiis, gladio, ignibus punis. Admoves laniandis corporibus longa tormenta, multiplicas lacerandis visceribus numerosa supplicia: nec feritas atque immanitas tua usitatis potest esse contenta tormentis. Excogitat novas poenas ingeniosa crudelitas.* Cyprianus, quod jam in Deciana perse-

cu-

cutione ei factum est, quaesitus fuit iterum etia nunc, et petitus a vociferante multitudine in ci co ad leonem, dum cruentis etiam spectaculis, a que humano sangvine Gentiles quaesivissent si propitios facere suos deos. In hac procella Corne lius Papa deportatus est Centumcellas in exilium Cur nihil ei gravius acciderit, cum comprehensu esset, et productus ad tribunal, causa fuit, quo Christiani ex tota Urbe undique concurrerint seque cum Episcopo suo ultro ad mortem obtu lerint magistratibus, etiam ii, qui tormentis i Deciana persecutione succumbentes Christum ab negaverant. Iste intrepidus, et parato animo a omnes cruciatus perferendos tantus concursus Chri stianorum perculit magistratus, et judices.

Caesareae in Ponto celebratum fuit spectacu lum tanto hominum confluxu, ut se invicem pre mentes Jovem his vocibus invocaverint: *Magn Jupiter da nobis spatium.* Audiit hoc Gregoriu cognomento Thaumaturgus ejusdem urbis Episco pus, jussitque nunciari ad theatrum ipsos bre accepturos spatium, majus etiam, quam vellen Et ecce Caesaream quoque pestis invasit ludis ad huc durantibus. Dum funeribus impletur civita curritur undique ad templa deorum, multiqu ante horum simulacra procumbentes exhalant an mam. In desperatione salutis a suis diis venitu ad Gregorium, et hunc rogant, ut subvenia Pergit, quo vocatus est, et in quamcumque do mum intrat, hinc fugat pestilentiam, atque aegi consurgunt. Ad hunc unum igitur omnes recui runt. Ita autem salutem corporis omnibus impei tivit, ut una etiam eos adduceret ad Christi agn tionem, ejusque Religionem. Hac ratione urbei amplissimam sic convertit, ut cum morti vicinu

quae-

quæsivisset, quot adhuc in ea superessent ethnici intellexissetque non plures superesse, quam decem, et septem, Deo benedicens, Totidem erant, ait, Christiani, dum istius urbis iniissem Episcopatum. A multitudine, et splendore miraculorum, quæ Deus per illum patravit, nomen assecutus est Thaumaturgi. Inter ista celebrantur præcipue quod fluvium Lycum, sæpe alias extra ripas evagantem, defixo baculo coercuerit, paludem, ad tollendam discordiam inter duos fratres, suis precibus repente siccaverit, nec non montem, ut spatium esset ædificandæ Ecclesiæ, fecerit cedere. Contigit, ut quoddam templum idolorum intraverit, in eoque noctem egerit. Mane inde abiens manu in formam Crucis ducta, templum lustravit. Daemon ex idolo, ut ante consueverat, sacrificulo consultus negat responsum, dicitque se prohibitum a Gregorio. Hic protinus currit post Gregorium, et cum eo expostulat. Gregorius scribit hæc verba in scheda: *Gregorius Satanæ: Ingredere*, referendamque dat. Cum qua simul atque Sacrificulus in templum reversus est, dæmon quoque more pristino consultus respondit. Sacrificulum subit admiratio, et recogitat, cujusnam virtutis deberet esse Gregorius, talem in ejus deum potestatem habens. Iterum ergo se confert ad Gregorium, a quo in fide instructus, Christianus factus est. S. Gregorius Nyss. hæc, et plura alia de S. Gregorio Thaumaturgo memoriæ prodidit in libro, quem de ejus Vita scripsit.

Carpit Basnagius has Gregorii ad daemonem literulas, quasi is has dando commercium habuisset cum daemone. Non fuit autem hoc commercium, sed imperium: et quod ipsum etiam imperi-

perium eo direxerit Vir sanctissimus, ut hinc sacrificulus agnosceret, eum quem coleret pro Deo non posse esse Deum: in quem ipse homo auctoritatem posset exercere, quemque sibi subjectum haberet. Id, quod etiam assecutus est. Est et illud in eodem S. Gregorio, quodque refert pariter S. Gregorius Nyss. in ejus Vita. Dum factus est Episcopus, eam ei curam fuisse, ut doctrinam, quæ de Deo uno, et trino est bene cognitam, et perceptam haberet. Ei in hoc desiderio noctem vigilem ducenti apparuisse Virginem Deiparam, et Joannem Apostolum, quique hanc ei doctrinam exposuerit. Hæc doctrina velut ex ore hujus Apostoli accepta, et a Gregorio deinde literis mandata exstat etiam nunc, et servatur inter Opera Patrum. In hoc autem æque more suo ludit Basnagius in Annalibus suis, dicens, ea ætate, qua vixit Gregorius, animam Virginis, et Joannis nondum didicisse migrare e coelo in terram. Pungere videlicet nos voluit ob eas Sanctorum apparitiones, quæ plures referuntur a Scriptoribus Catholicis etiam posterioris ætatis. His vero narrationibus, quæ sunt extra Scripturam sacram, neque a nobis fides adhibetur divina. Attamen Basnagius, si hanc narrationem voluit falsitatis arguere; hanc debuisset aliquo argumento probare. Dum hoc non fecit, nec facere potuit, non enim omisisset facere, si potuisset, mera hæc ejus est dicacitas. Si vero ipsa etiam Scriptura testatur Angelorum e coelo missiones, et apparitiones, quid impedit, quominus, Deo volente, idem etiam per alios Sanctos fieri possit, factumque sit?

§. 28.

§. 28.

Cypriani Epistolae de Marciano Arelatensi et Basilide Emeritano Episcopo. Controversia inter hunc, et Stephanum P. de rebaptizatione hæreticorum.

Cornelium Papam esse hac tempestate, quam Gallus Imperator resuscitavit, Centumcellas in ilium deportatum, supra demonstratum est. hoc is etiam obiit anno tertio sui Pontificatus. cius ei successit. Hoc quoque mortuo jam al-o anno Pontificatus, Stephanus I. a. 255. eve-s ad Pontificatum est. Ad hunc Cyprianus istolam misit, quæ sexagesima, et septima est, que ab eo petiit, quod ejus verbis referam: *rigantur*, inquit, *in provinciam, et ad plebem elate consistentem a te literæ: quibus absten- Marciano, alius in ejus locum substituatur, et æ Christi, qui in hodiernum ab illo dissipa-s, et vulneratus contemnitur, colligatur.* Hic rcianus fuit Episcopus Arelatensis in Gallia, mque se Novatiano adjunxisset, lapsos in per-utione, quamvis se ad omnem poenitentiam ndam obtulissent, repulit, et exclusit ab omni obtinendae absolutionis, videlicet secundum reticum errorem Novatianorum. Protestantes unt recognoscere in Romano Episcopo Prima-i jurisdictionis. Jurisprudentia, quæ nova exor-st nostra ætate, ponit omnium Episcoporum ualem esse potestatem, idque supra universam lesiam, atque velut ex ipsius Christi instituto: pacto non video, quomodo maneat Primatus sdictionis in Romano Pontifice supra univer-n Ecclesiam, quamvis hunc verbis fateantur. vero si ista sic se haberent, quemadmodum hi

hi utrique sibi posuerunt, cur in hac Marciani causa Cyprianus ad Stephanum Papam recurrit. Cur per seipsum non fecit; quod a Stephano petiit? Cur non potius cum Episcopis Galliæ hocce negotium de abstinendo, hoc est, excommunicando Marciano, alioque Episcopo in ejus locum constituendo tractavit, sed Romam ivit, ad Stephanum rem detulit, hujus literas ad Episcopos in Gallia ad hoc perficiendum, quod voluit, expetiit?

Basilides fuit Episcopus Emeritanus in Hispania, quem ut libellaticum factum in persecutione Synodus Episcoporum Hispaniæ condemnavit et Episcopatu privavit, Sabinumque in ejus locum Episcopum ordinavit. Basilides quamvis crimen suum confessus esset, tamen Romam pergens sua dole, fallendoque Stephanum Papam, literas hoc obtinuit, quibus Episcopi Hispaniæ jubebantur eum reponere ad Episcopatum. Alio jam posito Episcopo res hæc vehementer perturbavit Episcopos Hispaniæ. Ambigui consilii consulunt Cyprianum, cujus nomen non solum in Africa, ubique erat celebratissimum, quid facere deberent. Respondit, Ordinationem Sabini, jure perfectam, non potuisse rescindi, quod Basilides fallendo Stephanum exambivisset, reponi injuste ad Episcopatum, de quo jure esset depositus, quin ejus hoc factum eo pertinere, ut non tam abolita, quam cumulata ipsius delicta sint, ad ejus anteriora peccata etiam fallaciæ, et circumventionis crimine accedente. *Epist.* 68. Ea solummodo de causa judicavit Cyprianus, Stephani Papæ rescriptum observandum non esse, nec obligare, quod per fallaciam, et subreptionem obtentum esset. Quod si Cyprianus credidisset, nihil j

esse

esse Romano Episcopo supra illud, quód actum ab Episcopis Hispaniæ in eorum Concilio de Basilide est, ex solane subreptione pronunciasset, rescriptum Stephani invalidum esse, et non magis sumpsisset, non posse valere ex defectu juris in Stephano, ad id rescindendum, quod actum ab Episcopis Hispaniæ est? Cur etiam Episcopi Hispaniæ perplexi fieri debuissent, si existimassent, in Romano Pontifice non esse eam auctoritatem, et otestatem, cui eos oporteret morigeros, et obeientes esse?

Inter hunc Stephanum, et Cyprianum fertur tiam intercessisse controversia de valore Baptismi, administrati per hæreticos, generatim omnes: quæ compositoribus Historiæ Ecclesiasticæ non odicam præbuit semper materiam disputandi. Hæc autem vulgo hæc se habet narratio. Jam ante Cyprianum a. 215. Agrippinum Episcopum arthaginensem in Concilio Episcoporum fecisse ecretum de iis omnibus rebaptizandis generaliter, quicumque baptizati essent ab hæretico: idemque hoc etiam per Cyprianum confirmatum in aliquot onciliis, cum tamen fuissent aliqui in Africa Episcopi, qui a ceteris Afris hac in re discrepassent. Itaque Cyprianus hoc statutum suum, in Concilio factum septuaginta Episcoporum Romam ad Stephanum Papam per duos Episcopos misisset, rescriptum a Stephano esse: *Si quis a quacumque hæresi venerit ad nos, nihil innovetur, nisi quod traditum est, ut manus illi imponatur in poenitentiam: cum ipsi hæretici proprie alterutrum ad se venientes non baptizent, sed communicent tantum.* Ipsius Cypriani nomen epistolæ gerit, quæ hoc rescriptum habet, septuagesima quarta ad Pompejum. Post hoc iterum adhuc

majus Episcoporum octoginta, et septem ab eode Cypriano esse institutum Concilium, in quo omni um consensione prius statutum de rebaptizatione confirmatum sit: post hoc Concilium esse a Cypriano missas literas etiam ad Firmilianum Cæsareæ in Cappadocia Episcopum, qui rescripserit, et testatus sit, a se hoc idem jam pridem Iconii in Concilio Episcoporum decretum esse. Hæc epistola Firmiliani est quinta, et septuagesima inter Epistolas Cypriani. Hoc idem de rebaptizatione, et de dissensione, quæ propterea intercesserit inter Cyprianum, et Stephanum Papam, habent plures aliæ ejusdem Cypriani epistolae, habet Eusebius in sua Historia, habet S. Augustinus multis locis suorum librorum, quos scripsit contra Donatistas, habet S. Hieronymus in Dialogo contra Luciferianos, habet S. Basilius Epist. 1. ad Amphiloch.

Hæc igitur res de rebaptizatione decreta, facta a Cypriano, et ab Episcopis totius Africæ deque controversia ob eam inter Cyprianum, et Stephanum Papam fuit credita fere ad hoc usque tempus, tantumque superiore seculo Raymundus Missorius, Renat. Jos. Tourneminius, et Marcellinus Molkenbuhr, et hoc ineunte Wolfgang Froelich magis eam critico oculo intueri, et explorare coeperunt. In Institutionum mearum Historiæ Ecclesiasticæ priore editione post illos totos qui eam crediderunt, etiam ego ivi: in Dissertationibus vero meis in Selecta argumenta Historiæ Ecclesiasticæ in sententiam eam transivi, quæ tenet, falsum hoc totum esse de rebaptizatione, et dissensione ob eam inter Stephanum Papam, et Cyprianum, reliquosque Africanos Episcopos Dissertatio mea quinta tota tractat de hoc argu-

gumento. Argumenta quibus falsitas ostenditur istius rei cum jam exposuerim in hac Dissertatione mea, hic aliqua tantum memorabo, ex quibus apparere possit, quid ex vero magis sit.

Primum est, istam tantam dissensionem, tamque pertinacem, atque etiam oppositionem, quæ ponitur in hac narratione Cypriani adversum decretum Stephani Papæ esse alienissimam ab eo, quod ipse sensit, et docuit in libro suo de Unitate Ecclesiæ, pluribusque aliis scriptorum suorum locis, unitatis cum Episcopo in Cathedra Petri, in qua Christus unitatis originem posuerit, eam necessitatem asserens, ut qui hanc unitatem non teneat, scissus sit ab Ecclesia, Dei legem non teneat, non teneat Patris, et Filii fidem, vitam non teneat et salutem. Alterum est: in hac narratione dici rebaptizationem factam per universam Africam. Ab obitu Cypriani, qui a. 258. martyrio affectus est usque ad Concilium Nicænum I. anni intercesserunt nonnisi sex, et sexaginta. Huic Concilio interfuit Cæcilianus Episcopus Carthaginensis: sicut apparet ex subscriptione, in qua et hujus nomen positum est. Hujus Concilii canone 19. statutum fuit, eos, qui ex Cathaphrygibus et Paulianistis ad Ecclesiam Catholicam confugissent, rebaptizandos esse. Dum autem de his solis rebaptizandis Canon iste constitutus est, non enim servabant legitimam formam verborum in baptizando, colligebatur, alios ab aliis hæreticis baptizatos, non esse rebaptizandos. Huic ergo cum contrarium fuisset, quod fecisset universa Africa, cur non hujus ne mentio quidem aliqua facta in Concilio est, sed neque Cæcilianus adversus hoc statutum quidquam obmovit? Desieruntne jam

tunc

tunc rebaptizare Afri? Ubi, et quando igitnr abrogarunt sua priora de rebaptizatione statuta, cuju abrogationis nullum uspiam est videre vestigium apud ullum Scriptorem? Et quæ res tantum motum fecit, quando statuta, et assumpta est, tamen in silentio desinere, et evanescere potuit, tam late fusa, et in usum deducta per universam Africam? Etiamne dimissio istius rebaptizationis latuisset S Augustinum? et num hanc non protulisset adversum Donatistas, suam rebaptizationem, quam faciebant, fulcientes exemplo, et auctoritate Cypriani?

Tertium est, hoc de Cypriano, ejusque rebaptizatione, cum esset prolatum a Donatistis, S. Augustinum non habuisse pro re certa, talesque fuisse jam ea ætate plures alios. S. Augustini verba hæc sunt Epist. 48. ad Vincent. Rogatian. Vnde hoc utrumque manifestum fit: *Quamquam non desunt, qui hoc Cyprianum non sensisse contendant, sed sub ejus nomine a præsumptoribus, atque mendacibus fuisse confictum.* Rursus in eadem epistola. *Cyprianus non sensit omnino, quod eum sensisse recitatis, aut hoc postea correxit in regula veritatis.* Idem Epist. 108. ad Macrobium: *Cyprianus vicinior temporibus nostris, cujus auctoritate aliquando repetitionem Baptismi confirmare conamini, cum illud concilium, vel illa scripta, si vere ipsius sint, et non sicut aliqui putant, sub ejus nomine conscripta et conficta* etc. Etiam S. Pacianus Episcopus Barcinonens. Sympromiano e secta Novatianorum, qui pariter repabtizabant, suæque rebaptizatoni ejusdem Cypriani exemplum, et auctoritatem prætendebant, negavit, hoc verum esse, sed esse nonnisi calumniam: *Habes*, inquit, *Cypriani t*

sti-

stimonium, quem nec vos unquam infamare potuistis.

Ex testimoniis S. Augustini modo allatis apparet, nec Scripta Cypriani, quæ habent hanc rebaptizationem, nec Concilia, quæ feruntur acta in hac causa jam eadem ætate S. Augustini esse ab omnibus agnita pro sinceris, et authenticis. Etiam illud concilium, quod dicitur celebratum ab Agrippino Carthaginensi Episcopo a. 215. S. Augustinus *lib.* 3. *de Bapt. cap.* 12. arguit esse nonnisi fictitium. Sed et hoc ex illo quod inter hæc Concilia est omnium maximum, et præcipuum Episcoporum septem, et octoginta ex universa Africa, præbet se videndum, et quasi manibus prehendendum. Hoc concilium ponitur celebratum a Cypriano, postquam Episcopi duo cum statuto rebaptizationis Romam ad Apostolicam Sedem missi, rediissent, et retulissent Stephani Papae decretum in contrarium factum, istiusque rebaptizationis inhibitionem: *Nihil innovetur, nisi quod traditum est.* Namque cujus rescripti Pontificii causa ponuntur convenisse Episcopi tanto numero, tamquam in negotio gravissimi momenti, ad deliberandum, quid ad hoc rescriptum agendum ipsis esset; hoc deinde rescriptum in toto illo Concilio nequidem memoratur: sed totus omnium Episcoporum conatus unice eo dirigitur, ut suum prius statutum de rebaptizatione stabiliant. Cum ii, qui hoc confinxerunt concilium, omnem suam cogitationem vertissent eo, quomodo quasi per auctoritatem novi concilii tam copiosi suum figmentum de rebaptizatione, per Cyprianum, et Africanos Episcopos facta, fulcirent; mentem ne eo quidem adverterunt, quo omisso nequidem verisimiliter fictum esset, quod finxerunt.

Quar-

Quarto, ostendi in illa Dissertatione mea, quam hoc, quod a Stephano Papa factum est rescriptum, male conceptum, et confectum, indignumque sit Romano Pontifice, quod is certe nonnisi maturo consilio dedisset in negotio tantæ rei, quæ tot Episcopos totius Africæ respiciebat, et cum quibus id agendum habuit, ne devios a recta doctrina, suæque prudentiæ confisos pertinaciores faceret, sed haberet morigeros. Nam observentur vel ista verba: *Nihil innovetur, nisi quod traditum est.* Anne igitur innovandum, et non potius firmissime servandum est, quod Ecclesia sibi habet traditum? Etiam illud quale est, quod contra rebaptizationem argumentum in hoc Stephani rescripto sumptum sit ab hæreticis, siquidem neque hi rebaptizent? Ea, quæ orthodoxe tenenda sunt, ab hæreticisne sumet Catholica Ecclesia? Ostendi in Dissertatione mea de hoc argumento, unde sumpta sint etiam ipsa verba istius rescripti, Stephano Papæ afficti.

Quinto denique, dum in eadem Dissertatione illas epistolas, quæ Cypriani nomen gerunt, quæque continent hanc rebaptizationem, et dissidium cum Stephano Papa, probavi alias esse simpliciter supposititias, alias interpolatas, eo, quod pugnent cum iis, quæ alibi docuit Cyprianus, et acerrime insectatus est in aliis: illa quoque monumenta Patrum, et Scriptorum, quæ habent hanc Cypriani rebaptizationem, ostendi, esse æque interpolata. Firmiliani vero epistolam esse nonnisi seculo decimo sexto a Morello, Calvini assecla, malis artibus confictam. Dissertatio mea de Cypriano, et Stephano et ista argumenta, quæ hic adduxi, habet magis explicata, et plura alia.

§. 29.

§. 29.

Octava persecutio Ecclesiæ a Valeriano Imp. excitata. Illustriores in hac Martyres. Sapritii Presbyteri infelix casus.

Gallus Imp. a. 253. interiit interfectus a militibus. Aemilianus in ejus locum ab exercitu in Pannonia Imperator salutatus est, sed jam quarto mense sublatus æque a militibus, cum exercitus alius in Norico Valerianum Imperatorem fecisset. Fuit initio pacatissimus Christianis. *Neque enim ullus superiorum Principum*, ait Eusebius lib. 7. H. E. cap. 10. *ne illi quidem ipsi, qui palam Christiani fuisse dicuntur* Philippum Imp. intelligit, ejusque filium Philippum Caesarem: de quibus fuit §. 22. *tanta humanitate, ac benevolentia nostros complexus est, quantam ille præ se ferebat initio principatus sui. Totaque familia piis hominibus abundabat, ac Dei Ecclesia videbatur.* Macrianus Procurator rationum Imperii illum contra Christianos concitavit. Nam cum iste rebus, quas superstitio Gentilis habebat, valde fuisset addictus, ita ut omina etiam ex infantium a se occisorum extis caperet, atque ad ista nefanda etiam Imperatorem induxisset, a Christianis autem, qui ab aulæ obsequio erant Imperatori, unaque adessent, præstigiæ dæmonum, quemadmodum refert Eusebius *cit. loc.* fuissent perturbatæ, hinc concitatore Macriano iram in Christianos concepit Valerianus. Primum hoc remissius egit, et sine sangvine, Episcopos, Presbyteros, et Diaconos jubens pelli, et relegari, et interdicendo Christianis, ne conventus suos agerent: postea autem alio edicto hos etiam suppliciis subjecit.

In

In illa, quæ tantummodo relegatio adhuc im perata erat, Dionysius Episcopus Alexandr. a locum quemdam, Cephro nominatum in Libyar missus est, Cyprianus Episcopus Carthag. Curu bim, qui locus fuit in provincia Africæ Zeugitana. Postquam autem alterum etiam accessit jam sangvinarium edictum, Lactantius *libr. de Mortibus Persecutor.* multum justi sangvinis brevi tempore fusum dicit. In hac persecutione Stephanus Papa sublatus est, ejusque in Pontificatu successor Xistus II. hujusque Diaconus Laurentius igne in crate ferrea tostus. Paterno Proconsuli Africæ, a quo Cyprianus fuit relegatus, cum successisset Galerius Maximus; is Cyprianum Carthaginem revocavit, in hortoque suo manere jussit, ut præsto esset ad quæstionem, dum hanc instituere voluerit. Cum Proconsul Uticam profectu esset, Cyprianusque audivisset, se quoque eo de cendum habendæ de se quæstionis causa, ex hor to se subduxit, in aliumqae occultum locum se abdidit. Fecit hoc, quemadmodum ipse declara vit Epist. 83. ad Presbyteros, et populum su Ecclesiæ, ne si apud Uticam accepta super co fusione sententia Martyr ad Dominum profi sceretur, honor mutilaretur suæ Carthaginen Ecclesiæ. Simul vero atque Proconsul rediit Ca thaginem, Cyprianus quoque hortum repetii Cum venissent, qui eum ad Proconsulem ducere his non tantum animo constanti atque erecto, ve rum etiam vultu pacato, et sereno obviam ivi Nocte, quæ successerat, et antequam postera di habenda de eo esset quæstio, servabatur in dom Principis officii militaris in custodia libera, u coenare etiam cum familiaribus suis posset. Co venit ad fores multitudo populi Christiani, man sitque in platea tota nocte. Mane Cyprianus du

ctus

us ad tribunal est: cumque Proconsul nondum esset, sedileque in loco fuisset linteo contectum ;u, et fortuito, in eo consedit, ut sub ictu etiam ssionis, ut inquit Pontius Diaconus in Vita S. priani, Episcopatus honore frueretur. Erat nirum moris, ut sellæ, quæ Episcopis poneren- r ad sedendum candido velo honoris, et venetionis causa, instratæ essent. Se Proconsuli ristianum confessus, inque confessione intrepis, et immobilis, sententiam accepit, ut gladio iretur. Ad locum supplicii cum perventum set, oculos ipse sibi velavit, manuum lacinias o ejus Presbyteri ligarunt. Carnifici, qui eum rcussurus erat, aureos numos viginti, et quine numerari jussit: circum eum Christiani lini expanderunt ad ejus excipiendum sangvinem. stquam gladio percussus fuit, corpus exsangve ristiani cum cereis accensis, atque luminibus sepulcrum portarunt, et condiderunt. Præter ntium Diaconum, de quo jam dictum est, quism etiam alter scripsit Cypriani vitam, sed : scriptor est recentior. Utraque descriptio eribus S. Cypriani præfigi solet cum Actis Prosularibus Martyrii ipsius.

Nec prætereunda videtur, in hac persecutio- Cyrilli pueri Caesareæ in Cappadocia memoria, quo èluxit, quanta vis sit fidei, quamvis in iera ætate. Iste vix infantiam egressus, et in e Christiana institutus cum Christum semper ore haberet et laudaret, a patre, qui Gentilis nserat, idcirco verberibus sæpius affectus, et num e domo etiam ejectus fuit. Judex hunc nditiis primum, deinde ostensione et minis tor- ntorum voluit avocare a Religione Christiana, patri reconciliare. Etiam ad locum supplicii

jus-

jussit duci, et carnifex ignes intentavit, et gladium exeruit ad terrendum puerum. Sed mansit imperterritus, quin reductus etiam expostulavit cum ipso Judice, quod eum ludificatus tantum esset. Tandem post ista ejusdem judicis jussa caput ei amputatum est. Accidit et iste casus, sed in contrarium tristissimus. Sapricius Presbyter Nicephoro antea conjunctissimus, et amicissimus, aliqua offensa accepta talem in hunc iram, et inimicitiam conceperat, ut hic illum nulla deprecatione sibi reconciliare potuerit. Comprehensus fuit Sapricius in hac eadem persecutione, nec tantum Christianum, verum etiam Presbyterum se esse confessus est. Duravit in eculeo. Ducitur ad supplicium. Nicephorus semel, atque iterum ab eo, dum duceretur veniam errati sui petiit, etiam tertio jam in loco supplicii, flexisque coram eo genibus: nullis tamen precibus Sapricius exorari potuit. Quid fit? Dum jam carnifex daturus gladio ictum esset, Sapricius sistere Carnificem jubet; nam se paratum esse ad sacrificandum diis. In ejus locum se offert Nicephorus. Res refertur ad Prætorem. Hujus jussu Sapricius dimittitur, Nicephorus gladio feritur. Perdidit non tantum coronam martyrii, sed ipsam etiam fidem, qui inexorabili ardens odio charitatem proximi non habuit, quam qui non habet, neque Deum diligit. 1. *Joan.* 4. *v.* 20. Etiamsi mortem pertulisset, nihil ei profuisset. Nam, *si tradidero corpus meum, ita ut ardeam, charitatem autem non habuero, nihil mihi prodest.* 1. Cor. 13. v. 3. Ex Actis Sinceris Martyr. apud Ruinart. est hoc sumptum et de Cyrillo puero, et Sapricio.

Valerianus an. 257. persecutionem excitavit, nondumque præterierunt anni duo, et a Sapore Re-

Rege Persarum in bello captus, ita ignominiose habitus est, ut quotiescunque Sapor equum adscenderet, aut ex eo descenderet, Valerianus in Imperatorio habitu procumbens se velut scabellum præbere debuerit, Saporque pedem super ejus cervicem poneret: tandem post decem annos istius teterrimæ servitutis idem Sapor vivum excoriandum curavit, ejusque pellem rubro colore tinctam in templo sui dei suspendit. Rem refert Lactantius *de Mortib. Persecutor.* Gallienus Valeriani filius et ab hoc in consortium imperii assumptus, capto patre illico persecutionem sustulit. Ipsum rescriptum missum in Aegyptum hac de re exstat apud Eusebium *lib.* 7. *H. E. cap.* 13.

§. 30.

Nona persecutio Ecclesiæ excitata ab Aureliano Imp. sed ad remotiores Imperii provincias non perlata.

Gallienum, quod se voluptatibus, et luxui totum tradidisset, Imperiumque neglectui habuisset, quo factum est, ut non tantum bellis exterorum hostium, verum etiam intestinis miserrime vexaretur, dum triginta essent, qui nomen, et potestatem Imperatoriam invasissent, milites interfecerunt. Claudius III. a. 268. in ejus locum ad Imperatoriam dignitatem evectus est: qui cum et Gothos infestos Imperio debellasset, et eos sustulisset, qui in provinciis sibi imperium arrogaverant, jam tertio anno imperii sui decessit ex pestilentia. Quintillus ejus frater ab una factione militum creatus Imperator est, ab altera autem Aurelianus: quo facto cum Quintillus desertus

etiam

etiam ab iis esset, qui eum elegerunt, die vig simo, postquam Imperator factus est, morte ipse sibi conscivit. Aurelianum initio non fuis aversum a Christianis, ex eo advertitur. Paul Samosatenus Episcopus Antiochenus, de quo a huc postea redibit sermo, ab Episcoporum co cilio damnatus, et depositus est ex Episcopat qui vero exire e domo Episcopali, et hanc trad re noluit Domno, qui in ejus locum factus fi Episcopus. Quamobrem ab Episcopis itum ad A relianum est, qui tunc in Syria erat. Is lite diremit, iisque domum adjudicavit, *Quibus It lici Christianæ Religionis Antistites, et Rom nus Episcopus scriberent* teste Eusebio lib. 7. E. cap. 27.

Non mansit autem Aurelianus talis. Jam 273. istud edictum in Christianos fecit: *Compe mus ab his, qui se nostris temporibus Christi nos dicunt, legum præcepta violari. Hos er comprehensos, nisi diis nostris sacrificaverint, versis poenis subdite, ut habeat et districtio pr lata justitiam, et in resecandis criminibus ul terminata jam finem.* Vopiscus docet, cultui de rum fuisse valde addictum, quorum templa omr tam Romæ, quam alibi magnificentissimis doı exornaverit. Apud quem proinde hoc odium Christianos vel sponte, vel aliorum, inprimis crificulorum, sufflatione accensum est. Non fi hæc persecutio diuturna. *Cui*, ait Lactantius Mortib. Persecutor. cap. 6. *ne perficere quide quæ cogitaverat, licuit, sed protinus inter ini furoris sui exstinctus est. Nondum ad provinci ulteriores cruenta ejus scripta pervenerant, jam Canofrurio, qui locus est Thraciæ, cruen ipse humi jacebat.* Ad Byzantium periit, cum u

suo

suo liberto minas intentasset, atque iste non vanas reputans, cujus ingenium noverat irarum tenax, libellum confinxisset, quasi manu Imperatoris scriptum, atque in hoc tam suum, quam plurium aliorum nomina ponens, quos is destinaverit interficere, hos ad insidias parandas Aureliano, eumque sufferendum induxisset.

§. 31.

Decimam persecutionem excitat Diocletianus per Maximianum Galerium concitatus. Nicomediæ ubi erupit, cujusdam Christiani improvidum facinus. In hac quomodo se erga Christianos Constantius Chlorus gesserit.

Post Aurelianum, qui an. 275. periit, Tacitus factus est Imperator, qui post sex menses morbo sublatus est. Hujus frater Florianus Imperium apprehendit per seipsum: hunc milites non ferentes, absque sua suffragatione assumpsisse Imperium nondum exactis duobus mensibus sustulerunt. Probus Sirmii in Pannonia natus, ob virtutem bellicam ab omnibus magni habitus, summa et exercitus, et Senatus consensione renunciatus est Imperator. Attamen post annos sex jam etiam hunc milites interemerunt, eo quod ipsos pacis tempore occupasset in sternendis viis, exsiccandis paludibus, aliisque utilissimis ejusmodi publicis operibus. Carus ei successit, qui sibi suos filios, Numerianum, et Carinum sub nomine Caesarum adjunxit. Carus vix expleto biennio in bello contra Persas occubuit. Numerianum Aper ejus socer sustulit spe potiundi Imperii: quod tamen ei non successit. Nam milites factum ejus de-

detestati, Valerium Dioclem, Salonæ in Dalmatia natum Imperatorem salutaverunt die 17. Septemb. a. 284. unde initium sumit Aera Diocletiani, seu Martyrum. Diocles in societatem imperii assumpsit Maximianum cum Caesaris titulo, qui suo nomini cognomen addidit Herculei, sicut Diocles quoque se vocari voluit Diocletianum Jovium, ut Maximiani auxilio uteretur ad Carinum opprimendum. Carinum sui milites peremerunt. Maximianum Herculeum Diocletianus ad eumdem etiam secum Imperii gradum extulit, cum Augusti titulo: cumque Aegyptum quidam Achilleus invasisset, pluraque discrimina exorta essent in aliis etiam provinciis Romani Imperii, Diocletianus insuper assumpsit in consortium Imperii Constantium Chlorum Probi Imperatoris ex filia nepotem, et Maximianum Galerium ex Dacia oriundum: attamen ad secundum tantum gradum Imperii cum Caesarum titulis.

Inter hos quatuor sic fuit divisum Imperium, ut omnia, quæ trans Galliæ alpes sunt, Constantio commissa essent, Italia, et Africa data sit Herculeo, Illyrici ora usque ad Ponti fretum Galerio, cetera Diocletianus sibi servaverit, quemadmodum est apud Aurelium Victorem. Antequam persecutionem excitasset Diocletianus, quali pace, et prosperitate usa sit Christiana Religio, etiam adhuc sub Diocletiano, demonstrat Eusebius lib. 8. H. E. cap. 1. cujus hæc verba sunt: *Nam qualem, quantamque gloriam, simulque libertatem doctrina veræ erga Deum Religionis consecuta sit apud Græcos omnes, pariterque barbaros ante hanc persecutionem* (a Diocletiano excitatam) *nos pro merito explicare non possumus. Argumento esse*

po-

otest Imperatorum benignitas erga nostros, quod is provincias etiam commiserint regendas, omni x metu sacrificandi liberantes ob singularem, ua in Religionem nostram ferebantur benevolenam. Quid opus est dicere de iis, qui in Impetorum palatiis versabantur? quid de Imperaribus ipsis, qui domesticis suis, eorumque uxobus, liberis, ac servis ea, quæ Religionis suæ ant, tam verbis, quem factis libere exequendi ram semetipsis potestatem dederunt, ipsis ob nc fidei suæ libertatem gloriari, ac se ostentaquodam modo permittentes, eosque præ ceteris nibus ministris præcipuo quodam amore comctebantur. Cujusmodi fuit Dorotheus ille, qui mam erga ipsos benevolentiam, ac fidem deravit, eamque ob causam præ cunctis magiatibus, et provinciarum Rectoribus magnum iorem promeruit. Huic adjungendus est celerimus ille Gorgonius, et quicumque alii ob sernem Dei eumdem cum istis sunt gloriam conuti. Similiter et singulis Ecclesiarum Antistius summum honorem, cultum, ac benevolenm ab omnibus tam privatis, quam provincia Rectoribus deferri vidisses. Jam vero quis merabilem hominum quotidie ad fidem Christi fugientium turbam, quis numerum Ecclesia in singulis urbibus, quis illustres populorum cursus in aedibus sacris cumulate possit debere? Quó factum est, ut priscis aedificiis non contenti in singulis urbibus spatiosas ab s fundamentis exstruerent Ecclesias.

At vero huic tantæ tranquillitati, et prospeti per annos viginti, et octo ab interitu Aurei Imp. usque ad an. 303. successit tempestas, rocella persecutionis, quæ omnes priores sævitie,

vitie, et immanitate superavit. Galerius fuit fa
istius persecutionis, instigatus a matre, quæ su
pra modum dedita superstitioni Gentili exosos ha
buit Christianos. Jamque etiam Diocletianus his
irasci coepit, cum quidam e Christianis eo immo-
lante cruce seipsum signasset, atque inspecta vi-
ctimarum exta nihil boni portendissent, et extis-
spices causam in Christianos, qui aderant, con-
tulissent. Sed nunc perhibente Lactantio *de Mort.
Persecutor. cap.* 10. tantum hoc mandatum dede-
rat, ut Christiani, qui in aula Imperatoria erant
nisi diis sacrificassent, verberibus cæderentur,
milites militia solverentur: nec Galerium, nihil
nisi funesta svadentem in Christianos audire vo-
luit, ostendens, quam perniciosum esset, inquie-
tari orbem, fundi sangvinem multorum: illos li-
benter mori solere, satis esse, si Palatinos tan-
tum (hoc est eos, qui in palatiis Imperatoris
essent) ac milites ab ea Religione prohiberet
Galerio autem non desistente, fit consultatio ali
etiam adhibitis ad consilium. Hi partim suo
Christianos odio, partim assentantes Galerio, id
quod iste, probant. Neque tamen adhuc ce
Diocletianus sed ad Apollinem, cujus Mileti
oraculum, misit consulendi gratia. Postquam
ro Apollinis etiam oraculo fuisset approbata
secutio, qui insuper diceret, ob eosdem Chri
anos se non posse vera semper edere orac
tandem decreta est persecutio. Anno imp
Diocletiani decimo, et nono qui annus fuit t
centesimus tertius a Christi natali, die vigesi
et tertia Februarii, qua Romani festa celebrab
dicta Terminalia in honorem dei Termini, di
præstituta est inchoandæ persecutioni, et ne nu
quidem adhuc sangvinariæ, et funestæ: Sed tan
tum jubebantur Ecclesiæ dirui, et solo æquari

sacri

ıcri codices comburi: in eos autem qui honori-us fungebantur, fuit nota infamiæ constituta, in lebejos privatio libertatis, si in proposito Chri-ianæ Religionis perstitissent. *Euseb. lib.* 8. *H.* . *cap.* 2.

Dum igitur dies ille Terminalium illucescere episset, omnium primo Nicomediæ, ubi Diocle-nus tum residebat, publice in foro appensum : persecutionis edictum, protinusque Prætoria-rum cohortes venerunt ad Ecclesiam diruen-m, et evertendam funditus. Ne ignis admove-tur, caverat Diocletianus, ne forte ignis ultra pens noxius fieret aliis ædibus. *Revulsis fori-s*, ait Lactantius cit. loc. *simulacrum Dei quæ-ur* (tale videlicet etiam Christianis esse puta-nt) *Scripturæ sacræ incenduntur, datur omni-s præda, rapitur, trepidatur, discurritur.* lictum illud *Vir quidam minime obscurus,* sunt rba Eusebii lib. 8. H. E. cap. 5. *sed secularium norum prærogativa inprimis conspicuus, Zelo udam divino commotus, et ardore fidei incita-s detraxit, et tamquam impium, ac scelestum anibus suis discerpsit.* Magno hoc illum animo isse, est etiam dictum ab Lactantio. Neque nen idcirco, recte etiam hoc ab eo factum es-censendum est. Nam sunt Christi hæc verba: *o dico vobis, non resistere malo.* Matth. 5. v. Imprudentia fuit, eaque noxia quam pluri-: quandoquidem hinc non aliud exspectari et, quam ut Diocletiani, hoc facto irritati, ira is accenderetur, graviusque saeviret. Hoc Historiæ Ecclesiasticæ compositores nostræ is vulgo utuntur ad probandum, Christianos ı sibi ipsis fuisse causam persecutionum. Non utem justa censura. Neque enim ob unius

15 * in-

inconsideratum factum debent incusari omnes. Is vero, qui hoc fecerat, illico comprehensus, *Non modo extortus* (excruciatus) *sed etiam legitime coctus, cum admirabili patientia postremo exustus est.* Sunt verba ejusdem Lactantii.

Illo vero edicto Galerius, qui Diocletianum ad inferendam persecutionem concitavit, non fuit contentus, Christianos omnes voluit vivos exuri. Quamobrem *Aliter Diocletianum adgredi parat.* (Etiam hæc sunt Lactantii verba) *Nam ut illum ad propositum crudelissimæ persecutionis impelleret, occultis ministris palatio subjecit incendium. Christiani arguebantur velut hostes publici, et cum ingenti invidia simul cum palatio Christianorum nomen ardebat: illos consilio cum eunuchis habito de exstingvendis Principibus cogitasse, duos Imperatores domi suæ pœne vivos esse combustos. Diocletianus vero, qui semper se volebat videri astutum, et intelligentem, nihil potuit suspicari,* (de Galerio annon hujus tantum calliditate, et artificio structum esset incendium) *sed ira inflammatus excarnificari omnes suos protinus præcepit. Sedebat ipse, atque innocentes igne torrebat: item Judices universi, omnes denique, qui erant in palatio Magistri, data potestate torquebant. Erant certantes, quis prior aliquid inveniret:* hoc est, ut aliquid confessionis de incendio, per Christianos structo, posset exprimere per tormenta. Post dies quindecim denuo incenditur, et ardet palatium: iterumque Galerius hoc incendium molitus est. Fugit Galerius non tantum ex palatio, verum etiam ex urbe, contestans, fugere se, ne vivus arderet.

Hic

Hic jam Diocletianus eo inflammatus furore est, ut decreverit, saevire non tantum in domesticos, sed etiam in Christianos omnes. Valeriam filiam, et Priscam conjugem, nam et hæ Christianæ erant, omnium primo adgressus sacrificio polllui coegit: item ceteri Christiani omnis ætatis, et sexus comprehenduntur, et ad supplicium ignis rapiuntur: neque singuli, verum gregatim ob multitudinem circumdato igne exuruntur. Pleni erant carceres, tormentorum nova genera, et inaudita excogitabantur. Hoc cum coeptum esset in provinciis quæ sub Diocletiano, et Galerio positæ erant, ejusdem Diocletiani, et Galerii nomine missæ sunt literæ ad Herculeum, et Constantium, ut ipsi quoque in suis provinciis idem facerent. Hurculeus libens paruit; Constantius autem aedium quidem parietes, in quibus Christiani conventus suos agebant, demoliri permisit, quod isti facile restitui possent, idque ne ei, quod voluntatis erat ceterorum, qui imperabant, penitus contrarius haberetur, a Dei templo autem, quod in hominibus esset, violando, (rem sic Lactantius expressit) prorsus abstinuit. Christianis, qui in ejus palatio erant, ut refert Eusebius *lib.* 1. *de Vita Constantini cap.* 16. edixit, non aliter se eos retenturum, nisi Christianæ Religioni renunciassent. Non fecit vero istud aliter, quam in speciem. Nam eos qui aulæ honoribus capti, paratos se se obtulerant ad renunciandum Religioni a se rejecit, et facessere ex aula jussit, dicens, quomodo credere posset, hos sibi esse fideles, qui fidem Deo non servassent? ceteros vero retinuit, etiam collaudatos: Tales enim dignos esse Principis amicitia, quosque in pretio is habere debeat præ omni thesauro. *Vexabatur ergo*, ait Lactantius, *universa terra, et præter Galliam*

ab

ab Oriente usque ad Occasum tres acerbissim bestiae sæviebant.

§. 32.

Atrocitas, et immanitas hujus persecutionis. Qu rumdam Martyrum in hac singularis memu ratio.

Quales caedes, et laniatus tunc per univer sum Imperium fuerint Christianorum, solis pro vinciis exceptis, quæ erant sub Constantio, quo millia Martyrum vario suppliciorum, et morti genere interfecta sint, negat Eusebius *lib.* 8. *H. E. cap.* 6. ullam posse sufficere orationem ad hæ explicanda. Dorotheus, et Gorgonius Diocletia no ab aulæ obsequio, eique antea charissimi, elisis laqueo faucibus peremti sunt. Petrus ejus dem Diocletiani cubicularius primum suspensu sic cæsus est, ut caro ab ossibus divelleretur, vul neribus deinde infusum acetum, et sal, demu in ferrea crate lento igne tostus est, donec spi tum reddidisset. Idem Eusebius docet accidisse Palaestina, et Tyri: una et istud memorans, qu cum Christiani prius flagris concisi, fuissent o jecti bestiis, hæ illos non attigerint, quamvis fe ro etiam candente irritatæ fuissent ad illos lania dos, sed se vertisse in eos, a quibus urgebantur: cumque bestiæ ab his abstinuissent, ferro ess deinde contrucidatos. In Aegypto post laniatio nem ungvibus ferreis in eculeo, et faces ardente corpori admotas, esse alios in mare demersos, alio combustos, alios in crucem actos inverso corpore in Thebaide acutis testarum fragminibus fossa es se, et lacerata Christianorum corpora eousque do-

nec spiritum ducerent, vel ex uno pede suspens corpore deorsum verso, vel utroque pede alatos ad duos ramos arborum ad se adductos, sque deinde dimissis discerptos. Qua vero fortudine, et quam parato animo martyria subivent, sic est scriptum ab eodem Eusebio. *Quo uidem tempore*, inquit, *mirabilem inprimis anii ardorem, vereque divinam virtutem, et alaritatem eorum, qui in Christum crediderant, culis nostris conspeximus. Etenim vix dum adersus primos lata erat sententia, cum alii aliunde ad tribunal Judicis prosilierunt, Christianos se se confessi. Et pericula quidem, cunctaque multiformium tormentorum genera parvi ducebant, supremi vero omnium Numinis cultum libera voce, absque ullo metu profitebantur, et cum gaudio, atque hilaritate ridentes capitalem sententiam excipiebant, adeo, ut in laudem conditoris omnium Dei psalmos, hymnosque, et gratiarum actiones ad extremum usque spiritum concinerent.* In Phrygia locum quempiam memorat, cujus incolæ omnes, cum se professi essent Christianos, ad unum omnes ne infantibus quidem exceptis usti sint, aliis alibi arundinem esse ad digitos eorum summitate adactam, aliorum terga plumbo liquefacto, et candente perfusa, alios per omnia membra igne, atque ferro excruciatos.

Est singulare, quod S. Ambrosius *lib.* 2. *de Virginib. cap.* 4. refert de Theodora virgine Alexandrina. Hæc nobili genere nata, et ad tribunal adducta, cum illud ei etiam crimini esset datum, quod nollet nubere, ad lupanar est missa, t illic prostibulo esset. Hoc de virginibus viondis fuisse etiam ab Imperatoribus constitutum, docet Eusebius *cit. loc.* atque inde factum esse, ut

ut Antiochiæ, aliisque in locis virgines quædam, et matronæ se in fluvium præcipitaverint, ne eis pudicitia eriperetur. Ad Theodoram autem in lupanar venit Christianus quidam nomine Didymus habitu militari, et cum Virginis vestibus suum permutat vestitum, svasitque ei, ut se subduceret, ipse illius vestibus indutus ibi mansit. Intrat juvenis non jam Christianus tanquam ad virginem, ejus rei causa, quæ in lupanari fieri solet. Videt virum in veste feminæ: quod vero factum esse credens per prodigium, fugit cum clamore, timens, ne sicut illa in virum, ita ipse fortasse in feminam mutaretur. Didymus examinatus fatetur rem, prout acta est, unaque se Christianum. Condemnatur, et ducitur ad supplicium. Accurrit Theodora, seque proclamat, eam esse, in cujus locum Didymus se substituerit, proinde sibi deberi supplicium, non illi. Negat ille. In se enim esse latam sententiam, dumque ipse condemnatus esset pro illa, illam esse libertati redditam. Itane vero, reponit hæc, *Si ego te pecuniæ fidejussorem fecissem, numquid non fierem rea, si dum ego solvendo essem, tu tamen solvere pro me deberes? Ego te pudoris mei vadem sumpsi, non mortis. Sufficiunt membra morti, quæ non sufficiebant injuriæ. Est in virgine vulneri locus, qui non erat contumeliæ. Ego opprobrium declinavi, non martyrium. Tibi cessi vestem, non professionem mutavi. Possumus uterque satisfacere sententiæ, si me prius patiaris occidi. In te non habent aliam, quam exerceant poenam; in virgine obnoxius pudor est.* Satisfactum utrique est: morti dati sunt ambo.

Genesius mimus in theatro coram Diocletiano ritus Christianæ Religionis produxit scenice, Im-

pe-

peratori, ceterisque spectatoribus, ut faceret risum. Qui dum repræsentat Baptismum, repente ludum vertit in rem seriam, seque Christianum palam in theatro professus, hortatur cum alios spectatores omnes, tum ipsum Imperatorem, ut Christiani fierent. Hoc etiam nonnisi ludicrum esse primum putabat Imperator: postquam autem advertit omnino serium esse, ad eculeum ejus jussu impositus est. Cujus latera, dum ungulis sulcarentur, facesque ardentes corpori admoverentur, ille, *Etiamsi*, inquit, *millies occidar*, *Christum mihi de ore*, *Christum mihi de corde auferre tormenta non poterunt*. Quem postquam Diocletianus vidit inflexibilem ad omnia tormenta, gladio percuti jussit. Apud Ruinartium in Actis sinceris Martyrum est tam hoc, quam illud, quod sequetur.

Diocletianum habent Acta hæc, statim a principio sui imperii Maximianum Herculeum, quem collegam Imperii fecerat, misisse in Gallias adversus rusticos seditionem facientes, qui se Bagaudas appellarunt. Id, quod de expeditione hac etiam apud Eutropium est. Tumultu haud difficulter sedato, et compresso, Maximianum militum opera usum esse ad persequendos in Gallia Christianos. In hoc exercitu legionem, dictam Thebæam a Thebis urbe Græciæ, cujus milites omnes Christiani essent, deprecatam esse hoc imperium. Itaque semel, atque iterum, cum in sententia constans mansisset, hanc legionem decimatam esse. Tunc Mauritium, Candidum, et Exuperium, qui militiæ prima munera in hac tenebant, adiise Maximianum, et dixisse, Se esse us milites, et ituros strenue in hostem, si mitterentur, una vero etiam se Dei cultores esse,

cui

cui magis obediendnm, quam homini sit; hunc vero se se offensuros, si Christianorum innocuo sangvine manus suas commaculassent. Ipsius esse jussionem, ut in Christianos inquirerent: itaque seipsos ei offerre, qui Christiani sint, nec reformidare qualemcumque mortem, quam obire etiam ambierint, dum vidissent suos commilitones trucidari. Hæc audientem excanduisse Maximianum, ejusque jussu a ceteris legionibus esse hanc totam concisam, et interfectam. Hujus legionis Martyribus additus est deinde adhuc Victor, veteranus miles, qui pertransiens a militibus, qui caedem illam perpetraverunt, et invitatus ab his ad comessationem ex spoliis interfectorum, cum intellexisset, unde ista essent, detestatusque hos milites esset, quippe Christianus, ab his interfectus est. Hi Martyres Agaunenses etiam vocantur ab Agauno Galliæ oppido, ubi occubuerunt.

Initia vero imperii Diocletiani pacata Christianis fuerunt, tantumque anno ejus imperii decimo et nono, ut jam demonstratum est, erupit persecutio: deinde Gallia fuit, sub Constantio Caesare, qui nullam talem acerbitatem in Christianos unquam exercuit. Huic ergo narrationi erit ne tribuenda fides? Non debet statim sententia ferri objecta difficultate, sed adhibenda est prudens et circumspecta consideratio. Apud Bollandistas Tom. 50. ad diem 22. Septemb. videre est, et legere horum Martyrum cultum esse antiquissimum in Ecclesia inde a seculo quinto, et sexto in Gallia, Belgio, Helvetia, Hispania, et Lusitania: horum martyrium deinde celebrari in pluribus antiquissimis etiam Martyrologiis. Temerene horum memoria celebrata est annua etiam festivitate a tot Ecclesiis? et qui illa Martyrologia scrip-

ipserunt, istisne sine fundamento historicæ fi-
hos Martyres inseruerunt? Passionem horum
rtyrum a S. Eucherio Episcopo Lugdunensi,
circa a. 430. factus Episcopus est, edidit pri-
m Petr. Francisc. Chiffletius, et post hunc
inartius. Igitur hæc narratio nititur etiam te-
ionio ejusdem Eucherii Lugdunensis Episcopi
adem Gallia, ubi hoc Martyrium Thebæorum
itum contigit. In hac Passione, scripta ab Eu-
rio, non est expressus locus, et tempus hujus
rtyrii. Ad summum igitur, incertum tantum
ere posset, quo tempore, et loco hi Marty-
occisi sint: nec in historia res statim amittit
m, si quæpiam differentia sit narrationis quo-
ea solum, quæ sunt cum re conjuncta, quan-
uidem maneat convenientia quoad ipsam rem.
menius *in Panegyrico pag.* 214. habet, Con-
ntium Imp. adversus Carausium, qui Imperium
Britannia sibi arrogavit, classem a. 293. parari
isse: ac duce Allecto Carausium esse victum,
occisum: sed cum Allectus quoque sibi retine-
Britanniam conatus esset, adversus hunc an.
6. Constantium classem paratam eduxisse, cæ-
que Allecto Britanniam recuperasse: quoque
dem tempore, ut est apud eumdem Eumenium,
rculeus in Gallias venerit, ne quid barbari
ente Constantio molirentur. Hinc igitur lu-
n accenditur ad videndum, quomodo etiam
Gallia, Herculeus potestatem exercere potue-
Idem fuit ingenio fero, et truci. Quemad-
dum igitur post abrogatum edictum de perse-
ione Maximinus tamen hanc per seipsum susci-
t; ita et hanc ante illud edictum Herculeus in-
ere potuit.

Dio-

Diocletianeae persecutionis Martyres sunt etiam, Sebastianus, qui Mediolani sagittis confixus est, Januarius Episcopus Beneventanus, Petrus Episcopus Alexandrinus, Cosmas, et Damianus duo in Cilicia nobiles medici, dicti Anargyri, quod citra argentum, et mercedem infirmis operam suam præstiterint gratuitam, Vincentius Diaconus Cæsaraugustanus in Hispania, Agnes virgo annos nata tantum decem, et tres: cujus martyrium teste S. Hieronymo *Epist. ad Demetriadem* omnium gentium literis, et lingvis celebrarunt Ecclesiæ, Lucia virgo Syracusana, Barbara Nicomediensis, Euphemia Chalcedonensis. De Marcellino Pontifice Romano etiam martyrio in hac persecutione affecto habent Acta ab ejus nomine dicta Marcellini, hunc idolis thus adolevisse, ne minis quidem ullis adhuc sibi intentatis, ad solamque Diocletiani svasionem: at postea ductum poenitentia, et sacco indutum venisse Sinuessam, civitatem Campaniæ, ad concilium trecentorum Episcoporum, atque crimen suum confessum esse: cui vero ab his omnibus Episcopis responsum una voce sit: *Tu eris judex. Ex te enim damnaberis, et ex te justificaberis. Prima Sedes a nemine judicatur.* Itaque Marcellinum adiisse Diocletianum, atque impietatatem ei in faciem exprobrasse, qui eum ad tantum flagitium induxisset: ab hoc autem poena capitali affectum esse. Hæc narratio magnam invenerat fidem, ita ut Baronius in Annal. ad an. 303. quamvis suspectam habuisset, tamen nihil dicere adversus hanc ausus sit. Nunc re magis examinata, una est Criticorum sententia, hoc de lapsu Marcellini esse merum commentum una cum Sinuessano hoc concilio. Ne longior sim in demonstratione, jam nemine adversante, non necessaria, solummodo afferam illud, quod S. Augu-

gu-

ustinus lib. de Unico Baptismo in defensionem larcellini opposuit Petiliano Donatistæ. *Quid rgo, ait, opus est, ut Episcoporum Romanæ Eclesiæ, quos incredibilibus calumniis insectatus st Petilianus, objecta ab eo crimina diluamus? larcellinus, et Presbyteri ejus, Melchiades, Marællus, et Silvester traditionum Codicum divinoum, et thurificationis crimine ab eo arguuntur. ed numquid in eo etiam convincuntur, aut concti aliqua documentorum firmitate monstrantur? se sceleratos, et sacrilegos fuisse dicit: ego incentes fuisse, respondeo. Quid laborem probas defensionem meam, cum ille ne tenuiter quiem probare conatus sit accusationem suam?* unt falsitatis horum Actorum ista quoque manista argumenta. In illa saevissima persecutione iocletiani ponitur concilium Sinuessæ habitum ac de causa Episcoporum trecentorum. Hoc ne ero tale tempus fuit, quo tot Episcopi potuerint onvenire ad Concilium? In his Actis illane tiam cohærent, quod Marcellinus dicatur venisse ultro, et in sacco ad hoc concilium, crimenque suum confessus esse: idem tamen etiam dicitur negasse idem crimen, dum hoc ei objectum fuisset: cumque testium unus qui duo, et septuaginta adversus eum steterint, ei objecisset, testatusque esset, se se illum vidisse immolantem ido-o, Marcellinus vero ex hoc quæsivisset, quoiam id factum esset die, hunc reposuisse, factum oc esse eo die, quo purpuram exuerit, coccumue induerit. Quasi vero Romani Episcopi purura sese vestivissent, quæ nonnisi insigne Impetoriæ dignitatis fuit, illisque præsertim tempobus. Melchiadis, qui deinde Romanus Pontix factus est, judicium, quod de Donatistis tu-, hi studuerunt infringere, quasi qui in crimen ido-

idololatriæ lapsus, nec Episcopus potuerit l
me fieri. Hinc iidem hanc de Marcellino sc
nequissime adornarunt, ut dum in hac Me
dem Marcellino adjunxissent, haberent, quo
possent idololatriæ crimine infamare, illiı
sententiam adversus se, veluti invalidam, :
diare.

§. 33.

Diocletianus, et Herculeus ad vitam priv redeunt. Galerius, et Constantius ad pri Imperii gradum adscendunt. Severus, et ximinus fiunt Caesares. Galerius crud tem auget in Christianos. Maxentius H lei filius per seipsum assumit purpuran patrem quoque inducit ad hanc resu dam. In toto Occidente oritur serenitas stianis.

Diocletianus anno post excitatam perse
nem altero in gravem incidit morbum. Ga
tam hunc, quam Herculeum, quasi eorum
ti in senecta consulens, induxit ad imperiu
mittendum, ipse cupiens adscendere ad gr
Imperii primum. Hunc igitur cum ipse, et
stantius obtinuissent, facti sunt, eodem Ga
negotium gubernante, novi Caesares, Sev
et Maximinus. Galerius, qui instigator fui
fax persecutionis in Christianos, qui in alios
omnes, ipsos viros quoque primarios Ron
rum tam violentus fuit, ut quod crucis sup
um nonnisi pro servis fuit, in illos etiam
beret, tantumque ob causas leves; qui ho
ursis sævissimis objiceret tantum etiam a

et voluptatis causa, dumque horum artus, et membra discerperentur, effusissime rideret; qui numquam absque cruore humano coenaret; qui omnes enormibus tributis premeret; qui ne mendicis quidem pepercerit, ideoque, quod nihil esset, quod rapi ab his posset, in forum conveni-re jussos, naviculis impositos, atque exportatos demergendos ad mare curaverit; hujus qualem debemus cogitare rabiem, quam in Christianos exercuerit, ubi ad imperii supremum fastigium adsendit? Sit hoc in exemplum. Novum in hos excogitavit supplicii genus, ne morte cito tormenta finirent, sed fieret quam longissima excruciatio. Jam prius in eculeo tortos ad palos jussit deligari ita, ut pedum plantis flamma supponi posset: qua leni eousque urerentur, donec callum igne contractum ab ossibus recederet: accensæ deinde faces, et exstinctæ gliscente Lychno singulis membris admoverentur, nulla corporis parte relicta intacta: dumque interim facies, atque fauces refocillarentur perpetuo aqua frigida ad spiritum retinendum quam longissime in corpore. Istis crudelitatis, atque sævitiae, plus quam ferinæ elogiis Galerium ornat Lactantius *lib. de Mort. Persecutor.* unde et ista sunt, quæ sequentur.

Apud Diocletianum, antequam imperium dimisisset morabatur Constantinus Constantii Chlori filius, juvenis animi, et corporis pulcherrimis dotibus præditus, quem Diocletianus Caesarem etiam creasset, nisi Galerius impedivisset: eumdem postea Galerius apud se Nicomediae retinuit in speciem benevole, reipsa autem ne si reversus esset ad patrem ab hoc, qui eum iteratis literis revocaverat, et Eboraci in Britannia ægro-

ta-

tabat, exercitui commendatus, perveniret ad Imperium. Quin vitæ ejus quoque insidiabatur, sed artificiose per speciem exercitationis virium, atque fortitudinis inducendo illum ad pugnam quasi per ludum cum feris belluis. Tandem cum urgente Constantio patre reditum ei ultra denegare non posset, dato sigillo permisit, ut altera die, acceptis ab eo mandatis, abire posset. At Constantinus non exspectato mane ad iter se dedit, assumptis omnibus publicis equis, ne id fieret, quod secus factum fuisset. Nam cum Galerius postera die usque ad meridiem, de industria stertens, in lecto mansisset, ac deinde Constantinum jam non adesse intellexisset, hunc ex itinere retrahi jussit, frendebatque, cum sublatis publicis equis vidisset, id nisi cum mora fieri posse, qua vero interposita illius assequendi spes non superesset.

Constantinus, ubi ad patrem pervenit, hic illum exercitui proposuit in sui locum; cujus acclamatione factus Imperator est: nec Constantius postea ultra mensem vixit. Galerius Constantini imaginem laureatam ad se missam cum eo, qui hanc attulit, combussisset, nisi amici disvasissent monentes, res quanti periculi foret, si Constantinus cum exercitu adversus eum veniret ad ulciscendam contumeliam; siquidem facile evenire posset, ut a suo etiam exercitu deseratur, isque transeat ad Constantinum, quo invito, posthabitoque eodem Constantino, facti per eum essent Caesares, Severus, et Maximinus. Misit igitur ei purpuram, attamen promovendo Severum ad secundum Imperii gradum, et Constantino dando tantum quartum locum etiam post Maximinum, ac nonnisi cum titulo Cæsaris. Cum Romam quoque

que Constantini imago venisset, Maxentius Herculei filius, cui doluit, sibi quoque, quamvis Imperatoris filio, antelatum esse Severum, et Maximinum, ipse quoque assumpsit purpuram, utque se patris auctoritate firmaret, huic quoque persvasit, ut eam resumeret. Galerius contra Maxentium misit Severum cum exercitu in Italiam. At vero exercitus ab eo defecit, et transiit ad Maxentium. Severus Ravennam cum fugisset, et Maxentius hic quoque illum conclusisset, seque Maxentio dedere coactus esset; nihil aliud ab eo obtinuit, quam conditionem bonae mortis, ut inquit Lactantius, hoc est, ne cum cruciatu necaretur, quamque subiit abscissis venis.

Maxentius, quo sibi imperium confirmaret, summam erga omnes mansvetudinem ostendit, et benignitatem, etiam in Christianos, persecutionisque edictum in Italia, ceterisque provinciis, quae ei parebant, sustulit. *Eusebius lib.* 8. *H. E.* cap. 14. Cumque in Gallia quoque, et provinciis, quae sub Constantino erant eadem perstitisset tranquillitas, quae fuit sub ejus patre Constantio; in toto Occidente, et Africa rediit serenitas Christianis post saevissimam tempestatem. Quae tamen constans non fuit. Neque enim Maxentii sincera voluntas fuit, quam ostendit erga Christianos, tantumque sua causa omnes studuit habere sibi conciliatos. Herculeus autem ejus pater, cum prospexisset, ad vindicandam Severi necem venturum Galerium cum exercitu in Occidentem, et fortasse etiam vires Maximini sibi assumpturum, in Galliam ad Constantinum ivit, atque hunc sibi devinxit Fausta filia ei data in matrimonium. Nec eum fefellit, quod futurum rebatur. Nam Galerius adversus Maxentium, ejusque patrem Herculeum

leum in Italiam cum exercitu venit: qui admotus ad moenia Romæ, magna ex parte c cit, et in adversam partem transiit, nefastum putans a Romanis oppugnari Romam, atque cerum adversus generum arma ferre. Ga enim filiam Maxentius sibi habuit copulatam trimonio. Qua defectione suorum militum t tus, et habens ante oculos, quid Severo even ita humilis, et abjectus factus est, qui supe simus semper fuit, ut in genua provolutus c militibus, quos adhuc sibi adhærentes habuit, rogaverit, ne eum adversariis traderent, sed cum vellent reverti. Quod cum hi ei spopo sent, atque ille nihil his prohibere ausus e quacumque iidem ibant, hostilem in morem o depraedabantur. *Lactant. de Mort. Pers cap. 27.*

§. 34.

Herculeus denuo et dimittit, et resumit pu ram. Perit. Galerius tetro morbo, et im bili correptus revocat persecutionis decr Redit libertas Christianis. Gentilium ad subitam rei conversionem admiratio.

Herculeo cum filio Maxentio commune imperium: attamen exercitus magis obser Maxentium, quam senem ejus patrem. Quod doluit. Quamobrem non tantum de hoc qu est apud exercitum in concione, sed Maxen etiam e tribunali detrusit. Quo ejus facto it fensus est idem exercitus, ut Herculeus sibi tuens Roma primum ad Constantinum in Gal deinde vero in Orientem ad Galerium fug

qu

quæsiturus horum opem, et auxilium. At vero Galerius hunc etiam adegit ad Imperium denuo deponendum: cumque nec Maxentium voluisset Imperatorem recognoscere, Licinium e Dacia oriundum evexit ad Imperatoriam dignitatem. Herculeus iterum in Galliam se contulerat ad Constantinum generum. Hic vero cum ivisset cum parte exercitus in expeditionem contra Francos, Herculeus reliquam exercitus partem sollicitabat d defectionem a Constantino, resumpta etiam erum purpura. Talia conantem Constantinus cerrime regressus oppressit, et postquam objurgavisset, purpuram ei detraxit. Sed ille humilitatis impatiens, ut ait Lactantius, alias insidias pparavit. Faustam filiam sollicitat ad proditionem mariti, petitque ut ad Constantini cubile noctu ntrandi facultas sibi præberetur. Illa pollicetur: t rem etiam ad maritum perfert. Componitur cena, et ad cubile, lectumque Constantini supponitur vilis aliquis eunuchus. Ille intempesta nocte surgit, et quasi somnium narraturus genero mmit per custodes nemine prohibente, reperit [illegible] apertum, intrat, eunuchum pro Constan[illegible] obtruncat, prosilitque gloriabundus, et ja[illegible], quid egerit. Repente vero ex altera parte Constantinus cum globo armatorum prodit. Profertur e cubili cadaver eunuchi cruentum. Hæret manifestarius homicida, et mutus stupet: impietatis, atque sceleris eum increpat Constantinus. Extremo nihil aliud ei concedit gratiæ causa, nam potestatem liberæ mortis. Ita, qui per ngum temporis intervallum cum ingenti gloria ginti annorum vota celebravit, eliso, et fracto perbissimo gutture vitam detestabilem turpi, et nominiosa morte finivit.

Anno tantum uno post, qui fuit undecimus supra trecentesimum, etiam Galerius poenas exsolvit scelerum, atque immanissimae persecutionis cujus primarius auctor fuit. Jam decimus, et octavus annus fuit, ait iterum Lactantius, annusque Imperii ipsius intelligitur, cum illum Deus percussit insanabili plaga. Nascitur ulcus in infima parte ventris. Medici secant, curant. Fluit e vulnere sangvis, atque ægre altera etiam vice sistitur. Accersuntur nobilissimi undique medici. Nihil humanæ manus promovent. Confugitur ad idola, et Apollo, atque Aesculapius consuluntur. Dat Apollo remedium: malum multo magis ingravescit. In tabem abeunt viscera, et vermes intus procreantur. Odor teterrimus non tantum palatium, sed totam civitatem pervadit. Sardica hæc erat, ubi ægrotabat. Comestum a vermibus corpus in putredinem cum intolerandis doloribus solvitur. Clamores simul horrendos tollit. Apponebantur ad sedem fluentem cocta, et calida animalia, ut vermiculos eliceret calor. Prodit vermium innumerabile examen: sed plures denuo nascuntur. Nec jam speciem retinebant membra corporis: superiorque pars usque ad vulnus tota exaruerat, inferior sine ulla pedum forma in utrium modum inflata excreverat. Annum integrum calamitas hæc duravit. Eusebius refert *lib.* 8. *H. E. cap.* 16. ipsum in medicos quoque sæviisse, horumque alios, quod ei levamen nescivissent afferre, alios, quod ob foetoris intolerantiam vultum avertissent, esse eo jubente occisos. Tandem malis domitus, coactus est fateri esse Deum, adversus quem manum levaverat persequendo eos, a quibus religiose idem Deus coleretur. Convocat proceres palatii, et mandatum dat de sistenda persecutione e vestigio, deque Ecclesiis restituendis

Chri-

ınis, petensque, ut hi pro ejus salute Deum
:ur. Edictum missum est per omnes Ro-
nperii provincias Galerii, Constantini, et
nomine. Quod tantum extortum ab eo
lorem est, processit e poenitentia, qualem
iochus Epiphanes, immanissimus persecu-
dæorum, egit. Nam etiam adhuc in hoc
icto arrogantiam, et temeritatem vocat
ınorum, qua hi novam sibi Religionem
pitratu, ac libidine constituerint dimissa
majorum suorum, et quos cum frustra a
entia ad colendos deos, etiam metu suppli-
revocare conatus esset, se pro sua huma-
ac clementia, qua omnes complecteretur,
ıoque non eo minus indulgentiam volu isse
re. Post hoc edictum aliquot nonnisi dies
iit, morboque illo consumptus est.

c persecutio, quæ omnium fuit atrocissima,
lelissima per hunc eumdem, qui hanc exci-
xstincta est, postquam annos durasset octo.
itaque Christiani, qui in carceribus erant,
nnati ad metalla, vel saxa secanda erant, di-
unt. Siquidem magistratus, et Judices jam
ıs fatigati, humanique sangvinis satietate
, illud elegerant, ut Christianos uno oculo
, nervoque in sinistro poplite succiso, ad
s illos condemnarent. Dum igitur hi cater-
domum redirent, Deumque hymnis, et
s iter faciendo celebrarent, atque in omni-
bibus, et locis coetus suos agerent, quem-
um prius, nemine prohibente, stupor,
uit Eusebius *lib.* 9. *H. E. cap.* 1. infidelium
ıs pervasit ingens ad tantam, tamque inspe-
rerum conversionem, exclamabantque, so-
lum

lum magnum, et vere Deum esse, quem Christiani colerent, hisque congratulabantur.

§. 35.

Maximini etiam post illud edictum acerbitas in Christianos. Maxentii tyrannis. Bellum adversus Constantinum. Visio Crucis huic oblata ante conflictum cum Maxentio. Crucis tropæum post victoriam Romæ statutum a Constantino.

Nec tamen in Syria, Aegypto, et ceteris Orientis provinciis, quibus Maximinus præerat, res ad eamdem tranquillitatem redierunt, quæ per hoc edictum facta est in aliis provinciis. Nam Maximinus nequidem edictum hoc publicandum curavit, tantumque jussit magistratus desistere a persequendis Christianis, ne quod statutum erat a ceteris Imperatoribus videretur habuisse contemptui. Vix autem menses sex intercesserunt, ipse etiam resuscitavit persecutionem, technis utendo, ut causam posset prætexere suæ in Christianos acerbitati. Omnium primo his prohibuit instituere conventus in coemeteriis. Subornavit deinde legatos ad se Antiochia, ab aliisque civitatibus missos, a quibus instar beneficii maximi peteretur facultas pellendi e suis urbibus Christianos veluti deorum hostes: eodem artificio ab Jove, qui Antiochiæ colebatur, allatum fuit mandatum, ejus oraculo editum, de exterminandis Christianis. Præterea ad populum concitandum in eosdem Christianos cum alia sunt excogitata, tum composita falsa etiam Pilati acta ad Christum infamandum in vulgusque sparsa, et a ludimagistris pueris d

cta-

ctata in scholis, ab hisque decantata totos dies. Damasci ab eo, qui civitati præerat, prostibula ex foro abrepta sunt, et poenarum terrore impulsa ad dicendum, se coluisse Christianam Religionem, ex hujusque disciplina se habere, quam exercerent vitæ turpissimæ licentiam. Atque hæc prætexebat Maximinus, suo in Christianos odio, homo ipse tam effrænatæ libidinis, ut iter numquam faceret, quin in omnibus civitatibus, in quas veniebat, matronarum stupra, atque virginum raptus per eum insolentissime fierent, cujusque exemplo non tantum milites, verum etiam magistratus idem facerent. Idem in suo edicto, omnes superiorum annorum adversitates, quas passi essent partim ex pluviarum defectu, et agrorum sterilitate, partim ab externis hostibus, in Christianos contulit, quorum jam nihil metuendum sit, postquam coercita Christianorum impietate deos sibi propitios fecisset. *Rursus ergo fugæ*, ait Eusebius lib. 9. H. E. cap. 6. *et acerbissimæ nostrorum persecutiones renovari coeperunt, provinciarum Rectoribus acriter contra nos insurgentibus*, et postquam Petri Episcopi Alexandrini, pluriumque aliorum caedes nominatim memorasset, *Denique*, inquit, *tot, et tanta nobis mala brevi tempore intulit ille omnis virtutis inimicus Maximinus, ut hæc persecutio multo acerbior nobis priore illa videretur.*

Nondum literæ, quibus ista Christianis imputabantur, perlatæ sunt ad omnes provincias, quæ sub potestate Maximini erant, Deus, qui Ecclesiæ suæ protector est, calumnias illas refutavit. Nam imbribus deficientibus facta est fames, hanc secuta est pestilentia: cumque Armenios socios populi Romani tantum ea de causa, quod Christia-

stia-

stiani essent, bello Maximinus lacessivisset, ab his plures clades accepit. At vero Christianorum virtus hoc etiam tempore insigniter enituit. Soli hi pauperibus, et inopia pressis panes, et alimenta distribuebant, ægris omnia charitatis officia praestabant, mortuosque sepulturæ mandabant. Quo factum est, ut ethnici visa, et audita ista tali in ipsos etiam Gentiles Christianorum benignitate, cuncti Christianorum Deum omnibus laudibus celebrarent, hosque solos prædicarent esse, qui se pios Dei cultores re, factisque probarent. *Euseb. lib.* 9. *H. E. cap.* 8.

Nec Maximinum Dei ultio diu morata est. Hunc tamen in dandis poenis antecessit Maxentius uno circiter anno, Maximino simillimus in crudelitate et luxuriei licentia. Nulla virgo, nulla matrona, decora forma, tuta ab hujus libidine fuit. Sophronia, Præfecto urbi nupta, dum se vidisset in periculo, jamque satellites advenissent, qui eam ad Maxentium ducerent, moramque modicam sibi dari petiisset, petens secretum conclave seipsam confodit. Hoc idem pudicitiæ servandae causa esse factum a quibusdam aliis etiam virginibus, et matronis, fuit jam §pho 32. Fuit in his pudicitiæ amor singularis, cujusque retinendæ causa ipsam etiam vitam profunderent: attamen plus ausæ sunt, quam sit cuipiam in vitam suam concessum. Nec tantum in Christianos acerbus evasit, postquam se in imperio confirmasset, quibus se blandum initio ostendit, sed impotentem dominatum, et tyrannidem in omnes exercuit, adeo, ut semel omnes Romam incolentes Prætorianis suis dederit contrucidandos, idque ob levissimam causam, innumerabilisque hominum

mul-

multitudo non hostium, sed suorum gladiis ceciderit.

Hic bellum deinde indixit Constantino, causam prætexens, quod Herculeum ejus patrem sustulisset. Constantinus, etiam a Romanis invitatus fuit ad Maxentii depellendam tyrannidem. Constantinus aliquot præliis secundis factis ad ipsam Romam adpropinguaverat: sed commisso denuo prælio, superior discessit Maxentius. Refert Eusebius *lib.* 1 *de Vita Constantini cap.* 27. ts. tunc Constantinum in re ancipiti, ac dubia cogitasse, sibi Dei opem necessariam esse, sed deliberasse, ad quem Deum deberet confugere: considerantem vero idolorum vanitatem, quæ nihil Imperatoribus, qui ante eum fuerunt, profuerint, potiusque tristem vitæ exitum habuerint, Deum sibi elegisse eum, cui jam pater etiam Constantius addictus fuerit, atque hunc invocasse, ut se ei noscendum præberet, auxiliumque ferret. *Hæc precanti*, sunt verba Eusebii, *ac suppliciter postulanti Imperatori admirabile quoddam signum, a Deo missum, apparuit. Quod si quidem ab alio quodam diceretur, haud facile auditores fidem essent habituri. Verum cum ipse Victor Augustus nobis, qui hanc historiam scribimus, longo post tempore, cum videlicet in ejus notitiam, et familiaritatem pervenimus, id retulerit, et sermonem sacramenti religione firmaverit, quis posthac fidem huic narrationi adhibere dubitabit? - - - Horis meridianis, sole in occasum vergente, Crucis tropæum in cælo ex luce conflatum, soli superpositum, ipsis oculis se vidisse affirmavit cum hujusmodi inscriptione: Hac vince. Eo viso et seipsum, et milites omnes, qui ipsum, nescio quo, iter facientem sequebantur, et qui spectatores miraculi fuerant, vehementer* ob-

obstupefactos. Rem hanc habet etiam Lacta *de Mort. Persecut. cap.* 44. qui de ipsius Con tini aula fuit, utpote Crispi ejus filii Praece et post hos etiam Socrates, Sozomenus, et lostorgius. Qui nostra aetate Compendia Hist Ecclesiasticae composuerunt, iique primum testantes, deinde quidam etiam e Catholicis illorum vestigia, rem hanc sic memorant, ut appareat, eam ipsis non esse veram: aliqui e aperte ex hac tantum somnium faciunt Con tini: e quibus etiam est Mosheim. Testatu ro Eusebius, hanc Crucis speciem esse Const no objectam horis diei meridianis, dum sol pisset in occassum vergere, atque iter faci eosque omnes, qui eum comitabantur, fuisse ctatores hujus miraculi. Anne ergo hoc dic test tantum Constantini somnium? Deinde Constantinus hoc tantummodo somniasset, ejus veritatem contestatus esset, ut jurejur idem etiam asseveraret, vere factum esse? testabatur, milites omnes, qui in ejus com erant, fuisse spectatores hujus miraculi. Potu ne dicere, alios etiam praeter se spectatores istius prodigii, si res tantum per ejus som acta fuisset? Denique ex ulteriore narra etiam apparet, hoc non velut somnium suum rasse Constantinum: qui eam, quam adhuc de visionem habuit in somnio, jam discreve priore, atque hanc alteram expresse som dixerit fuisse, non priorem.

Sic vero haec se ulterius habet. Dum stantinus secum reputasset, quidnam esset, vidit, et quonam pertineret, sequente nocte in somnio sibi speciem ipsius Christi esse obl cum eodem illo signo, quod pridie conspe

n caelo, quique ei mandaverit, ut militari signo, d ejus similitudinem, quod in caelo vidit, fabricato, isto in praeliis, velut salutifero præsidio, iteretur. Igitur signum hoc postera die statim curasse fabricandum ex auro, et gemmis: cumque prælium cum Maxentio inivisset eductis copiis sub hoc signo, Maxentium victum esse, cumque refugere in Urbem voluisset, ponte infra se rupto, et dissoluto in Tyberi, aquis haustum periisse. Pontem sic ipse Maxentius construendum curavit, insidiose Constantino, ut si is transiturus per hunc esset, per certos homines, quos ad hoc officium destinaverat, signoque per eum dato, dissolveretur: qui vero Maxentio per eum fugiente solutus exitium eidem attulit, quod ab eo structum in Constantinum fuit. Cadaveri extracto caput demptum, et in lancea per Urbem circumlatum gratum omnibus spectaculum fecerat. Constantinus summa omnium gratulatione in urbe exceptus tanquam tyrannidis depulsor in victoriae monumentum statuam sibi statui in celeberrimo Urbis loco cum illo signo Crucis, in manu, et hac inscriptione: *Hoc salutari signo, quod veræ virtutis argumentum est, vestram urbem tyrannicæ dominationis jugo liberam servavi, Senatui, Populoque Romano in libertatem asserto pristinum decus nobilitatis, splendoremque restitui.* Eodem hoc signo tamquam munimento adversus alios etiam posthac omnes hostes in bello usus est Constantinus, omnibusque suis exercitibus præferri jussit. Idem signum in sua etiam galea gestavit: idem ex auro, et pretiosis lapidibus efformatum in tabula in eo palatii sui conclavi, quod fuit præcipuum, collocavit. Forma hujus signi erat Crux habens vertici suo impositum Christi nomen, duabus literis Græcis, quæ primores sunt in

in eodem nomine ita, ut ad literæ primæ medi-um altera esset inserta: nomen ambiebat coron gemmea. Signum, quod exercitui præferebatur hastam habuit suppositam, qua portabatur: infra Christi nomen, et coronam hasta antennam habuit, ex qua velum purpureum auro, et lapidibus pretiosis pictum pendebat: inter hoc velum autem et Crucis signum Constantini, ejusque fi liorum imagines pectore tenus interpositæ erant *Eusebius de Vita Constant. lib.* 1. *cap.* 29. *et lib.* 3. *cap.* 49.

§. 36.

Constantinus agnoscit veritatem Christianæ Religionis, eamque amplectitur. Legem fert pro ejus libertate. Diocletiani, et Maximini interitus.

Constantinus illis visionibus permotus statui Deum, qui ei apparuit etiam colere. Ex Sacerdotibus deinde Christianis quærit sollicite, quisnam iste Deus esset, et quid significationis signum illud, quod vidit, haberet. Ab his postquam hoc intellexisset, totumque mysterium Filii Dei pro nostra salute hominis facti, et in cruce mortui percepisset, divinos libros instituit legere Sacerdotes autem, velut Dei ministros, sic habere in honore coepit, ut hos secum semper haberet, atque etiam ad mensam suam, et epulis adhiberet, quamvis vili tantum veste indutos: illu in his reputans, quod intus essent, et quid muneris erga Deum gererent. *Euseb. de Vita Constant. l.* 1. *c.* 32. 42. Legem deinde suo, et Licinii nomine tulit, qua Christianis plenissima Reli-

gio-

gionis libertas concessa est, et Ecclesiæ, ceteraque omnia, quæ iis erepta erant, jubebantur restitui. Anno 312. hoc factum est, quo Maxentius fuit devictus. *Euseb. de Vita Constant. l.* 9. *c.* 9. *Lactant. de Mort. Persecutor. cap.* 38.

Hic tandem steterunt persecutiones ab Romanorum Imperatoribus ethnicis in Christianos excitatæ, nisi quod Maximinus his adhuc quæreret nocere, quin tantum auderet, quantum voluisset. Licinius vero, et Julianus cognomento Apostata instauraverint: sed quæ diuturnæ non fuerint sicut neque eorum imperium. Maximinus perlato illo ad se decreto, cui obsistere ausus non erat, ne videretur huic esse contrarius, simulate ad Præsides provinciarum, quæ sub eo erant, scripsit, sui etiam consilii semper fuisse, Christianos benignitate potius ad deorum cultum revocare, quam quidquam asperius adversum hos agere, de obligatione autem restituendi Christianis, quæ iis ablata fuerunt, penitus tacuit, et deinceps quoque Christianos, quos apprehendere potuit, noctu in mare demergi jussit. Non diu hanc malignitatem exercuit: altero anno post editum illud pro libertate Christianorum edictum sublatus est. Hunc vero Diocletianus, cujus maxima fuit auctoritas inter eos Imperatores, qui persecutionem excitarunt, antecessit. Iste deposito imperio Salonæ in Dalmatia vitam privatam vixit. Post devictum Maxentium Romæ statuæ Maximiani Herculei, cujus mortem ulturus Maxentius bellum Constantino intulerat, sunt dejectæ: cumque cum his conjunctim essent positæ etiam statuæ Diocletiani propter consortium imperii, hæ quoque dejectæ sunt. Quæ res ita afflixit Diocletianum, ut dolore fremens, et nec somnum, neque ci-

cibum capiens, inter ejulatus, et lacrymas se se volutaret humi, donec inedia, et dolore consumptus animam edidisset. Eutropius *in Epitome Victoris lib.* 9. dicit, Diocletianum etiam venenum hausisse, seque ita ursisse ad moriendum.

Maximini vero hic vitæ exitus fuit. Post Galerii mortem orta dissensio est inter Licinium, et Maximinum propter provincias, quæ sub Galerio erant, quasque Maxjminus ad se volebat trahere. Res certis conditiomibus fuit composita. Licinius postea Constantiam Constantini sororem sibi copulavit matrimonio. Hanc affinitatem Constantini cum Licinio Maximinus ratus ad se opprimendum initam esse, dum Mediolani nuptiæ adhuc celebrarentur, Bithyniam sub Licinio positam provinciam cum exercitu invasit. Advolat quam celerrime Licinius cum exercitu, quem contrahere subito potuit. Committitur prælium, vincitur Maximinus, quamvis exercitum habuisset longe majorem, et fugit, abjecta etiam purpura, militum quoque ejus pars ad Licinium transit, seque ei dedit. Refert Lactantius; Maximinum ante conflictum votum nuncupasse Jovi, si victor fieret, se nomen Christianorum exstincturum, et deleturum: Licinio autem secundum quietem apparuisse Angelum, eique formulam Deum precandi tradidisse, et qua ab exercitu pronunciata, cum ventum ad manus esset, milites Maximini tali terrore affectos esse, ut nec gladios educere, neque tela mittere possènt. Maximinus Nicomediam in fuga delatus, ut uxorem, et liberos raperet, ne in adversarii potestatem venirent, in Cappadociam pervenit, ubi cum milites qui se Licinio non dediderant, ex fuga collegisset, resumpsit etiam purpuram. Licinius vero dum instat, intra Taur

mon-

montis angustias se recipit. Unde expulsus Tarsum in Ciliciam fugit: sed et hic conclusus a Licinio, cum spem evadendi jam nullam vidisset, ad mortem confugit. Unam tamen adhuc diem vitæ sibi lætam facere volens, epulum sibi instituit quam fieri poterat lautissimum: in quo cum se cibo infarsisset, vinoque ingurgitasset, venenum hausit. Hinc vero acerbior, et intolerabilior effecta est mors, dum referto stomacho vim exerere venenum nonnisi lente potuisset, cruciatum vero incredibilem ei attulisset. Rem Lactantii verbis exsequar. *Jam sævire in eum coeperat virus: cujus vis cum præcordia ejus ureret, insustentabili dolore usque ad rabiem mentis elatus est, adeo, ut per dies quatuor insania percitus haustam manibus terram, velut esuriens devoraret: deinde post multos, gravesque cruciatus cum caput suum parietibus infligeret, exilierunt oculi ejus de caveis. Tunc demum amisso visu Deum videre coepit, candidatis ministris de se judicantem. Exclamabat ergo sicut ii, qui torqueri solent, et non se, sed alios fecisse dicebat. Deinde, quasi tormentis adactus fatebatur, Christum subinde deprecans, et plorans, ut sui met misereretur. Sic inter gemitus, quos tanquam cremaretur, edebat, nocentem spiritum detestabili genere mortis efflavit.* Rem eamdem memorat Eusebius *lib.* 9. *H. E. cap.* 10. tantum quod nihil de illa precatione Licinio tradita per Angelum, et de visione hac Christi quasi de Maximino judicium exercentis, habeat. Licinius uxorem Maximini, eiusque filios, nec non etiam Severi Imperatoris filium, et Priscam Diocletiani uxorem cum Valeria filia, nec non eos quoque, qui Maximino adjutores erant in vexandis Christianis, sustulit. *Hoc modo Deus,* sunt verba Lactantii,

uni-

universos persecutores nominis sui debellavit, nec eorum stirps, nec radix ulla remaneret. Qu omnia secundum fidem Scientium loquor ita, gesta sunt, et mandanda literis credidi, ne memoria tantarum rerum interiret, aut si qu historiam scribere voluisset, corrumperet verita tem vel peccata illorum adversus Deum, vel jud cium Dei adversus illos reticendo.

§. 37.

Solvitur amicitia inter Constantinum, et Licin um. Licinius etiam persequitur Christiano Amittit imperium, et vitam. Summa toti imperii redit ad Constantinum.

Consortium illud imperii, quod Licinio fu cum Constantino, quamvis affinitate etiam firm tum, non diu perstitit, vixque triennio interce dente solvi coepit. In primo gradu Imperatori dignitatis erat Constantinus. Quem honorem ci is omnibus partibus cum collega communicasset tamen hunc ei Licinius invidebat. *Omnis gen ris fraudes*, ait Eusebius lib. 10. H. E. cap. *adversus potiorem quotidie comminiscens, cu ctasque insidiandi artes excogitans, ut bene m ritum malis remuneraretur.* Simultates usque i apertum bellum evaserunt. Commisso prælio a Cibalim, quod oppidum Pannoniæ fuit, victo Constantinus fuit: is tamen Licinium ad amicitia recepit, hancque cum eo renovavit. Non eo t men minus mentem malignam Licinius advers Constantinum retinuit. Et quoniam sciebat a dictum esse Christianæ Religioni, ut aegre fac ret Constantino, Christianos omnes, quos habeb in

suis obsequiis, e palatio suo facessere jussit: s quoque Christianos, qui in urbibus militaant, exauctoravit, et militiæ honore privavit. piscopos deinde adgressus est, atque hos strutis calumniis circumventos, et in judicium tratos per provinciarum Præsides, et magistratus anibus illis suppliciis affecit, quibus facinorosi ecti solent: quin novum etiam genus supplicii hos reperit, corpora eorum frustatim conscinndo, et in mare projiciendo in escam piscium. ursus igitur Christianis fugiendum fuit ad mon, silvas, et latitandum in antris. Blasius Epiopus Sebastenus in Armenia, postquam ferreis ctinibus in equuleo latera ei fuissent discerpta, pite minutus est cum duobus pueris: milites adraginta pariter in Armenia rigidissimo hieis tempore nudi supra glaciem constituti, tentique, si forte vi frigoris ab Religione abduci ssent, sed constantes excepto uno, in cujus velocum se custodum unus statim substituit, crura fractione perempti sunt. Horum virtutem, constantiam S. Basilius, et S. Gregorius Nyss. suis Homiliis celebrarunt.

Hanc acerbitatem Licinius in Christianos conmavit, donec imperio primum, deinde vita exutus esset a Constantino. Thraciam, et vicinas plures provincias Gothi invaserunt, deprædati sunt, dum satis firmo præsidio mue non essent a Licinio, sub cujus imperio int. His provinciis cum Constantinus succuris, Gothosque ita coercuisset, ut ad pacem supliciter petendam venire coacti essent; hoc Licis velut sibi injuriosum, et contumeliosum hait. Hanc ob causam, et quod Licinius ingenus, et insolitis tributis gravaret provincias,

 sae-

saevitiemque exerceret, talemque licentiam hominum nobilissimorum uxores ipsis mani suis traderet constuprandas, Constantinusqu his Licinio non connivisset, recruduit iterum ter hos bellum. Plenus spei Licinius ivit ac sus Constantinum accepta promissione victor suis aruspicibus, et divinatoribus, convicia ens in Crucis signum, quod militibus in Con tini exercitu præferebatur, deos suos laudans, nitansque Christianis, se se parta victoria in illos conversurum. Primo autem statim cursu succumbit Licinius; nec tamen desistit, rum iterum, atque tertio etiam instaurat lium, et sicut in exercitu Constantini Crux fuit signo militari, ita in suo exercitu instituit simulacra deorum praeferrentur. Sed omni cassum. Victus ita est, ut nuspiam, quam in mentia Constantini spem salutis habere po quam etiam deprecante Constantia conjuge Constantini sorore, obtinuit. Attamen exutu imperio, et Thessalonicam missus, ubi vitam vatam deinceps viveret. De signo illo Cru quod exercitui Constantini præferebatur, m Eusebius *lib.* 1. *de Vita Constant. cap.* 7. *et* illis cum Licinio conflictibus mirabilia. Nam quamcumque hostium partem hoc signum illatum, illico secutam esse fugam militum ex stili parte. Quamobrem Constantinum quo istud, eo, ubi validissimum viderat esse r exercitus Licinii, jussisse inferri: nec signif unquam esse læsum, sed tela omnia hostium cidisse, et infixa hæsisse in hasta ejusdem s dumque accidisset, ut hostium concursu sig territus alteri traderet ferendum signum, ist columi manente, qui signum transumpsit, ill jectus per ventrem sit. Itaque Licinium qu

risa signi istius virtute monuisse milites, ut illud declinarent, ipsosque etiam oculos ab eo averterent. Rem Eusebius ita memoriæ prodidit, ut testatus una sit, se eam habere ex ipso Imperatore Constantino.

Licinius Thessalonicam relegatus tantisper quievit, ut est apud Socratem *lib.* 1. *cap.* 4. deinde impatiens quietis, collectis quibusdam barbaris, iterum bellum apparavit. Quod ubi comperit Constantinus, Licinius ejus jussu strangulatus est. Sozomenus *lib.* 1. *cap.* 7. dicit, Licinium fuisse Christianum, et ab Religione Christiana tantum descivisse post bellum, quod primum habuit adversus Constantinum. In hanc sententiam etiam Pagius concessit, ex his rationibus, quod Licinius sacrificulos supplicio affecerit, qui Maximinum incitarunt 'ad persequendos Christianos, ut est apud Eusebium *lib.* 9. *H. E. cap.* 11. deinde quod [illegible] Eusebius in Oratione habita in dedicatione Ecclesiæ Tyriensis Imperatores laudet, quorum [illegible] animos sibi adjunxerit, ut horum opera totum orbem terrarum ab hominibus impiis, tyrannisque crudelissimis repurgaret. Initio Licinius [illegible] fuit affectus Christianis et non tantum Constantini, verum etiam hujus nomine factum est edictum, quo pax asserta est Christianis. Hinc [illegible] animadvertit in sacrificulos turbatores istius [illegible]: cumque Licinii etiam nomine pax hæc sit concessa Christianis; is in laude istius pacis con[illegible], impietatisque per eam oppressæ potuit conjungi cum Constantino, quamvis non fuerit Christianus.

§. 38.

§. 38.

Constantinus Imp. quæ egerit pro Christiana Religione, et contra ethnicam superstitionem.

Postquam imperium, Licinio exauctorato, ad solum Constantinum devenit, sunt multa, quæ pro Religione egit partim abrogando, quæ ei erant inimica, partim statuendo, quæ ei essent faventia. Itaque legem sustulit Papiam, qua cælibes prohibebantur adire hæreditatem, nisi intra centesimum diem matrimonium inivissent, concessit amplissimam facultatem legandi Ecclesiis, exemit Clericos ab oneribus civitatis publicis, ab hisque immunes esse voluit, Episcopis eam auctoritatem tribuit, ut servorum manumissio coram his facta perinde valeret, atque si facta esset coram ordinario Magistratu, quin etiam jus dedit a sententia Magistratuum appellandi ad judicium Episcopi, Magistratibusque injunctum est, ut exequerentur, quod statutum esset ab Episcopis, nulla relicta facultate alicujus ulterioris appellationis. Cuivis enim Judici præferendos esse Sacerdotes Dei. Sunt verba Eusebii *lib. 4. de Vita Constant. cap. 27.* Eodem Eusebio perhibente, *hujus ejusd. lib. 4. cap. 18.* dies Dominicus, et hebdomadæ sextus, quæ deinde feria sexta cœpit appellari, quos dies Christiani religiose observarent, ceteris etiam omnibus per universum Imperium dati ad observandum sunt. Sola agricultura fuit ethnicis permissa, ut apparet ex quadam Constantini epistola ad Elpidium *in Cod. Justiniani lib. 3. de Feriis.* Ethnicos hac ratione studuit, ut docet Eusebius *cit. loc.* adducere ad Religionem, consvefaciendo ad ea, quæ essent Christianæ ejusdem Religionis. Quo et illud spectabat,

bat, quod milites etiam ethnicos diebus Dominicis in campum exire jusserit, subque aperto caelo ad Deum universi conditorem manibus in caelum sublatis hanc precationem pronunciare: *Te solum agnoscimus Deum, te Regem profitemur, te adjutorem invocamus. Tui muneris est, quod victorias retulimus, quod hostes superavimus. Tibi ob præterita jam bona gratias agimus, et futura a te speramus. Tibi omnes supplicamus, atque ut Imperatorem nostrum Constantinum una cum piissimis ejus liberis incolumem, et victorem diutissime nobis serves, rogamus.* Hanc formulam precandi militibus a Constantino datam cum et Basnagius in Annal. ad a. 321. produxisset, subjecit deinde: *Quibus luce clarius est, quæ Cælites orationibus prosequitur, necdum ortam esse Religionem.* Jam aliquoties vidimus, a Basnagio vellicatam esse Sanctorum invocationem. Nimis tetra, et Religioni adversa hæc ei debuit videri, quam tantopere insectetur. Jamne vero, quia Constantinus militibus non Deiparam, non alios Sanctos dedit invocandos, sed solum Deum; idcirco luce clarius est, necdum ortam esse Religionem, quæ Caelites orationibus prosequitur? Nam hi milites, quibus data est hæc precatio, ethnici fuerunt. Ergone istis Constantinus debuisset Sanctos dare invocandos? Ne ipsius quidem Christi facta aliqua mentio est in hac precatione. Ergo pariter faciat Basnagius conclusionem, luce clarius esse, eam, quæ Christum orationibus prosequitur, necdum eo tempore ortam esse Religionem.

Misit insuper literas Constantinus in omnes provincias Romani imperii, et svadebat omnibus Christianam Religionem. In iisdem professus est, illi-

illius Dei, qui ab Christianis coleretur, ope sibi eam obtigisse, qua uteretur, imperii sui prosperitatem, dum e contrario Imperatoribus, qui Christianis infesti erant, nihil diuturni boni, miserrimusque vitæ exitus evenerit. Dicebat, fuisse crudele, ferum, et immane in homines innocentes sævire; docebat, ne crederent, hanc Religionem esse novam, tantumque nuper natam: sed esse a Deo institutam jam tum, cum mundum fabricatus est, istosque deos, quos hactenus coluerunt, nonnisi errore inductos. Deum autem sua bonitate, ac clementia subvenisse humano generi decepto, suumque Filium misisse in mundum, per quem is ad veritatis lucem Deique agnitionem, et quæ cum hac copulata est salus, revocaretur. Si tamen ultra etiam suo errori pergerent inhærere, haberent igitur suos fictos deos, mendaciorumque delubra, quos non eo minus cum his, qui verum Deum colerent, vellet pace, ac vitæ tranquillæ commodis frui. *Euseb. lib.* 2. *de Vita Constant. cap.* 24. 48. Recte est dictum a Constantino, Christianam Religionem esse omnium primam. Nam hæc jam tunc tradita est a Deo primis nostris parentibus, quando his statim post suam prævaricationem promisit venturum, qui caput Serpentis contriturus esset, et in quem, qui crediderunt, omnes etiam veteres Justi salutem æternam adepti sunt, neque aliter hanc adipisci potuerint. *Rom.* 3. *v.* 22. *Act.* 4. *v.* 22.

Provinciis Constantinus rectores præfecit Christianos, aut siquando adhuc ethnicis quibusdam hanc præfecturam commisisset, conditionem apposuit, ne diis sacrificarent: quin non multo post generaliter omnibus eadem sacrificia interdixit, clausis etiam tem-

templorum foribus, itemque cetera ethnicæ superstitionis, ut vates consulere, arcana sacra peragere, ludos gladiatorios agere, nec non lasciviam ethnicorum moribus tam familiarem. Aegyptii fluvium Nilum pro deo habentes, hunc ministerio effeminatorum turpissimis caerimoniis coluerunt, unde credebant futurum, ut is se effunderet, e cujus exundatione Aegyptus agrorum suorum foecunditatem habet. Quod cum pariter interdictum fuisset, Nilusque nihilominus pristinum suæ irrigationis officium præstitisset, imo etiam majore mensura, refutatum fuit vanissimæ, et foedissimæ observationis commentum. Quia tamen metum deorum deponere non statim potuerunt, isteque integras etiam civitates, et loca constricta teneret, ad hunc dispellendum Constantinus per homines e sua aula e fanis, quæ Gentilibus etiam erant sanctissima, jussit simulacra efferri, idque ipsorum aedituorum manibus, et in propatulo constitui, his jussa facientibus, ceteris vero resistere non audentibus metu Imperatoris. Iisdem simulacris jussit ornamenta detrahi, ut appareret, quid hæc intus essent. Postquam satis patefactum erat, quid simulacra deorum essent, ea, quæ aurea, et argentea erant, conflari jussit, et in monetam converti, cetera ex metallo alio, aliave solida materia Constantinopolim ejus jussu sunt comportata, in ejusque foris, atque compitis collocata. Ipsa etiam templa, et delubra deorum alia, eodem Constantino jubente, sunt diruta, et solo æquata, ex aliis ablata tecta, foresque revulsæ, atque patefacti aditus ad ipsa eorum adyta ima, ut pateret omnibus, quid in his latuisset, sæpe etiam foedum, et spurcitiei plenum, sublatisque tectis vi tempestatum, et imbrium sua sponte collaberentur.

Hæc

Hæc dum Eusebius *lib. 4. de Vita Constant. cap. 24.* ex cujus libris quatuor de Vita Constantini, cetera etiam, quæ sunt narrata, excerpsi, et sparsa in unum collegi, hæc dum, inquam, Eusebius retulisset, testatur, Constantinum coram Episcopis, convivio exceptis inter quos et ipse fuerit, dixisse familiariter, se quoque Episcopum esse, atque illos quidem quoad ea, *Quæ intra Ecclesiam sunt, Episcopos esse, se vero in iis, quæ extra geruntur.* Matthias Schroeck *Hist. Religion. et Eccl. Christ. Period. II. cap. 2. §. 2. Edit. Vindobon.* hoc attulit, Constantini Imp. dictum ad probandum, Supremam in Sacris, et Ecclesiasticis rebus potestatem Principibus competere, quique hoc sibi jus fortiter vindicaverit. Præterquam autem, quod nondum consequens sit, hoc Constantino, qua Imperatori competiisse, etiamsi sibi arrogasset, nisi etiam eadem suprema, in sacris, et Ecclesiasticis rebus potestas concedatur fuisse Neroni, Decio, Diocletiano, aliisque similibus; tamen Schroeckius videtur, nequidem sensum assecutus esse verborum Constantini. Se namque dixit, Episcopum esse in iis, quæ extra Ecclesiam essent. Nam res extra Ecclesiam suntne res Ecclesiæ? Qui ergo versatur tantum in rebus extra Ecclesiam, nondum attingit res Ecclesiæ. At vero tantum in rebus extra Ecclesiam Constantinus se dixit, esse Episcopum. Rectene igitur Schroeckius hinc conclusit, Constantinum supremam sibi in Sacris, et Ecclesiasticis rebus potestatem fortiter vindicasse? Constantinus Imp. eam, quam Ecclesia vim identidem passa est ab ethnicis Imperatoribus, propulsavit, eidem pacem reddidit, omnibusque ornamentis ad exteriorem Dei cultum eam instruxit, attrahendisque Gentilibus ad Religionem studium impendit arden-

dentissimum. Hæc erant, ob quæ se Episcopum dixerit esse τῶν ἐκτός. S. Leo M. Epist. 81. ad Leonem Imp. sic istud in Imperatoribus expressit: *Debes incunctanter advertere, Regiam potestatem tibi non solum ad mundi regimen, sed etiam maxime ad Ecclesiæ præsidium esse collatam, ut ausus nefarios comprimendo ea, quæ bene sunt statuta, defendas, et veram pacem iis, quæ sunt turbata, restituas.* Ex Constantino, qui primus Christianorum Principum fuit, Schroeckius conatus est exemplum habere ad id, quod Protestantes apud se fecerunt, potestatem supremam supra Religionem dando Principibus, atque ad ea etiam omnia, quæ intra Ecclesiam sunt. At vero hoc Constantinus sibi non sumpsit, sed confessus est Episcoporum ea esse, quæ intra Ecclesiam sunt.

§. 39.

Constantini Imp. studium, et liberalitas in instaurandis, et ædificandis Ecclesiis. Helena Constantini mater in sepulcrum Christi inquisivit, et hoc invenit, nec non specum, in qua Christus natus est. Etiamne Crux Christi vere sit ab ea reperta.

Demonstratum est, quid Constantinus Imp. egerit adversus templa, et simulacra inanium deorum. Par ejus studium fuit in Christianorum Ecclesiis partim restituendis, quæ in persecutionibus erant dirutæ, partim novis, quamque plurimis magnificentissime exstruendis, idque per omnes Romani Imperii provincias. Inter eas, quæ ab eo plures etiam Romæ ædificatæ sunt, quasque enumerat Anastasius in Silvestro, omnium præ-

ci-

cipue erant Lateranensis, et Vaticana. In Palæstina præsertim idem ab eo factum est in iis locis, quæ Christi insigniore aliqua memoria erant nobilitata, qualis fuit Calvariæ is locus, ubi Christi exstitit sepulcrum, ejusque facta resurrectio est, quamque idcirco fieri ad omnem magnificentiam, et splendorem voluit. Aequum enim esse, dicebat in epistola ad Macarium Episcopum Jerosolymitanum apud Eusebium *lib.* 3. *de Vita Constant. cap.* 30. ut qui præ aliis omnibus totius orbis locis maxime admirabilis esset, etiam omnium maxime pro dignitate sua ornaretur. Hanc itaque Ecclesiam docet Eusebius, exstructam esse a Constantino magnificentissimo, prorsusque regio apparatu, neque dici posse, quam pretiosa divesque auri, et argenti, gemmarumque fuerit.

Tam sepulcrum Christi, quam ea specus Bethlehemi, in qua is natus fuerat, quod Christianis in veneratione essent, erant ab ethnicis obruta humo, et supra sepulcrum Servatoris statua Veneris, supra specum autem, simulacrum Adonidis fuit constitutum, ut est scriptum a S. Hieronymo *Epist.* 13. et a Sozomeno *lib.* 2. *cap.* 1. Ad hæc loca quærenda venerationis causa cum venisset Helena Constantini mater, quamvis jam prope octogenaria, eaque detexisset, Constantinus supra sepulcrum Christi, Ecclesiam, de qua jam dictum est, ædificavit, Helena autem idem fecit supra specum nati Christi, atque eo etiam in loco montis Oliveti, unde Christus in caelum adscenderat, ita tamen; ut neque Constantinus etiam ab his Ecclesiis, quas mater ædificavit, suam abesse liberalitatem siverit. De Ecclesia in monte Oliveti ædificata sic est scriptum a S. Hieronymo lib. de Loc. Hebr. *Mons Oliveti*, ait, *ad Orien-*

Orientem Jerosolymæ torrente Cedron interfluente: ubi ultima vestigia Domini humi impressa, hodieque monstrantur. Cumque terra eadem quotidie a Credentibus hauriatur, nihilominus tamen eadem sancta vestigia pristinum statum continuo recipiunt. Denique cum Ecclesia, in cujus medio (montis Oliveti) *sunt rotundo schemate, et pulcherrimo opere conderetur; summum tamen cacumen, ut perhibent, propter Dominici corporis meatum nullo modo contegi, et concamerari potuit, sed transitus ejus a terra ad caelum usque patet apertus.*

Postquam Helena sepulcrum Christi invenit, adhibuit eamdem curam, et diligentiam ad ejus etiam crucem reperiendam, quemadmodum Sozomenus refert *cit. loc.* Cum itaque terram omnem vicinam sepulcro fodi jussisset, repertæ sunt cruces tres cum tabella sed a cruce avulsa, habenteque titulum, qui appositus erat cruci Christi, dum in ea pependisset. In incerto autem, quæ illarum trium crux esset Christi, rem per miraculum declaratam esse. Nam Macarium Episc. Jerosol. has admovisse cuidam feminæ insanabili morbo affectæ, jamque ad extremum spiritum deductæ: cumque duæ ei admotæ nihil præstitissent, ad contactum crucis tertiæ statim sanam factam esse, atque e lecto exiliisse: etiam mortuum idem perhibet, ejusdem crucis contactu esse revocatum ad vitam. Crucis Christi partem Helena Jerosolymæ reliquit, quam conditam in theca argentea Sozomenus testatur a se quoque visam, partem alteram una cum clavis, quibus Christus affixus fuit cruci, ad Constantinum tulit. Ex clavis Constantinus ejusdem Sozomeni testimonio galeam sibi, et fraenum equo, quo veheretur, fabri-

bricandum curavit, videlicet ad munimen et su[illegible] capiti in praeliis, et adversus sinistros casus, [illegible] ex his se eripere per equum, ejusque pernicitatem posset. Ex veneratione autem erga crucem Christi prohibuit Constantinus, ne crucis supplicium adhiberetur porro in reis puniendis: suam autem deinceps nullam pingi imaginem vel fieri statuam permisit, sed neque in moneta effigiem exprimi aliter, quam cum ejusdem crucis signo, eodem perhibente Sozomeno *lib.* 1. *cap.* 8.

Crucem Christi inventam esse alii ex heterodoxis negant ut Rivetus, alii in dubium vocant, e quibus etiam est Basnagius in Annal. ad a. 325. Præter Sozomenum autem, testantur esse ab Helena inventam Socrates *lib.* 1. *cap.* 17. Rufinus *lib.* 1. *Hist. cap.* 17. Ambrosius *Orat. Funebr. Theodosii*, Paulinus *ad Sever. Epist.* 31. Chrysostomus *Homil.* 84. *in Joan.* nec non Cyrillus Jerosol. *Epist. ad Constantium Imp.* cujus hæc verba sunt: *Tempore Deo dilectissimi, et beatæ memoriæ Constantini salutare Crucis lignum Hierosolymis repertum est.* Cujus profecto testimonium imprimis valere debet, qui Episcopali munere fungens in ipsa urbe Jerosolyma sub Constantio jam vixit, inque virili ætate fuit sub Constantino, quo Imperatore Crux perhibetur reperta, neque rem protulisset coram Constantio, nisi omni modo certam habuisset, utpote cui velle os sublinere dementis, et impudentis fuisset. Quid igitur argumenti habent adversus hanc Crucis inventionem? Basnagius affert silentium Constantini Imp. in epistola ad Macarium Episc. Jerosol. cujus jam exstantis apud Eusebium facta mentio est: in qua quamvis tractet de ædificatione Ecclesiæ ejus, quam exstrui jussit supra sepulcrum Christi nul-

lam

am tamen mentionem faciat inventæ Crucis. Quæ-
ıam vero Critica docet, anteponere unius, et al-
terius silentium aliis testibus rem asseverantibus
tanto præsertim numero? Ostendendum ei fuis-
set, horum testificationem non esse fide dignam.
Nam hujus inventionis veritas innititur huic testi-
cationi, non silentio. Stabit igitur hæc eo us-
ue, donec evictum erit, non esse, hanc talem,
ıæ fidem mereatur. Hoc autem non fit per so-
m Eusebii, et Constantini silentium. Quam mul-
enim causæ esse potuerunt silentii, quando
cidere solet, ut res prætermittatur, quam quis
am dicere voluit, dum hæc ejus memoriam
æter volat? Constantinum autem quid vel attine-
t, rem Macario in epistola memorare alioquin
n scienti, et habenti notissimam?

At vero Basnagius pergit ultra ad auferendam
tibus etiam de inventa Cruce fidem. Arguit,
n istos non eodem modo narrare. Ambrosium
im, et Chrysostomum dicere, e titulo esse de-
tam, atque agnitam crucem Christi: eos autem
ii hoc repetunt ex prodigio, alteros afferre pro-
gium mulieris, cui morbus sit depulsus, alteros
minis a morte resuscitati per admotam ipsis
acem. Quasi vero non potuisset hoc utrumque
ri prodigium, quemadmodum revera a Sozo-
eno utrumque narratur factum esse. Ex titulo
tem omnino apparuit, esse crucem Servatoris,
am videlicet ex iis, quæ tres sunt erutæ, et
pertæ, sed tantum nondum determinate. Nisi
im titulus fuisset repertus, nullum certum in-
cium affuisset, esse has cruces Christi, et la-
onum cum eo in crucem actorum. Sed urget
snagius, crucem ligneam per trecentos prope
nos, quantum tempus intercessisset usque ad

ejus

ejus inventionem, defossam infra terram, nequidem potuisse naturaliter perdurare: sin autem Crux Christi per miraculum conservata esset, idem tamen non debuisse in latronum crucibus contingere. Quod tamen secus acciderit: siquidem nisi et latronum cruces, perinde ut Christi crux, incorruptæ mansissent, ab his crucem Christi discernendi nulla difficultas fuisset. Etiamsi vero perspici non posset, quo modo omnes illæ tres cruces sub humo tamdiu perstiterint incorrupte, nondum tamen idcirco fides erepta esset illis testibus. Erant cruces hæ defossæ in Calvariæ monte, adeoque in loco excelso, ac propterea neque humido: deinde idem locus, ut testatur Sozomenus *cit. loc.* fuit per ethnicos constratus lapidibus. Non tantum ergo pluvia ex alto debuit decurrere, sed neque potuit trans lapides penetrare ad cruces. Sunt deinde in Palæstina ordinarie juxta naturalem regionis constitutionem binæ tantum quotannis pluviæ, altera in vere, altera in autumno. Itaque nec a pluviis tantum ibi patiuntur ligna, quantum apud nos, præsertim si dura sint: quale lignum illarum crucum fuisse, testantur particulæ crucis Christi, quas habemus, et licet cuique videre. Habentur enim in plurimis locis. Extremum hoc est Basnagii contra hanc crucis Christi inventionem: *Denique*, inquit, *fraus Reliquiariorum nobis est timenda in rebus hujusmodi*. Prodidit, ne seipsum quidem fidisse suis argumentis: non enim ad meram suspicionem confugisset. Et sola suspicio auferine vim testimoniorum? Et numquid non testimoniis a nobis inventio probatur? Cur igitur fraudem vocat? Non igitur hæc fraus Reliquiariorum est, sed ejus, qui Reliquiarum cultum carpit mera cavillatio, dum nihil solidi argumenti potuisset proferre. Ipse etiam Basna-

nagius refert ex Rufino, partem Crucis argenteis thecis inclusam Jerosolymis *sollicita veneratione* fuisse servatam. S. Cyrillus quoque Jerosolymitanus testatur *Catech.* 4. *et* 13. idem jam etiam tunc factum esse a Christianis venerationis causa erga crucem Christi, quod nunc fit a nobis, ut in particulas secta, sparsa sit per universum terrarum orbem. Reliquiariorum ne fraude etiam hoc jam tunc factum est, annon potius hoc argumento est, Reliquiarios, qui sumus nos, tenere idem quoad Reliquiarum venerationem institutum, quod jam primis etiam seculis observatum est in Ecclesia, hinc autem eos, qui Reliquiarum sacrarum cultum cavillantur, descivisse?

§. 40.

Constantini Imp. adversum Judæos statuta. De Josepho Comite. Judæorum, et ethnicorum per Romanum Imperium ad Religionem Christianam conversio. Ejusdem Religionis ad Indos, et Iberos propagatio. Edictum Constantini Imp. adversum hœreticos, et schismaticos.

Judaei adhuc sub Constantino Imp. eam malitiam et perversitatem exercuerunt, ut eos, qui ex ipsis suscepissent Christianam Religionem, insectarentur convitiis, maledictis, lapidibus, coeno, atque omni injuriarum genere afficerent. Quamobrem Constantinus Judæorum Senioribus, et Patriarchis denunciari jussit igne, atque rogo daturum poenas, quisquis deinceps tale quidpiam committere ausus esset. Idem Imperator non permisit Judæis habere Christianum in suo servi-

vitio. Indignum enim esse, hunc eorum servum fieri, qui Christi interfectores fuerunt, et quasi per hunc in libertatem assertus esset. *Euseb. lib. 4. de Vita Constant. cap. 27: et in Cod. Theodos. de Judæis.* Inter Judæos, qui hoc tempore ad Christum conversi sunt, fuit quidam Josephus Tiberiadensis. Rem de hoc refert S. Epiphanius *Hær.* 30. Ellel Judæorum Patriarcham jam morti vicinum per Episcopum Tiberiadensem se curasse baptizandum in occulto. Hoc tamen Josephum observavisse per commissuram portæ hiantem. Eumdem Josephum inter Ellelis mortui libros deinde reperisse librum Evangeliorum, et Actuum Apostolicorum, quos et ipse coeperit legere: cum vero stimulos in se sensisset ad Christianam Religionem, diu his obluctatum esse, quin et visionibus in somnio fuisse admonitum, sed neque istis adhuc cessisse: cum autem Judæi suspicati essent, eum legere Christianorum libros, istudque explorantes, in actu hujus lectionis eum reperissent, primum in Synagoga sua virgis eum caecidisse, cumque ex eorum manibus ereptus fuisset per Christianum Episcopum, illum vero iterum comprehendissent, iter facientem, in fluvium præcipitavisse. Unde vero cum evasisset, nulla ulterius interposita mora baptismum petiisse Christianumque factum esse. Hunc Josephum Constantinus Imp. cum ex eo intellexisset, quid et ab Judæis pertulisset, et qua ratione ad agnitionem Christianæ Religionis perductus esset, teste eodem Epiphanio Comitis dignitate exornavit, et insuper a se petere beneficium jussit, quale vellet. Ille petiit, ut tam Tiberiade, quam pluribus aliis in locis, quæ ab Judæis incolerentur, Christianis liceret Ecclesias exstruere, quibus adhuc carebant. Quæ petitio non tantum gratissima fuit Imperatori,

ri, sed ipse etiam sumptus in hanc rem solita sua liberalitate suppeditavit. Hac occasione Tiberiade templum, quod erat ab Hadriano Imp. exstructum, jamque ab incolis in balneas conversum, in Ecclesiam Christianorum mutatum est. Idem S. Epiphanius, ex quo omnis hæc sumpta est narratio, memorat hoc accidisse in Ecclesiis, quæ ab Josepho ædificabantur. Judaeos quibusdam suis præstigiis fecisse, ne fornaces arderent, in quibus lateres exurebantur ad structuram Ecclesiarum. Josephum vero multitudine Judæorum spectante, aquam accepisse, supra hanc signum Crucis manu formasse, clarissima voce invocato nomine Jesu Nazareni, ab Judæis crucifixi; cumque hac aqua fornaces adspersisset, e vestigio ignem in his summo fervore ardere coepisse, ipsa etiam Judæorum turba conclamante, Deum esse, qui Christianos adjuvet.

Factum igitur est, ut magnus numerus Judæorum converteretur ad Christum: sed et ethnici in dies semper plures convertebantur, permoti etiam Imperatoris exemplo, nec non allecti præmiis, et honoribus, ita ut nonnumquam integræ etiam civitates, et loca abjecta idololatria ad Christum converterentur. Ex his nominatim memorat Eusebius *lib.* 4. *de Vita Constant. cap.* 38. *&c.* Majumam portum Gazæ in Palæstina: quemque idcirco locum, cum antea tantum vicus fuisset, Constantinus civitatis exornaverit privilegiis, novumque Constantiæ nomen ei indiderit, quod sororis Constantini fuit nomen; alteram quoque perhibet in Phoenicia civitatem fuisse, quæ totalem fecerit confractis, et combustis omnibus suis idolis, cuique pariter Imperator nomen Constantinæ tribuerit a suo nomine. Sub eodem Constantino etiam ultra Romanum Imperium per Fru-

mentium Religio Christiana in Indiam, hoc es in Abyssiniam inducta est, vel potius nova hic i crementa cepit, utpote, ubi jam S. Bartholomæus Evangelium prædicaverit, *Supra* §. 5. barbarorumque infinitus numerus conversus est. Ad Iberos quoque, quorum regio supra Armeniam majorem sita in Asia est, per ancillam Christianam quæ per captivitatem eo devenerat, propagata Christiana Religio est. Infanti cuidam, cujus vita jam erat desperata, et Reginæ Iberorum gravissime ægrotanti hæc, solo nomine Jesu invocato sanitatem tribuit; cumque Regina primum, a deinde hujus opera Rex Iberorum etiam Christum agnovisset, Ecclesiamque aedificasset, atque in hujus aedificatione miraculum illud accidisse ut columna lapidea ingens, quam nullis machin poterant opifices supra basim statuere, ejusdem ancillæ precibus primum nulla adhibita humana opera elevata esset, et postquam aliquamdiu stetisset in aere, se se deinde supra basim demisisset, et consedisset; Iberorum tota natio Christianam amplexa est Religionem. Itaque Rex Iberorum suo, populique sui totius nomine missa legatione ad Constantinum Imp. petiit sibi Sacerdote Quæ Iberorum ad Christianam Religionem conversio majore Constantinum lætitia affecit, quasi novas gentes suo adjecisset Imperio. *Theodoretus lib.* 1. *cap.* 23. 24. *Sozomenus lib.* 2. *cap.* 7. 24. *Socrates lib.* 1. *cap.* 10.

Etiam hæreses, et schismata Constantinus Imperator suis compressit edictis. Eo edicto, quo exhibet Eusebius *lib.* 3. *de Vita Constant. cap.* 6 omnes hæreticos, et schismaticos, nominatimque Novatianos, Valentinianos, Marcionitas, Paulianistas, et Cataphryges, alio nomine Montanistas

pa-

paterne primum monuit, ut depositis suis erroribus ad Ecclesiam reverterentur, eoque magis, quod hi aliquorum etiam tales essent, qui ejus vindictam exposcerent: iisdem deinde interdixit omnia conventicula in ipsis etiam privatis domibus: Oratoria, si tamen, inquit, dici debent Oratoria iisdem sustulit, aliaque omnia publica ædificia, et ea, quæ pro sacris ipsi habuerunt Catholicis tradi jussit, cetera omnia publico addixit. *Absit omnino*, inquit, *a felicitate temporum nostrorum perversæ mentis vestræ fraudulenta deceptio, hæreticorum scilicet, ac schismaticorum scelerata, ac perdita amentia.* Libros quoque jussit iis auferri. Cumque in his tales etiam artes, quibus operam hæretici darent, fuissent detectæ, quæ ne civilibus quidem legibus essent permissæ, ne poenas idcirco darent, alii quidem tantum simulate, alii autem sincere ad gremium Ecclesiæ Catholicæ redierunt. Schismatici præsertim hoc etiam gregatim fecerunt. *Hoc igitur modo,* sunt verba Eusebii, *hæreticorum cubilia Imperiali præcepto dissipata sunt, et feræ ipsæ, id est, impietatis illorum auctores in fugam acti.*

§. 41.

Sectae, quæ per hoc tempus exortæ sunt. De Menandro, Cerintho, Ebione, Nazaraeis, Nicolaitis, et Osseniis.

Præter eas, quæ modo in edicto Constantini Imp. memorabantur, multæ aliæ per hoc tempus sectæ enatæ sunt. Quod a Christo designatum fuit per parabolam hominis, qui bonum semen seminavit in agro, et super quod bonum semen

ejus inimicus superseminavit Zizania, *Matth.* 13. *v.* 24. factum est statim primo Ecclesiæ tempore, jamque sub ipsis Apostolis, adeo, ut fere non fuerit locus, in quem post plantatam illic fidem ab Apostolis, non irrepsissent illico etiam falsorum dogmatum artifices, et doctores ad corrumpendam fidem. Hoc contigit Antiochiæ, *Act.* 15. *v.* 1. hoc Corinthi 1. *Corinth.* 15. *v.* 12. 2. *Corinth.* 11. *v.* 13. hoc apud Galatas *Gal.* 1. *v.* 7. neque fere ulla epistola est Apostoli Pauli, in qua non cavere debuisset iis, quibus scribebat, ne pervertentur per pseudo-apostolos. Joannes Apostolus 1. *Epist.* 4. *v.* 1. testatur de sua illa ætate, multos pseudo-prophetas exiisse in mundum. Usque ad seculum Ecclesiæ quintum S. Epiphanius in libro suo de Hæresibus enumerat sectas octoginta, S. Augustinus in suo etiam libro de Hæresibus octoginta, et octo. Sed neque hi omnes colligere potuerunt. Tam foecunda errorum jam tum perversorum hominum fuerunt ingenia. Mirumne ergo videri debet, si postea tot etiam hæreses, et defectiones a fide exstiterunt, et etiam nunc existant? *Oportet et hæreses esse* ait S. Paulus, *ut et qui probati sunt, manifesti fiant.* 2. Cor. 11. v. 19. S. Petrus quoque *Oportet*, inquit, *contristari in variis tentationibus, ut probatio vestræ fidei, multo pretiosior auro, quod per ignem probatur, inveniatur in laudem, et gloriam, et honorem in revelatione Jesu Christi.* 1. Petr. 1. v. 6. Hæc probatio fidei jam facta per eos est, qui persecuti Ecclesiam tormentis atque suppliciis studuerunt Christi fidelibus eripere fidem, jam per hæreticos. Hac ratione per probationem placuit Deo, perducere nos ad salutem æternam. Qua Deus usus est disciplina semper antea erga suam Ecclesiam, hujus nos futuros ex-

per

pertes, neque ipsi putare debemus. *Omnes, qui pie volunt vivere in Christo Jesu, persecutionem patientur.* 2. Timoth. 3. v. 12. *Qui autem perseveraverit usque in finem, hic salvus erit.* Matth. 24. v. 13.

Sed jam ad has videndas sectas veniamus. Non eas minutatim persequemur, quæ nimis multæ sunt; sed eas tantum memorabimus, quæ sua perversitate magis inclaruerunt. De Simone Mago, qui hæresiarcharum primus fuit, jam est dictum §. 3., Hujus discipulus Menander, etiam ut Simon, Samaritanus, et magus, conflavit sectam alteram, pluribus, et absurdioribus figmentis, ut ait Eusebius *lib.* 3. *H. E. cap.* 26. constantem. Angelos docuit, hujus mundi conditores esse, auctoresque malorum, et adversarum rerum, quæ contingunt in mundo: his vero Angelis nonnisi eos posse resistere, eorumque improbitatem evadere, qui ejus magica arte instructi essent, et baptismo initiati, cujus eam vim, et efficacitatem prædicabat, ut baptizatus etiam secundum corpus immortalis evaderet, nec senectutis aliquod incommodum sentiret. Tertullianus *libro de Anima*, docet, non fuisse multos, quibus hoc persvadere potuerit.

Cerinthus cujus jam facta mentio est §. 7. etiam conditor fuit novæ sectae, cujus sectatores dicti suut Cerinthiani, vel etiam Merinthiani, a Merintho, quo, ut perhibet S. Epiphanius *Hœr.* 28. adjutore usus est in sua secta condenda. Errores horum S. Augustinus *lib. de Hœres.* tradit fuisse istos: Mundum esse conditum ab Angelis, circumcisionem, ceterosque Mosaicæ legis ritus esse Christianis observandos, Christum fuisse pu-

rum

rum hominem, qui nondum resurrexerit a mor attamen resurrecturus sit: post hujus autem, ceterorum hominum resurrectionem futurum Ch sti regnum mille annorum, in quo ii, qui Ch sto in hoc mundo adhæserunt, beatam vit omni cum libidinosa voluptate, gulaeque, et ve tris acturi sint. Iidem hi Cerinthiani idcirco eti Chiliastæ appellati sunt.

Alia rursus secta Ebionitarum prodiit: qu rum hoc nomen venit vel ab eorum auctore Ebi ne, ut S. Epiphanius *Hær.* 30. et S. Philastri *de Hæres. cap.* 37. docent, ut autem Eusebius *li* 3. *H. E. cap.* 27. tradit, nomen hoc sectæ isti i ditum est ad hominum hujus sectæ mentis inop am, et debilitatem, stuporemque indicandum qui tales ineptias credere potuerint. Etiam ver paupertatis laudem ipsi affectabant, volentes vide ri Apostolorum veri imitatores. Juxta S. Epipha nium hæc fuerunt Ebionitarum dogmata: Deu partitum esse potestatem inter Christum, et dia bolum, diaboloque hunc mundum, Christo futu rum seculum gubernandum dedisse, idque ad eo rum petitionem: iidem divisionem fecerunt in Je su Christo, dicentes, alium esse Jesum, aliu Christum. Jesum fuisse hominem more aliorum hominum generatum, in quem Christus tantu delapsus sit in columbæ specie, dum baptizare tur ab Joanne, ut doctrinam mundo exponeret quæ continetur Evangelio, quique unus ex Ar changelis fuerit, cui Deus non tantum universit tem rerum aliarum, verum ipsos Angelos etia ceteros subjecerit.

Secta deinde fuit, quæ dicta Nazaræorum juxta S. Epiphanium *Hær.* 29. circa tempus Je

solymæ per Romanos eversæ nata est. Nazaræorum nomine compellarunt Judæi Christianos omnes, ipsumque Paulum Apostolum, *Act.* 24. *v.* 5. citra dubium a Jesu Nazareno. At vero hoc nomen a Christianis iis datum fuit, qui se opinione sua separantes a doctrina Ecclesiæ, docerent, fidei in Christum adjungendas esse legis Mosaicæ caerimonias, et sine quibus neque fides in Christum quidquam prodesset ad obtinendam æternam salutem. In quo idem sentientes erant, quod fuit Cerinthianis. De his S. Hieronymus scripsit in epistola ad S. Augustinum, quod dum hi voluissent esse et Judæi, et Christiani, nec hi, neque illi fuerint.

Secta quoque exorta est, quæ Nicolaitarum vocabatur. Horum mentio fit etiam Apocal. cap. 2. v. 2. 15. De his S. Augustinus lib. de Hæres. *Nicolaitæ*, inquit, *a Nicolao nominati sunt, uno, ut perhibetur ex illis septem, quos Apostoli Diaconos ordinaverunt. Iste, cum de zelo pulcherrimæ conjugis culparetur, velut purgandi se causa permisisse fertur, ut ea, qui vellet, uteretur. Quod ejus factum in sectam turpissimam versum est, qua placet usus indifferens feminarum.* Iidem testimonio ejusdem S. Augustini multa cum Gentilium ritibus habuerunt communia, mundi creationem non Deo, sed quibusdam aliis Potestatibus, a se fictis, tribuerunt. Harumque Potestatum, ut est apud S. Epiphanium *Hær.* 25. nomina pronunciabant, dum promiscuum illum, nefandumque concubitum exercerent. S. Irenæus *lib.* 1. *cont. Hæres. cap.* 27. S. Epiphanius *Hær.* 25. S. Hieronymus *Epist.* 1. *ad Heliodor.* et S. Philastrius *Hær.* 33. ipsum Nicolaum Diaconum dicunt, fuisse architectum istius hæreseos. At vero

ro S. Augustinus, ut vidimus in ejus testimonio dicit, tantum alios ansam sumpsisse ex ejus responso, dum ob zelotypiam culparetur. Clemens Alexandrinus quoque *lib.* 3. *Stromat.* refert, se audivisse, Nicolaum hunc Diaconum nunquam præter suam uxorem aliam attigisse feminam, cujusque tam filiæ, quam filius in perpetua continentia vixerint, idque affert hanc ipsam ob causam, ut suspicionem ab eo depelleret istius conflatæ per eum sectæ. Pariter apud Auctorem Constitutionum Apostolicarum est *lib.* 6. *cap.* 8. Nicolaitas nomen sibi a Nicolao Diacono falso mutuatos esse. Hunc eumdem etiam Eusebius *lib.* 3. *H. E.* *cap.* 29. vindicat ab hac labe istius sectæ per eum inventæ, et institutæ. Dum testimonia non conveniunt, adeoque res certo probata haud sit, non debet in Nicolaum Diaconum ferri sententia, qua damnetur hoc crimine.

Ossenii juxta S. Epiphanium *Hær.* 19. circa initium seculi secundi exorti sunt. Ex Judaismo hæc etiam pullulavit secta. A Græco ὅσιος quod sanctum significat, videntur sibi nomen suum sumpsisse, sanctos se se venditantes, quemadmodum et aliæ hæreses consveverunt speciosa nomina assumere tamquam pelles ovium, sub quibus lupi latitarent. Regionem, quæ sita est supra mare Mortuum, incolebant, dicti etiam alio nomine Sampsæi a Sampsa, qui fuit Arabiæ locus, itemque Elceitæ a quodam Arabe nomine Elxai, qui se illis adjunxerat, primumque dignitatis gradum inter eos adeptus erat. Dogmata habuerunt, ut alii Judaizantes, Christum esse purum hominem, ea autem corporis magnitudine, cujus tam longitudo, quam latitudo ad passuum millia viginti, et quatuor se extenderet: Spiritum sanctum

ctum diebant esse feminam. Pauli Apostoli repudiatis Epistolis librum quemdam ipsi sibi finxerunt, quemque prædicabant, e caelo sibi esse missum, vi cujus peccata iis remitterentur, qui ei fidem adhibuissent. In persecutionibus licitum habebant abnegare Religionem, et idola colere. Duæ iis erant feminæ Martha, et Marthana quas propter propinquitatem cum Elxhio in ea veneratione habuerunt, ut pulverem etiam ex earum pedibus et sputa colligerent tamquam præsentissima remedia adversus omnes morbos. Hi testimonio ejusdem Epiphanii se cum Ebionitis conjunxerunt. Non sunt vero Osseni hi confundencum Esseniis: quæ secta una fuit Judæorum munditiam corporis externam consectans multa tam cum superstitione: quorum mores describuntur ab Josepho *lib.* 13. *Ant. cap.* 19. *et lib. de bello Jud. cap.* 12.

§. 42.

. Saturnino, Basilide, Carpocrate, quorum sectatores communi vocabulo appellati sunt Gnostici.

Priores, de quibus dictum est, sectæ Judaismum admiscuerunt Christianæ Religioni, eæ, de quibus nunc fiet narratio e Gentilium theologia s merces sibi desumpserunt, nec prætermissa uria, iisdem Gentilibus admodum usitata, et niliari. Ex his fuit Saturninus, Basilides, et rpocrates. Saturninus, vel ut a S. Epiphanio er. 23. vocatur, Saturnilus fuit natione Syrus. cuit, Angelos non esse creatos, sed genera-s, quorumque pater esset penitus ignotus: ex ho-

horum numero Angelos esse septem, qui m dum hunc condiderint, quemque quoad reg potestatem inter se habeant partitum. Ab his et humanum genus esse conditum ope cujusdam cidæ particulæ e caelo emissæ, statimque se retrahentis. Quam cum idcirco homines lu percipere non potuissent, Deum subvenisse i tendo hominibus suæ virtutis scintillam: quæ ro iis morientibus in caelum revolet. Eum, Judæorum Deus fuit, fuisse etiam unum ex gelis, perseverum imperium in illos exercent e cujus impotente dominatu ut Deus Judaeos lib ret, Christum venisse, qui iisdem, etiam sal opem tulisset, si in eum credidissent. Hæc s damnavit etiam nuptias, et matrimonium, t quam rem per malos illos, et Deo rebelles A los invectam.

Commenta etiam Basilidis fuerunt, p Alexandrini. Hic docuit, a Patre primo et su mo ente generatum esse Νῦν *Mentem*, intelle vox hæc significat. Ab hoc Νῷ procreatum Λόγον, *Verbum*, rationem, iterumque ab ho nitam esse Φρόνησιν, *Prudentiam*, rursusque ab ΣοΦίαν, et Δύναμιν *Sapientiam*, *et Virtutem:* vero duæ genitrices fuerint Angelorum tanta cunditate etiam se se multiplicantium, ut u ad numerum trecentorum et sexaginta qui pervenerint: quorum unoquoque caelum con te, totidem caeli facti sint, quot ipsi Angeli sent. Ex his Angelis unum fuisse Judæorum um: qui cum in reliquas etiam nationes o imperium affectasset, venisse Νῦν, illum a Deo o um primum generatum, idemque, qui sus fuit vocatus, et ab Judæis in crucem a Neque tamen pertulisse supplicium hoc cr

s

sed Simonem Cyrenaicum, cum in hunc suam formam transtulisset, ipse vero formam illius assumpsisset, qui etiam stans penes Simonem in cruce pendentem, huic insultaverit patienti. Idem Basilides docuit etiam metempsycosim, hoc est, animarum de corpore in corpus transmigrationem, quasi in poenam malorum hominum. Ausus est etiam Evangelium componere, a suoque hoc nomine Basilidis appellare. *S. Irenæus lib.* 2. *cont. Hær. cap.* 23. *S. Epiphan. Hær.* 23.

Carpocrates, pariter Alexandrinus, docuit, esse unum aliquem supremum Parentem, sed prorsus incognitum: mundum esse conditum ab Angelis, postquam a supremo illo Parente defecissent. Jesum Christum esse purum hominem, eo solum discrimine ab aliis hominibus, quod animam puram habuerit. Eos, qui Angelos vellent effugere, dominatum in hunc mundum exercentes, debere transire per omnia, quæ fieri possent ab homine flagitiosissima, et turpissima tamquam quibus muneribus placari possint Angeli: ista ratione ipsum etiam Christum evasisse, et evolare potuisse ad Supremum Parentem; neque alium esse modum eo evolandi aliis hominibus. *S. Epiphan. Hær.* 27. *S. Irenæus lib.* 1. *cont. Hæres. cap.* 4.

Horum sectatoros, videlicet Saturnini, Basidis, et Carpocratis, nec non Simonis Magi, et Menandri, itemque Nicolaitæ uno generali nomine appellati sunt Gnostici, quod significat *Conoscentes*, quamque adpellationem ipsi sibi tribuerunt, in sua professione plena deliramentorum, spurcitiei summam, et perfectissimam sapientiam ponentes. De his Gnosticis omnibus S. Epipha-

phanius *Hær.* 26. testatur, quodque se h
dicit e duabus mulierculis, quæ illum juv
pellicere ad hanc Gnosticorum sectam cc
sint, sed quarum astum, et illecebras Dei
lio superaverit: horum uxores patebant cuiv
teri ejusdem sectae ad rem patrandam tur
mam. Si igitur peregrinus, isque ignotus ad
sticum hospitii causa venisset, et se ei ad
venerat, fricando leniter volam manus illius
casset, noscendumque præbuisset, esse ei co
appositam lautam: qua peracta is, ad quem
spes Gnosticus venit uxori suæ dixerit, ut
charitatem exhiberet, tumque eo recedent
charitatis munus expletum esse. Qua vero
dinis foeditate hoc fieri consveverit, cum p
lisset idem Epiphanius, negat se dicturum f
nisi ob exstantes adhuc tum Gnosticos necessa
esse duxisset. Neque enim vel ipsos conjug
sceptionem prolis, qui finis est matrimonii, in
concubitu spectasse, sed pure libidinem: si
tem foetus praeter voluntatem conceptus
hunc solitos esse abigere, in mortarioque c
sum pistillo, melleque, atque pipere con
sumpsisse instar ejus, quæ in Ecclesia su
Eucharistia: quin ipsum etiam libidinosum
Deo, quasi munus ei gratissimum obtulisse
do scelere.

Ex horum hominum impurissimorum t
simis his flagitiis gravissimam infamiam subiit
Gentiles omne generatim Christianorum n
partim ignorantia non discernentium falsas
stiani nominis sectas a veris Christianis,
etiam malitia in hos conferendo, quod
Gnosticorum fuit, quamvis, quid vere Ch
num esset, declaratum sibi haberent et pe

ui apologias pro Christiana Religione scripserunt, t illos quoque, qui in quæstionem sumpti, et nterrogati exposuerint, quæ morum sanctitas veis Christianis esset; illa spurca, atque nefanda e se constanter negaverint. Ut autem omnia rescere solent, quæ vulgi sermonibus circum eruntur, sic illa etiam tantum ipsis etiam Gnoticis afficta habenda sunt, quæ in Dialogo apud finucium Felicem Caecilius ethnicus Octaviano hristiano objecerat, æque velut communia omnius Christianis: videlicet his esse in more, post pulationem alligare caniculum ad candelabrum, abens candelam sibi infixam ardentem; quodque um is, projecta sibi offa, evertisset, lumenque xstinctum esset, tum illos in tenebris, solitos coie promiscue; item ei, quem Sacris initiarent, fferre panem, habentem infantem inclusum, ad iscindendum, et ex eo comedendum; dumque c infans pariter discissus esset, omnes hujus inntis sangvinem lingere, et membra consecti corusculi devorare. Neque enim ullo hoc testimoo comprobatur eorum, qui de Gnosticis ex proso scripserunt.

§. 43.

Valentino, Cerdone, et Marcione. Ex recursu Marcionis ad Romanam Ecclesiam, ut excommunicatione solveretur, qua erat ligatus, aliquidne resplendeat pro Primatu Rom. Pontificis.

Valentinus fuit gente Aegyptius, disertus, Philosophiæ Platonicæ sectator. Cum ei in Epipatu, quem ambiebat, alter antelatus esset, ut, ple-

plenus fastu, tamen haberet, ubi præcellere p‹
set, sectam ipse sibi comparavit. Gentilium
bulas miscens cum Evangelio Christi ex Hesio
Theogonia, quod deorum genituram significa
deos triginta sibi fabricavit partim mares, parti
feminas: quos Aeones vocavit, Pleroma tota
eorum universitatem. Ab his Aeonibus repeti
creationem mundi multis fabellis, et ineptiis co
textam, Christum vero unum ex his Aeonib
posuit esse. Etiam Evangelium, et Psalmos su
nomine suo composuit, itemque novam bapt
zandi formulam; ipsius sectatores in eamdem d
inde sectam cum Gnosticis ceteris coiverunt, ea
demque secuti sunt lasciviae licentiam. Sub H
gino Papa Valentinus venerat Romam, ut et ill
suos errores disseminaret. Ipse vero hos conv
ctus abjuravit, sed in quos denuo recidit. *S. Ir
næus lib.* 3. *cont. Hær. cap.* 3. *S. Epiphanii
Hær.* 31. *Theodoret. Hæretic. Fabul. lib.* 1.

Cerdo e Syria oriundus eodem tempore, q
Valentinus, exstitit. Statuit, duo rerum prin
pia, Deumque alterum bonum, alterum malu
ab hoc altero mundum conditum esse, Judæisq
datam legem. E cujus dominatu, ut homines e
merentur, bonum Deum misisse filium suum
mundum. Hunc pro salute hominum esse passu
et mortuum, sed solummodo in speciem. Li
rationem, a Christo hominibus partam, tant
pertinere ad animam, non etiam ad corpus: q
re negavit etiam resurrectionem mortuorum.
bros Scripturæ omnes repudiavit præter Lu
Evangelium, et Epistolas Pauli, sed et hæc ut
que non ex toto. Romam et iste venerat, ut
plantaret suam sectam; unde tamen fugere c
ctus est. *Tertullian. de Præscript. cap.* 51. *S. I
næus l.* 1. *c.* 3. *S. Epiphan. Hær.* 4. Mar

Marcion patria Sinopensis in Ponto, idcirco cognominatus Ponticus; defloraverat virginem. Quapropter a patre suo Episcopo excommunicatus est: quem cum nullis precibus flectere potuisset ad condonandam poenam, tanto enim magis Pater severitatem in filium adhibendam esse duxit, ne in domesticos exercita indulgentia aliis præberet occasionem licentiæ, Romam profectus est, ubi Hygino Romano Episcopo mortuo, nondumque alio suffecto a Presbyteris Ecclesiæ Romanæ precibus petiit, ut ad communionem Ecclesiæ reciperetur. Hi negarunt, ut est apud Epiphanium Hær. 42. *Inconsulto Episcopo* ejus patre istud posse fieri. *Unam enim esse fidem, et unam concordiam: neque se adversari posse bono comministro suo ejus patri.* Ista verba Epiphanii: *Inconsulto Episcopo*, alii vertunt etiam: *Sine permissu.* In Græco est: ἄνευ τῆς ἐπιτροπῆς τοῦ τιμίου πατρός σου. Vox ἐπιτροπή composita ex ἐπί, et τροπή latine *In*, et *Versio* eum facit sensum, eum, de quo dicitur, esse adhibendum ad negotium, et quasi cujus esse debeat, se se etiam in hoc vertere, atque adeo, qui prætereundus non sit, et quo inconsulto illud non debeat peragi. Repulsam passus Marcion minatus, se scissuram immissurum in Ecclesiam, Cerdoni, qui etiam adhuc tum erat Romæ, se associavit.

Cerdonis autem dogmata sic assumpsit, ut tamen addendo sua etiam inventa nova secta, illius nomine insignita, exorta sit. Fuerunt autem ista: Posuit, similiter ut Cerdo, duo rerum principia, duosque deos. His duobus principiis quidam ex ejus sectatoribus nomine Syneros, ut est apud Eusebium *lib.* 5. *H. E. cap.* 13. adhuc tertium superaddidit, diabolum. Idem Marcion duos quo-

quoque Christos statuit esse: quorum alte venerit a bono Deo missus in salutem Genti idem ille, qui sub Tiberio actus in crucen alter adhuc venturus sit ad salutem Judæis endam, quèmque malus deus missurus sit. vit, Christum habuisse veram carnem, et mo rum in corporibus suis resurrectionem. D ab hoc Christo, qui jam venit, liberato Cainum, Core, Dathan, et Abiron, omn Gentiles: quandoquidem Judæorum Deo ob tes non fuerint: e contrario Abeli, Abra ceterisque Patriarchis, et Prophetis nihil b cii esse per hunc præstitum. Carnium, et rei creatæ usum, tamquam quæ auctorem ant malum deum, execrabantur Marcionita *vi*, ait Theodoretus in Hæresi hac Marcio *nem quemdam nonagenarium ex iis* (Marci *qui mane surgens sputi sui excremento faci vabat, et causam rogatus dixit, Se opu habere Creatore, nec aquam, quæ ex illiu ribus est, accipere. Cum autem præsentes sent: Quomodo ergo comedis, bibis, ves dixit, necessitate ductum se hoc facere, qu ter vivere non posset.* Sabbatis in odium Cr jejunabant, ad martyria, quasi ut hac r carnem suam perimerent, se se ultro inger Qua de causa multos hæc secta numerabat r res, sed utique non alios, quam falsos: c men de tot martyribus gloriatione multos perunt. In crimen prolapsos iterum, ac baptizabant, sed non ulterius. Hoc Marcio pter se instituit, ut sic suum etiam exuis men videretur per baptismum. Secta hæc dum multos habuit asseclas, in Aegypto, P na, Arabia, Syria, Cypro, Persia, quin e Italia, et Romæ teste S. Epiphanio. Theoc

E

Epist. ad Monachos Constantinopolitanos docet, se istius sectæ homines plures, quam decies mille reduxisse ad Orthodoxam Religionem. Tertullianus *lib. de Præscript. cap.* 30. refert, Marcionem post conditam jam sectam, et propagatam iterum egisse, ut reciperetur ad Ecclesiam Catholicam; postulatum vero ab eo esse, ut quos depravavit, et pervertit, etiam ab errore in quem eos induxit, revocaret. Priusquam autem hoc fecisset, mortem obiisse. *Irenæus l.* 1. *et* 3. *Augustin. Hær.* 22. *Theodoret. lib.* 2. *Hæret. Fabul.*

In hoc Marcionis facto, recurrentis Romam, ut excommunicatione solveretur, qua a suo patre Episcopo erat affectus, Bellarminus *lib.* 2. *de Rom. Pont. cap.* 21. appellationis exemplum constituit. Allegant vero hoc Marcionis factum valere in exemplum, non tantum heterodoxi, nominatimque Baronius in Annal. ad a. 131. verum etiam Natalis Alexander *Sec. II. Dissert. II. art.* 3. Appellatio, in re judiciaria, et apud Jurisconsultos est provocatio a sententia inferioris Judicis ad tribunal Judicis superioris, in cujus potestate est, sententiam, quam in se latam appellans censet non esse justam, rescindere, et de eadem re, quamvis jam judicata, aliud judicium dare. Hac ratione in hoc Marcionis facto appellatio non fuit. Neque enim Marcion contendebat, se a suo Episcopo inique damnatum, sed solummodo poena petivit solvi per modum indulgentiæ, et gratiæ, quam hanc nullis precibus a patre suo Episcopo posset impetrare.

Hic ergo advertendum est, cur Romam ex Ponto, tam procul hanc indulgentiam quæsitum venit, cum alias multas viciniores Ecclesias, ea-

rumque Episcopos habuisset; sed et Romam
do in Ecclesias inciderit, ubi nactus Episcop
set, a quibus eamdem petere gratiam po
S. Epiphanius rem hanc narrans, *Eo*, inqu
tim ut pervenit, ad Seniores adiens, qui a
stolorum discipulis edocti adhuc superera
in communionem admitteretur, ab iis frust
tiit. Quamobrem exstimulatus invidia, qu
principem illic locum, ac ne Ecclesiæ quide
tum impetrasset, ad impostoris Cerdonis
sim confugere in animum induxit. Quod i
na versione est: *Principem locum*, in Græ
gva, qua Epiphanius scripsit, est τῆς πρωτεδρί
mam Cathedram, primam Sedem. Intelligit
que, Marcionem Primæ Sedis appetiisse c
nionem, dum hanc obtinere non potuisset
Episcopo Sinopensi. Neque enim cogitari
istam Primam Sedem sic appetiisse, ut in l
dere etiam concupiverit, Hyginoque in
cedere. Cur igitur ad Primam Cathedram
tit, et communionem, qua exclusus fuit p
um Episcopum, hic quæsivit? Nuspiam est
cionem questum esse, se immerito a suo Ep
damnatum, et communionem quæsivisse p
novum judicium, quæ fuisset appellatio. At
primam Cathedram adiit, ut hanc commun
impetraret. Certe autem non ad hanc iviss
si credidisset, sibique persvasum habuisset,
primæ Sedis eam esse auctoritatem, ut hæc
munionem, quam negavit Sinopensis Epis
possit ei dare. Ergo sequitur etiam, jam
Ecclesiæ secundo, atque circa hujus mediu
istud a Marcione actum est, siquidem Pius
Hygino successit, anno 156. factus sit Ro
Episcopus, jam fuisse creditum in Ecclesia
mæ Cathedræ Episcopalis, quæ fixa Rom

ıctoritatem esse super ea, quæ judicata essent
ı aliis Episcopis. Sed non appellavit Marcion
[hanc Cathedram, tantumque ad ejus gratiam
currit. Estne minus posse solvere latam senten-
m per gratiam, quam adversus hanc posse re-
pere appellationem? Igitur iste recursus ad pri-
ım Cathedram, quæ Romæ est, præbet etiam
emplum auctoritatis, quam eadem prima Ca-
dra habuerit supra sententias latas ab Episco-
ı etiam Orientis. Hoc igitur etiam est, quod
ırcion non aliorsum, sed ad primam Cathe-
ım se contulerit, sciens illud, quod ab hac
petrasset, vim talem habiturum, cui ne-
e Sinopensis, aut quiscumque alter Episcopus
istere posset. At vero cur ad Seniores, et Pres-
teros ivit, et ab his petiit, ut reponeretur ad
mmunionem? cur non exspectavit, donec Hy-
ıo datus esset successor in prima Cathedra? Istud
im afferri solet ab iis, qui nolunt valere hoc
ırcionis factum in exemplum appellationis. Ap-
lationem hanc non fuisse, si stricte eam sumi-
s, etiam ipse concessi. Erit autem fortasse,
l dicet, idem et meæ assertioni objici posse.
n labefactat vero hanc, sed potius confirmat.
mque hoc manifestat, Marcionem bene scivis-
vacante Sede Episcopali, ea, quæ Sedis hujus
it, administrari a Presbyterio: cumque moræ
t impatiens, qui propterea statim ut Romam
venit, adiit ad Seniores, quemadmodum Epi-
nius testatur, factum his de causis est, ut non
pectaverit, donec Hygino alius Episcopus suc-
isset, et fortasse cogitaverit etiam, se se faci-
obrepere posse Presbyteris, quam Episcopo.
enim vero ipsi Presbyteri etiam declararunt,
l, quod petebat, inconsulto ejus Episcopo
posse præstare. Atque hoc ei accuratum re-

 spon-

sponsum a Presbyteris datum est. Non enim si rioris auctoritatis est, suo tantum arbitrio, adhibita ratione in consilium omnia susque, que agere. Neque in tribuenda etiam gratia des prima, et Romanus Pontifex aliud est, q dispensator prudens, et fidelis, quem Dom posuit super familiam suam. Non fuisset au prudens, et fidelis dispensatio, si recepisset h ad communionem, quam petebat solum po meritæ subterfugiendae causa, et quam nec S pensis Episcopus ei denegaturus erat peracta poenitentia. Talis certe dispensatio etiam S pensem Episcopum in contemptum addux apud suos, et disciplinam dissolvisset Eccl Ab ipsis Romanæ Ecclesiæ Presbyteris Mar datum responsum est: *Una est fides, una c esse concordia.*

§. 44.

De Apelle. De Ophitis, Cajanitis, Sethic Adamitis.

Quemadmodum Marcion fecit, Cerdoni magistri refingens dogmata, ita idem expertu Marcion a suis discipulis, et asseclis, quo plures exstiterunt, qui iis, quæ Marcion do novam formam indiderint addendo, muta quae manere noluerunt, fecerintque, ut ex Marcionis secta plures aliæ pullulaverint. Se aliæ jam illorum temporum sectæ, et quod in risque etiam contigit deinceps, hujuscemodi cunditate præditæ erant. Omnium, qui ho Marcionis secta fecerunt, præcipuus fuit Ap In luxuriæ peccatum est lapsus. Quapropter l ci

cion eum ex sua communione exclusit. Itaque in Aegyptum pergens Marcionis sectam transformavit. Quamvis enim Marcion idem ipse crimen commisisset; tamen hoc non ferebat in suis asseclis, qui ne quidem in his legitimum matrimonium ferret, quod per hoc carnis propagatio fieret, quam a malo deo repetebat. Quare neque alios suscepit ad suam sectam, quam vel caelibes, vel conjuges quidem, attamen continentiam spondentes. Apelles autem duos Marcionis deos sic mutavit, ut non poneret eos sibi contrarios, sed horum unum parentem alterius, et a quo altero iste mundus effectus sit. A Philastrio recte observatum est, id ipsum jam fuisse in hoc Apellis dogmate, quod postea docuit Arius. Idem Christo aereum tantum corpus tribuit, Resurrectionem mortuorum negavit, Legem, et Prophetas sprevit, cum tamen idem Philumenæ falsas revelationes amplexus sit, suisque sectatoribus observandas dederit. Philumena fuit immane prostibulum, ut eam hoc elogio ornat Tertullianus *lib. de Præscript. cap.* 30. Eadem et præstigiatrix fuit: de qua narrat S. Augustinus *lib. de Hæres.* solitam esse, in ampullam vitream per angustissimum foramen immittere panem grandem, rursusque extremis digitis extrahere integrum, et illæsum: istisque præstigiis utebatur ad decipiendos, inque errorem inducendos alios. Rhodon quidam nomine ex Asia oriundus, sed Romæ excultus literis et Apellem, et Marcionem suis scriptis refutavit. Idem cum Apelle jam grandævo etiam congressus fuit coram: quem cum ita constrinxisset argumentis, ut se movere non posset, refert Eusebius lib. 5. H. E. cap. 13. respondisse quærentem effugium: *Fidem non esse examinandam, sed unumquemque in eo, quod semel im-*

vel ut Eusebius in Chronico, anno undecimo Aurelii Imp. (a. 161. coepit ejus imperium) per Montanum, qui ex Mysiæ vico Ardaba fuit oriundus, hæc nova pestis conflata est. Primi loci immodica cupiditate captus, ut ait Eusebius *lib.* 5. *H. E. cap.* 16. et quamvis tantum paulo ante factus Christianus esset, dum hunc assequi non potuisset, ambitionem suam explere instituit Spiritum Propheticum de se venditando, idque tali insolentia, ut diceret, nec Paulum, neque ullum Apostolorum fuisse hoc Spiritu ea affluentia præditum, atque instructum, qua ipse esset. Affirmabat; *Deum voluisse*, sic rem refert Philastrius lib. de Hæres. cap. 50. *primum per Moysen, et Prophetas salvare mundum in Veteri testamento: sed quia non potuerunt explere, corpus sumpsisse de Virgine, et in Christo sub specie Filii prædicantem mortem obiisse pro nobis: et quia per duos gradus mundum salvare nequiverit, ad extremum per Spiritum sanctum in Montanum, Priscillam, et Maximillam, insanas feminas descendisse.* Sic eas Philastrius vocat, et tales omnino fuerunt. Quas cum Montanus pervertisset, iisdem persvasit, ut ipsæ etiam se Spiritu divino afflatas crederent, atque hunc de se venditarent. Sectatoribus suis, quasi jussu, et oraculo hujus Divini Spiritus tres præscripsit Quadragesimas jejuniorum observandas propter trinum illum, quem Deus inierit salutis tribuendæ humano generi modum. Damnavit secundas nuptias, imo matrimonium quoque cum prima conjuge solvi permisit. Negavit licitum esse Christiano fugere in persecutione. Hierarchiam sic in sua secta ordinavit, ut in hujus supremo gradu essent Patriarchæ, in secundo Cenones, et nonnisi in tertio, et infimo Episcopi. Id, quod S. Hieronymus Epist. 54. ad Mar-

Marcellam ideo Montanum fecisse docet, ut ejus secta præcellentior videretur esse Ecclesia Catholica habens Episcopatu ampliores dignitates. Pro Cenonibus quidam codices habent, in loco qui dictus est S. Hieronymi, *Iconomos*, hoc est, Oeconomos. Montanistæ ad omne fere peccatum fores obserabant Ecclesiæ, ut idem dicit S. Hieronymus *cit. loc.* hoc est, qui iis, quos exclusissent, nullam introitus relinquerent spem. Epiphanius *Hær.* 48. Augustinus *lib. de Hær. cap.* 24. et *Philastrius Hær.* 50. memorant, Montanistas solitos etiam esse infantem aciculis compungere, ex ejusque sangvine, farinæ admixto, panem parare, quæque eorum fuerit Eucharistia: quem infantem, si mortuus fuisset ex vulneribus, pro magno martyre habuerint; si vixisset, magnus iisdem sacerdos fuerit. Attamen hoc, et præsertim quoad Montanistas omnes, certum non est. Nam Theodoretus *lib.* 3. *Hæret. Fabul.* docet, id, cum objectum fuisset ipsis, respondisse, calumniam sibi fieri. S. Hieronymus quoque in eadem epistola ...: *Prætermitto*, ait, *scelerata mysteria*, *quæ dicuntur de lactente puero*, *et de victuro martyre confarrata. Malo non credere. Sit falsum omne, quod sangvinis est.* Per speciem severitatis, spiritumque propheticum, quo se præditum mentiebatur, multos Montanus decepit, ipseque etiam Tertullianus, tam doctus vir, tantusque prius defensor Religionis, atque hæresium oppugnator, his laqueis captus est. Montanistæ alio nomine etiam appellati sunt Pepuziani a Pepuza Phrygiæ loco, ubi suæ sectæ præcipuum nidum habuerunt, et Cataphryges. Erant divisi in sectas plures; aliique secundum Proclum, alii secundum Aeschinem, item Quintiliani, et Priscilliani nominabantur ab iis, qui sectis his præsidebant. Tertullianus quoque,

que, cum se separasset a reliquo Montanistarum grege, distinctae sectæ, quæ Tertullianistarum dicta est, auctor exstitit. Montanus, et Maximilla, ut refert Eusebius *lib.* 5. *H. E. cap.* 16. qui sibi Spiritum divinum arrogaverant, demum a malo spiritu correpti sunt, atque acti in furorem suspendio vitam sibi ipsis abstulerunt.

Neque illud de Montano videtur prætereundum. Dum per hunc in Ecclesiis Asiæ, et Phrygiae magni excitati essent motus, qui ab aliis suspiceretur veluti magnus Propheta, ab aliis vero rejectus esset, atque damnatus una cum suis oraculis, memorat Eusebius *lib.* 5. *H. E. cap.* 3. ab Lugdunensibus Martyribus ex carcere missas esse literas et ad Ecclesias in Asia, et Phrygia et ad ipsum etiam Eleutherium Papam pro pace Ecclesiarum. Nempe etiam hi Lugdunenses Martyres de quibus fuit §pho 17. erant decepti, atque Montanum pro Propheta, et homine sancto habentes Romano Pontifici supplicaverunt, ut pacem daret eidem Montano, ceterisque a quibus receptus esset, hoc est, ne eos ab Ecclesiæ communione abscinderet. Nam hoc a Romano Pontifice factum esse adversus Montanum, eique adhærentes, intelligitur etiam ex Tertulliano, qui lib. adv. Praxeam, sic invectus in hunc Praxeam est: *Iste primus ex Asia genus hoc perversitatis* (ejus erorem intelligit) *intulit. Nam idem tunc Episcopum Romanum, agnoscentem jam prophetias Montani, Priscæ, Maximillæ, et ex ea agnitione pacem Ecclesiis Asiæ, et Phrygiæ inferentem, falsa de ipsis prophetis, et Ecclesiis eorum asseverando, et prædecessorum ejus auctoritates defendendo coegit et literas pacis revocare jam emissas, et a proposito recipiendorum charismatum*

con-

ncessare. Ita duo negotia Praxeas Romæ pro-
ravit: Prophetiam expulit, et hæresim intulit:
racletum fugavit, et Patrem crucifixit. Fuit
ror Praxeae, de quo adhuc deinde fiet sermo,
um non esse trinum in personis. Cum ergo
ristus sit Deus, hinc consequens esset, Deum
trem crucifixum esse. Hoc igitur est, in quo
axeam perstrinxit Tertullianus. Romanum Epi-
pum quem Tertullianus dicit, agnoscentem jam
ophetias Montani a Praxea inductum esse ad re-
candas pacis literas, jam emissas, Tertullianus
minatim non expressit. Anno undecimo Aure-
, ut jam demonstratum est, Montanus coepit
ditare suas prophetias, qui annus quartus fuit
teris in Pontificatu. Huic successerat Eleuthe-
s, Eleutherio Victor, Victori Zephyrinus. Hunc,
ii hoc fecerit, Romanum Episcopum dicit Ter-
llianus prædecessorum suorum auctoritates pri-
um continuasse defendere, deinde vero pacis
ras dedisse, sed quas revocaverit. Hic igitur
n fuit Eleutherius, ad quem scripserunt Marty-
Lugdunenses: siquidem unus tantum Soter
praecesserit ab eo tempore, quo Montanus
scenam prodiit. Igitur Romanus Episcopus
therio posterior fuit, et vel Victor, vel Ze-
yrinus, quem designavit Tertullianus. Victo-
m communius censent hunc fuisse Critici. Huic,
cis literas danti, obreptum fuisse, qui has illico
vocaverit, edoctus per Praxeam, ut se res ha-
ret, sua sponte etiam intelligitur. Homines au-
m non bene affecti Cathedræ S. Petri, hoc etiam
lent adferre conantes probare, hanc Cathedram
m perstitisse integram semper, et immunem
errore.

Dallæus, Calvini assecla, libro de Jejuniis,
et

et Quadragesima eam, quam nos in Ecclesia tholica observamus Quadragesimam, vi omni contentione sui ingenii studuit ostendere, sumptam per nos a Montanistis, atque horum Quadragesimis instituto. Unde vero istud asse re potuit? S. Hieronymus Epist. 54. ad Marcell *Nos unam*, ait, *Quadragesimam secundum t ditionem Apostolorum toto anno, tempore m congruo jejunamus: illi* (Montanistæ) *tres in no faciunt Quadragesimas, quasi tres passi Salvatores.* Montanistis fuerunt tres Salvato atque hinc etiam tres quadragesimae. Hinc sequiturne, quia nos unam habemus quadr simam, istam nos habere a Montanistis? Na hoc sequitur, ergo perinde haec stabit conclu Nos, quia unum habemus Salvatorem, ergo h habemus a Montanistis. Unum Salvatorem n scum ipse etiam Dallaeus credidit. Igitur hun ipse habet a Montanistis. Quod si Dallæus is nolet valere conclusionem, qui igitur illam a bus Quadragesimis Montanistarum adversus stram unam facere potuit conclusionem? An disertissime S. Hieronymus dicit, Nos unam Q dragesimam secundum traditionem Apostolo jejunare? An non habuit etiam in Scriptura, C stum jejunasse quadraginta diebus, et quadra ta noctibus? *Matth.* 4. *v.* 2. Nostrum quadra ta dierum jejunium convenitne cum jejunio dem dierum Christi, vel cum tribus Quadra mis Montanistarum? Atqui Christi quadrag dierum jejunium affert etiam S. Gregorius N *Orat.* 40. tanquam exemplum, quod datum bis a Christo, in observanda Quadragesima quamur.

Dallaeus dum vidisset sibi contrarium S. H

ro

ymum, tam aperte testantem, nos unam Qua-
gesimam jejunare secundum traditionem Apo-
orum, quid fecit? Volens infirmare hoc Hie-
ymi testimonium, respondit, Hieronymum non
locutum de Quadragesimæ jejunio, sed de
us unitate. Ipse vero etiam Basnagius in An-
b. afferens hoc responsum Dallæi; quamvis
ipse velit esse Quadragesimam ex Apostolorum
litione, tamen hoc Dallæi responsum minime
bat. Dicit; simul atque conceditur, Quadra-
imæ unitatem esse ab Apostolis, etiam conse-
ms esse, ut ipsam quoque Quadragesimam ab
habeat Ecclesia. Et revera quid potuit esse
inconsulte dictum? Qui enim concedit, uni-
m Quadragesimæ, hoc est, eam, quæ una
adragesima est in Ecclesia singulis annis, venis-
ex Apostolorum traditione; quomodo non una
e debebit, etiam Quadragesimam esse ex hac
em Apostolorum traditione? Quamobrem alia
ne ipse Basnagius adgressus est testimonium
Hieronymi. Dicit, Apostolicam traditionem
mi a Patribus semper stricte: idque ex ipso
S. Hieronymo, et S. Leone M. qui æque
42. affirmat, Apostolici instituti esse qua-
inta dierum jejunium, nititur evincere. Si-
lem Hieronymus Epist. ad Lucinium dicat:
quæque provincia abundet in sensu suo, et
cepta Majorum leges Apostolicas arbitretur,
vero dixerit, Apostolicæ traditionis esse ne
copis, et Presbyteris per impositionem ma-
m poenitentia imponeretur. Quod ad Hiero-
ium attinet, non is dicit, Majorum præcepta
Apostolicas traditiones, sed tantum, ut quæ-
provincia Majorum præcepta arbitretur leges
stolicas: hoc est, ut Majorum præcepta sic
observanda esse existimet, atque si leges
es-

essent Apostolicæ. Et recte. Nam etiam, sunt a Majoribus sancita, et decreta vim obl di habent. Neque aliter ab ipso etiam C dictum est ad Apostolos: *Qui vos audit audit; et qui vos spernit, me spernit:* 10. v. 16. quin idcirco tamen aliquis ass rus sit, eosdem fuisse Apostolos, et Chr S. Leo M. Epist. ad Rusticum Episc. Narb consultus ab hoc, respondit: *Alienum est c svetudine Ecclesiastica, ut qui in Presby honore, aut in Diaconii gradu fuerint conse ii pro crimine aliquo suo per manus imp nem remedium accipiant poenitendi: quod dubio ex Apostolica traditione descendit.* Hc onis testimonio, et Siricii Papæ *Epist. a merium Episc. Tarraconens.* nec non Concili thaginensis a. 398. celebrati ostendi supra 25. et asserui, Clericos majores a publica p tentia exemptos fuisse. S. Leo hoc ait ex Ap lica traditione sine dubio descendere. Basn tamquam certum sumit, eam, quam Leo Ap licam traditionem dixit, non talem stricte in xisse, ut hoc quasi exemplo posset probar Hieronymum quoque asserentem, Quadrages nos unam secundum traditionem Apostoloru junare, sic traditionem Apostolorum non s sumpsisse. At vero negatur Basnagio, Leonem sumpsisse stricte Apostolicam traditionem. nisi hanc ita sumpsisset de poenitentia per m impositionem, non imponenda Presbyteris Diaconis, anne cum hac asseveratione: *Sin bio* hoc dixisset? Idem hoc de non impon poenitentia Presbyteris, et Diaconis per man impositionem dixit, alienum esse a consvet Ecclesiastica. Hoc alienum a consvetudine p vi etiam testimonio Siricii, et Concilii Car

n

ensis. Nihil ergo in hoc Basnagius habet, unde l a simili possit argumentari ad Hieronymum, asi traditionem Apostolicam non sumpsisset stri: præterquam, quod etiamsi Leo non stricte c in loco, qui allatus est, sumpsisset Apostoln traditionem, nondum tamen sit consequens, c Hieronymum eamdem stricte sumpsisse.

Basnagius ipse post Vincentium Lyrinensem init Apostolicam traditionem: *Quod ubique, od semper, quod ab omnibus.* Atqui tale est adragesimæ jejunium. Sic enim de hoc loqui, et testatur S. Basilius Hom. 2. de Jejunio: *unium per omne quidem tempus utile est iis, i illud sponte suscipiunt: sed multo magis hoc spore, quo per universum terrarum orbem unpue denunciatur jejunii præconium. Nec ulla est ula, nec ulla terra continens, non civitas, non s ulla, non extremus mundi angulus, ubi non auditum jejunii edictum.* Non eo minus perstat magius in negando, jejunium Quadragesimæ ve ex Apostolica traditione. Quamvis enim jejum esset ubique, et ab omnibus, attamen non etiam hunc quadraginta dierum numerum in mando observatum ab omnibus. Siquidem apud ebium *lib.* 5. *H. E. cap.* 24. S. Irenæus in epia sua ad Victorem Papam testetur, quoad pus, dierumque, quibus jejunatum est, num non fuisse æqualiter ab omnibus hoc obratum jejunium. Nam alios existimasse uno sibi jejunandum esse, alios duobus, alios plus. Est omnino hoc ab Irenæo scriptum, sed ratione observati jejunii ultima tantummodo dragesimæ septimana: unde nondum sequi non esse in jejunio, quod ante Pascha obtiin Ecclesia, dierum quadraginta observatum nu-

numerum. Sic enim scribit etiam S. Epipha
in Expositione Fidei Catholicæ. *Ceterum, in*
ante septem Paschatis dies Quadragesimam
servare, atque in jejuniis perseverare eadem
svevit Ecclesia. Dominicis vero nullis omn
adeoque nec ipsius Quadragesimæ jejunare
Præterea sex illos Paschatis dies Xeropha
hoc est, arido victu, transigere omnis pop
consvevit, hoc est, panem dumtaxat cum
et aqua post vesperam adhibere. Imo vero
nulli biduum, vel triduum, vel quatriduum
que jejunia prorogant. Alii totam hebdomada
usque sequentis Dominicæ gallicinium sine
transmittunt. Nam quamvis et Epiphanius
jejunium ab aliis biduum, vel triduum, et
prorogatum esse; tamen non eo minus et
dragesimæ meminit, quam Ecclesia consve
observare.

Multis adhuc præterea argumentis, sed
latenus firmioribus, oppugnat Basnagius Qua
gesimæ jejunium, imo omne jejunium. Sun
ro ista. Non quod intrat in os, coinquinare
minem; *Matth.* 15. *v.* 11. Omnia munda esse
dis, et nihil rejiciendum quod cum grati
actione percipitur; *Tit.* 1. *v.* 15. 1. *Timoth.*
4. Galatas esse a Paulo culpatos ob dies, et
ses observatos; *Gal.* 4. *v.* 10. Nihil exsta
Scriptura de instituto hoc Quadragesimæ jeju
vel de hoc observato ab Apostolis; sed nequ
præscribi potuisse ab Apostolis et dari Ecc
observandum. Esse enim variam corporum
que virium in hominibus constitutionem, ne
diversitatem climatum, ac regionum posse d
minari, in quantum, si jejunandum esset
n

iendum cibo sit. Proinde neque ullam aliquam eneralem legem potuisse condi ad jejunandum.

Quod primum in his objectionibus est, non er id, quod in os intrat, coinquinari hominem, t a Christo dictum adversum Pharisæos, qui us discipulos reprehenderunt, quod panem coedissent non lotis prius manibus. Quod igitur c intravit in os, non coinquinavit hominem, on maculavit conscientiam, nullam maculam imessit peccati. Hoc igitur generaliter non debeit sumi a Basnagio. De iis, qui in deserto nauantes manna, appetiverunt carnes, est: *Adhuc rnes erant in dentibus eorum, et ecce furor Doini concitatus in populum percussit eum plaga agna nimis.* Num. 11. v. 33. Alterum fuit, Omnia unda mundis, et nihil esse rejiciendum, quod m gratiarum actione percipitur. Primum horum : est declaratum ab ipso Paulo: *Omnia quidem nt munda: sed malum est homini, qui per offenulum manducat.* Rom. 14. v. 20. Dum omnia t munda, et omnis creatura Dei bona est, igi mundus, atque bonus is etiam fructus aris fuit, quem sibi prohibitum a Deo comedit amus: et annon tamen iste Adamum, omnese ejus posteros peccato inquinavit, et perdidit, ia hunc adversus Dei prohibitionem comedit? um nihil rejiciendum, quod cum gratiarum ione percipitur, est dictum ab Apostolo nonniadversum eos, qui spiritu erroris acti non tana præcipiebant abstinere a cibis, sed etiam proebant nubere, ponentes sibi deum malum, a et conjugium institutum, et alimenta creata Simile his est et illud, quod inter has obiones est de mensibus, et diebus, propter s observatos Galatas redarguerit Apostolus.

 Pau-

Paulus. Quis enim non videt, istam mensiu dierum observationem, quæ vitiosa fuit in tis, factam esse ex eorum præpostera, et pe sa persvasione, fidem in Christum sibi alite profuturam, nisi huic adjunxissent caerin Veteris Legis, ipsamque circumcisionem? ipse etiam Basnagius diem Domini, septimo vis die redeuntem, non credidit observanda

Nihil vero horum omnium est, ob qu borum abstinentiam, aliasque observation mnavit Apostolus, quod nos per dies quadra qui Pascha antecedunt jejunantes tangeret. I enim ob illas causas quadragesimam observ et jejunamus, sed quod *a Sanctis Apostol doctrinam Spiritus sancti hæc ordinata si junia*, sunt verba Leonis M. Serm. 9. de Qu gesima, *ut per commune consortium crucis sti, etiam nos aliquid in eo, quod propt gessit, ageremus, sicut Apostolus ait: Si patimur, et conglorificabimur.* Ex Scriptu Quadragesima observanda Basnagius requiri ptam legem. Ab Apostolis S. Hieronymus, S aliique Patres testantur jejunium Quadrag per traditionem descendere. Nec aliter qua traditionem habemus ipsos etiam Scripturæ libros. Quod ubique, quod semper, qu omnibus, in hoc ipse Basnagius constituit c um veræ traditionis Apostolicæ: quod con re, et determinare non debuisset, si nihil Scripturam per Apostolos traditum Ecclesia didisset, aut hujus, quod ab his traditum non agnovisset auctoritatem. Dum auten traditio Apostolica asserta est testimoniis Pa atque criterio ipsius etiam Basnagii, pote dubitare, quin Quadragesimam, quam obs

m tradiderunt Ecclesiæ, ipsi etiam observave-nt Apostoli? At vero talis lex generalis de Qua-agesima nequidem constitui potuit ob virium n eamdem in hominibus constitutionem, cli-tumque diversitatem. Huic vero argumentatio-talis vis inest, ut hinc fiat consequens, neque temperantia in cibo, et potu posse esse ullam em. Quæ enim vini quantitas alium sobrium inquit, eadem alium ebrium facit. *Nos ad vi-m nostrarum modulum* ait S. Gregorius Naz. at. 40. *jejunium attemperavimus.* Nec ii, qui virium imbecillitatem, et valetudinem justam sam habent non jejunandi, vel non abstinendi, i solent ad legem servandam Quadragesimæ. d neque eadem cibi mensura fuit unquam de-minata pro omnibus: atque semel se reficere r diem licitum est cuique ea quantitate cibi, e ad refectionem requiritur, quin eadem cibi ntitas æqua esse debeat omnibus. Christus navit quadraginta diebus. Si hoc solum esset mplum Christi, quod imitemur nostra Qua-gesima, estne causa, cur ii, quorum Reforma-ise repulit, et exclusit Quadragesimam, omnem jejunandi disciplinam, carpere nos possint pter observationem Quadragesimæ, quam ad ationem Christi facimus?

§. 46.

De Encraticis, Severianis, Hermogene, Barc ne, Marco, et Colarbaso. De Theodoto riario, et Theodoto Argentario, et Art ne, horumque sectatoribus, de Melchisede anis, et Alogis.

Encratitarum auctor fuit Tatianus, cui E bius *lib.* 4. *H. E. cap.* 16. encomium tribuit eruditissimi, quique Rhetoricam magna cum ria docuerit. Idem etiam Tractatum pro Chı anis contra Gentes composuit. Fuit natione S S. Justini M. discipulus. Quo mortuo, inf ingenio, et Roma, ubi se Justino adjunxerat Orientem reversus, dogmata, quæ concep peperit. Docuit, abstinendum esse carne, e no, nec non matrimonio: unde ejus sectator nomen Encratitarum datum est, quod signi Continentes. In oblatione Eucharistica iidem lam aquam adhibuerunt: quamobrem etiam a tati sunt Hydroparastæ, id est, Aquæ oblat Hujus discipulus fuit quidam nomine Severus: cum sua inventa Tatiani magistri sui placitis disset, novam sectam, et ipse condidit, qu ejus nomine Severianorum appellata est. Hi bus Apostolorum et Epistolis Apostoli Pauli lam auctoritatem tribuerunt, resurrectionem tuorum negarunt, hominem quoad superic corporis partem Dei opus esse dixerunt, q inferiorem, diaboli, huncque solummodo vir nam feminam ex integro eidem diabolo, velut fici dederunt. *Epiphan. Hær.* 46. *Augustin Philastr. in Hæres.* Ambo hi circa a. 170. e terunt, et suas sectas condiderunt. Ex Enc tis pullularunt etiam, ii, qui se Apostolicos n

n

runt, summam etiam abstinentiam profitentes njugii, et omnium mundanarum rerum, velut cessariam ad obtinendam salutem: insuper lasis post Baptismum ad peccatum denegarunt sam etiam spem obtinendæ salutis. Iidem vocati nt et *Apotactitae*, idest Renunciantes, videliet mundo. *S. Augustin. Hær.* 40.

Hermogenes in Africa a. 170. præter alia ocuit, materiam fuisse æternam, ex qua Deus undum condidit: ex Platone hunc hausit erroem, qui Deum non ποιητὴν (factorem, creatorem) d δημιουργὸν (opificem) statuit. Theophilus Antioenus, Origenes, Tertullianus adversus hunc errem scripserunt. In suo libro contra Hermonem Tertullianus non male Philosophos vocat ereticorum Patriarchas. Nam sicut Hermogenes, et ceteri omnes hæresiarchæ vel ex Gentilium ilosophis intulerunt opiniones, et miscuerunt n dogmatibus Christianæ Religionis, vel ipsi o ingenio ratiocinantes, et philosophantes, dum intellectu adgressi sunt de Deo, et rebus di-, quæ supra captum humani intellectus sunt, ere, delati in errores sunt. Verbum fidei, ait S. Paulus Rom. 10. v. 8, quod prædica-. Fides autem est sperandarum substantia rem, argumentum non apparentium. *Hebr.* 11. 1.

Quo tempore Hermogenes in Africa, eodem rdesanes in Mesopotamia alterius hæreseos prinps, ut Eusebius inquit in Chronico, efficitur. ripsit adversus Valentinum, et Marcionem, et M. Aurel. Antoninum Imp. librum de Fato ad ntilium de hoc opiniones refutandas, ejusque imi erga Religionem fuit, ut testimonio S. Epipha-

phanii *Hær*.56.cum Apollonius Philosophus ei
set, ut renunciaret Christianæ Religioni, respo
se paratum esse pro ea etiam mori. Hac d
sa idem Epiphanius *cit. loc.* navi pretiosis
bus onustæ illum comparat, naufragiumque
enti, dum jam prope portum esset. Nan
defensionem Religionis, ejusque confess
naufragium fecit, navi in Valentinianorum s
los impacta, in horum errores delapsus, ad
refutandos prius etiam librum composuerat
autem istos assumpsit; ut ipse tamen hos
in multis transformaverit, prout factum
omnibus, qui sectas in sectis fecerunt. Quo
surrectionem vero mortuorum perstitit i
quod jam etiam Valentinianis fuit, citra al
istius dogmatis mutationem. Hujus sectatoro
desanistæ sunt dicti.

Marcus, et Colarbasus Valentini hæresi
discipuli, quorum sectatores dicti sunt Ma
illud ad Aeonum fabellas, quas Valentinus
posuerat, addiderunt, ut horum generatio
et propagationem ex alphabeto Græco per
rum aliarum cum aliis compositionem explic
siquidem se Christus, qui secundum eos
etiam Aeonum fuit, se dixerit Alpham, et
gam esse in Apocalypsi Joannis Cap. 22.
Idem Marcus magicis artibus effecit, ut vin
calice sangvis videretur esse. Nobiles, et o
tas feminas seducebat, ut se ei ad rem f
præberent promittendo, ista ratione a se i
Spiritum sanctum derivatum iri, cujus eam
nitudinem in se jactabat, quam nec Prophet
Apostoli habuerint. De quibusdam femin
seductis sic scriptum est ab Irenæo lib. 1. c
ets. *Hæ sæpissime, conversæ ad Ecclesiam*

c

confessæ sunt, et secundum corpus exterminatas se ab eo velut cupidine, et inflammatas valde illum se dilexisse: ut et Diaconus quidam eorum, qui sunt in Asia, suscipiens eum in domum suam, inciderit in hujusmodi calamitatem. Nam cum esset uxor ejus speciosa, et sententia, et corpore corrupta esset a mago isto, et secuta eum esset multo tempore, post deinde cum magno labore fratres eam convertissent; omne tempus in exomologesi consummavit, plangens, et lamentans ob hanc, quam passa est ab hoc mago corruptelam. Speciatimque idem refert de Rhodanensibus, hoc est accolis ad fluvium Rhodanum in Gallia magno numero feminis: quarum tamen aliquæ, postquam exomologesim jam in manifesto fecissent, sunt verba ipsius Irenæi, tamen se denuo ab Ecclesia substraxerint, ad pristinumque turpitudinis. et spurcitiae volutabrum reversae sint. Exomologesis Græcum vocabulum significat Confessionem. Dumque hæc peccatorum confessio, atque expositio fuerit; hinc intelligitur, quid in agenda poenitentia jam Ecclesiæ seculo secundo in Ecclesia observatum sit, idque S. Irenæi testimonio.

Theodotus Byzantinus, cognomento Coriarius ab opificio, quod tractavit, in persecutione Christum abnegavit. Quod cum ei deinde objectum fuisset, et male ideo audiisset, ivit Romam. Sed et ibi agnitus, crimen suum majore crimine cumulavit, dicendo, levem suam esse culpam: siquidem hominem tantum abnegasset, Christum asserens solummodo hominem, non Deum. A Victore Papa Romae ejectus ex Ecclesia. Theod. Argentarius a re argentaria, quam tractabat, et pecuniarum permutatione sic cognominatus, docuit, Filium

lium Dei inferiorem esse Melchisedecho: qui tus absque patre, et matre, Angelorum adv tus sit, atque hinc Christo major, qui tan homo isto munere advocati functus pro hon bus sit. Hujus asseclæ Melchisedechiani v sunt. Tam vero hi, quam etiam Theodoti C rii sectatores communi vocabulo appellati Alogi, vel Alogiani: quasi, qui sine Verbo ess siquidem Verbi, quod erat Deus, *Joan. ca v.* 1, divinitatem negassent. Qua de causa ii et Evangelium Joannis, et Apocalypsim rej runt. Artemon Theodoti Coriarii discipulus a Christum merum hominem affirmabat: qui se a magistro suo separasset, ejus sectatore cti Artemoniani, iterum in eamdem sectam Theodotianis coiverunt. Jactabant suum dc de Christo esse illud idem, quod ab Apostolis ditum perstiterit usque ad Victorem Papam, a Zephirino ejus successore adulteratum sit. N dacium hoc esse arguit Eusebius *lib.* 5. *H. E.* 28. siquidem Theodotum Victor ab Ecclesia i co expulerit: quem vero non ita habuisset ejusdem cum eo sententiæ fuisset. Hoc figme istorum hæreticorum vocat etiam Basnagius in nalib. Seculo deinde decimo sexto Lutherus Calvinus, dum eam, quam vocant Reformatio facerent, etiam præseferebant fidei doctrinan se corruptam, et depravatam, et maxime per manos Pontifices, imo totam defecisse Eccle Nemo potest sperare, ut falsitas, quam moli successum habeat; nisi una veritati, quam q subvertere, falsitatis nomen imposuerit. Eus *loc. cit.* refert etiam a Theodoto Argentario, que socio Asclepiodoto esse inductum Nata qui confessionis gloriam sibi pepererat in p cutione, ut se eorum Episcopum ordinari p

sit promissis sibi ab his centum quinquaginta denariis in singulos menses. Denarius Romanus, qualem oportet intelligere, æquabat in valore unam circiter sextam partem floreni Rhenensis. Hunc visionibus nocturnis sæpe esse admonitum, cumque his non cessisset, etiam integra nocte ab Angelo flagellatum, tuncque demum sacco indutum, et cinere conspersum statim postera die mane ad Zephyrinum Papam venisse, multisque precibus, ut ad communionem reciperetur, impetrasse. Ex Caji Romani Presbyteri libello, cujus mentio fit etiam a Theodoreto, et Photio, qui æqualis fuit illorum temporum, rem hanc se habere dicit Eusebius.

§. 47.

De Praxea, Noeto, Sabelliò. Dionysius Episc. Alexand. quid egerit adversus Sabellium. Ejus ipsius accusatio, et apologia.

Praxeas, cujus jam facta mentio est §pho 45. in Montanistarum hæresi, Asiaticus cum Montanistas prius eorumque errores ad Romanum Pontificem detulisset, ipse nescivit sibi cavere, in erroremque delapsus est, negans tres distinctas in Deo personas; quem inde concepit, quod, ut dicebat, communicata pluribus monarchia auctoritatem principatus minueret. Idcirco, qui sectam Praxeam sunt, appellati sunt Monarchici, et Patripassiani: quod cònfitendo Christum esse Deum, unamque tantum ponendo personam in Deo, ferret consequens, Deum Patrem pro nobis esse passum, et in crucem actum, Optatus Milevitan. l. 1. *cont. Parmenian.* docet, Praxeam una cum Mar-

Marcione, Valentino, aliisque hæreticis esse Zephyrino Papa condemnatum. Eumdem er rem suscitavit Noetus Smyrnensis circa a. 2 iterumque Sabellius Noeti discipulus Ptolemai civitate in regione Aegypti, quæ Pentapolis dicit sita oriundus eumdem instauravit, et propaga circa a. 250. Adversus hunc insurrexit Dionys Episcopus Alexand. quemque et scriptis suis re tavit, et detulit ad Xistum Pap. per epistol testimonio Eusebii *lib.* 7. *H. E. cap.* 5.

Dum autem Dionysius laborasset in refut do Sabellio, hujusque errore; ex ejus episto quam hac de causa scripsit ad Ammonium, Euphranorem, visus est quibusdam in Pentap in contrarium ipse errorem delapsus esse. Att ad demonstrandam Personarum divinarum dist ctionem locum illum Evangelii, in quo Joan. v. 1. Christus de se dixit: *Ego sum vitis ve et Pater meus agricola est*, hinc argumenta alium esse Patrem, et alium Filium, siquidem agricola sit vitis., neque vitis sit agricola. Na que hoc ii, quibus visus est errasse, sic sump runt, quasi quoad naturam Patrem, et Fili non unum esse asseruisset, ideoque hunc ad Di nysium Romanum Antistitem, qui Xisto succe in Pontificatu a. 258. detulerunt. Rem refert Athanasius Tom. I. Oper. pag. 246. *Cum igit* sunt verba illius, *Dionysius Episcopus oertior. ctus est de Pentapolitanis*, in Pentapoli jam usque serpserat Sabellii error, Ut vix ulte Filius Dei in Ecclesiis prædicaretur, quæ et i sunt Athanasii verba, *zelo Religionis hanc epi lam contra hæresim Sabellii ad Ammonium, Euphranorem scripsisset, quidam ex Ecclesia cte quidem sentientes, sed tamen ignari ejus c*

sa

sæ, cur ita scriptum ab eo esset, Romam adscenderunt, ibique apud Dionysium ejusdem nominis Romanum Præsulem accusarunt. Re comperta Alexandrinus simul et contra Sabellii sectatores, et Arii dogmata, propter quæ ab Ecclesia ejectus fuit, volumen composuit. Huic volumini, ut idem docet Athanasius Elenchi, et Apologiæ nomen dedit, postquam a Romano Praesule ea, quæ de se erant delata, petiisset, et accepisset. Arii dogma vocat S. Athanasius errorem, qui Dionysio datus est ab ejus delatoribus, quod hunc postea Arius habuerit, et docuerit.

Baronius in Annalib. in eo, quod modo narratum est, argumentum constituit ad probandam jurisdictionem, quam Romanus Pontifex habeat vi sui Primatus supra universam Ecclesiam, asseruitque, æquum fuisse, ut Episcopus Alexandrinus deferretur ad Romanum Episcopum in causa sui erroris utpote judicem primarium Episcoporum omnium. Negat Basnagius in suis Annalibus istud Baronio, et dicit, in confesso esse, hanc non fuisse legitimam, et regulis Ecclesiasticis consentaneam accusationem. Nam Dionysium inscium, neque prius interrogatum nec debuisse, nec potuisse deferri: sed hunc conveniendum fuisse prius, apud Synodum Alexandrinam, reumque agendum. Itaque nihil auctoritatis ex hoc facto Pentapolitanorum accrevisse Romano Pontifici: sed neque ab his eumdem Romanum Pontificem esse appellatum Judicem Antistitum omnium. Idque fuisse Ecclesiastici instituti, ut, dum Episcopus aliquis errores spargeret, de hoc Sacerdotes admonerentur omnes, ut scirent, quocum religionem communionem colerent, sicut exemplis infinitis doceri possit: sed quod satis sit, observasse,

fa-

factum in causa etiam Pauli Samosateni, q
Antiochena Ecclesia ad Dionysium Alexandr
et Firmilianum violatæ fidei delatus sit.

Dixit Basnagius, in confesso esse, han
fuisse legitimam, et regulis Ecclesiasticis cc
taneam accussationem. Unde vero istud pr
Hanc regulam cur igitur non etiam exhi
Dum ex Historia argumenta ducuntur, ex
dijudicari solet, quid consentaneum instituti
ligionis fuerit. S. Athanasius testatur, Dion
Alexandrinum a Pentapolitanis esse accusatum
Dionysium Romanum Antistitem, suique pu
di causa apologiam scripsisse, eique misisse.
scopus Alexandrinus post Romanum eminu
pra omnes alios Episcopos. Attamen hujus
delata est ad Romanum Antistitem, isque s
jus judicio subjecit. Hocce igitur factum
dit, jurisdictionem Romani Pontificis jam
viguisse in quemlibet Episcopum: siquidem
exercuerit in Alexandrinum, qui eminentio
omnibus aliis Episcopis. Basnagius arguit
judicium non esse factum legitime. Histori
clesiasticæ est ostendere, quid in Ecclesia e
tere, perpetuoque usu factum sit, ut inde
jure fiat, ostendatur: adeo ex eo, quod vet
stituto factum est, jus ipsum asseratur. Sc
ergo annalium præcipuum Historiae Eccle
cae finem pervertit, tollens illud, unde jus
batur, ut ita ipsum quoque jus neget leg
Pergit deinde ulterius, Dionysium Alexand
rei inscium, necdumque interrogatum nec d
se, nec potuisse deferri. Et hoc ex quo i
Basnagius docet jure? Hujus enim tantum
gula est, ne is, cujus nomen delatum est,
tumvis reus, prius condemnetur, quam sit

tus, suique defendendi habuerit potestatem. Id vero erga Dionysium fuit observatum. Sed apud Synodum Alexandrinam prius debuisset conveniri. Omnino, si Basnagius demonstrasset, non potuisse rem deferri direete etiam ad Romanum Pontificem. Dicit, istud innumeris exemplis posse doceri. Neque tamen ex innumeris ullum attulit. Contrarium vero vidimus §pho 28. in Marciano Arelatensi Episcopo, quem S. Cyprianus in Novatiani errorem delapsum directe etiam ad Stephanum Papam, non ad ullum Episcoporum concilium detulerit. At vero et ipse Basnagius non omisit id, quod asseruit, confirmare exemplo Pauli Samosateni ab Antiochena Ecclesia delati ad Dionysium Alexandrinum, et Firmilianum. Dum vero hoc attulit Basnagius in exemplum, meminitne, illud se voluisse isto exemplo probare, priusquam Dionysius Alexandrinus delatus esset ad Romanum Pontificem, debuisse deferri ad Episcoporum Synodum. Dionysius Alexandrinus, vel Firmilianus, ad quem delatus est Paulus Samosatenus, fuit ne Episcoporum Synodus? Porro si Paulus Samosatenus deferri potuit ad Dionysium Alexandrinum, et Firmilianum, annon magis etiam Dionysius Alexandrinus ad Romanum Episcopum? imo ad aliumne potuisset deferri, qui omnes alios Episcopos antecederet, et nonnisi Romano Episcopo inferior esset? Sed hi causam deinde Pauli Samosateni tantum in Concilio dijudicarunt. Quid vero etiam hinc conclusionis esse potest adversus id, quod in quæstione est, num jure, et legitime Dionysius Alexandrinus deferri potuerit ad Romanum Pontificem, quandoquidem et Pauli Samosateni delatio facta sit ad Dionysium Alexandrinum, et Firmilianum ipso etiam asserente Basnagio? Ex eo, quod Pauli Samosateni delatio facta

cta esse dicatur ad aliquod Episcoporum Concilium, Dionysius vero delatus sit ad Romanum Pontificem, nondum fieri potest conclusio, illam tantum, non etiam hanc delationem factam esse legitime; sed cum jura hic demonstrentur ex factis, et utrumque factum sit, concludendum erat, utrumque legitime fieri potuisse, hoc est, causam potuisse deferri sive ad Episcoporum Concilium, sive ad Romanum Pontificem. Hinc deinde Basnagius se alio vertit. Vult ostendere hanc Dionysii nec fuisse delationem; quia ejus delatores non dederint Dionysio Episcopo Romano titulum Judicis Antistitum omnium. Verba, quibus hi Romanum Pontificem appellaverint, expressa ab Athanasio non sunt. Id vero, quod factum est per delationem Dionysii Alexandrini ad Romanum Pontificem, testatur jurisdictionem ejusdem Romani Pontificis supra quemlibet alium Episcopum, dum hanc exercuit supra Alexandrinum, qui eminentior fuerit Episcopis ceteris omnibus. Ex eo igitur, quod constat factum esse, et præbet firmum argumentum, negligit argumentum ducere: inde hoc vult sumere, unde nullum sumi potest. Ex eo, de quo non constat, an, vel quomodo factum sit, argutatur. Quaeso, ex ignotone, et incerto aliquid certi concludi potest? Denique dum Basnagius dicit, Dionysium inscium, et non interrogatum non debuisse, nec potuisse deferri ad Dionysium Romanum, dat igitur ipse etiam, et concedit, debuisse, et potuisse legitime deferri, tantum ne non inscium, ne non ante interrogatum; id quod in quæsione erat, et adversum quod Basnagius disputaverat.

§. 48.

§. 48.

Paulo Samosateno. Sitne Ὁμοούσιον, *quo Nicaeni Patres usi vocabulo sunt ad configendum Arii errorem, reprobatum in Paulo Samosateno a Concilio Antiocheno.*

Paulus a Samosata Syriae urbe ad Euphratem, ejus patria fuit, Samosatenus cognominatus a. ad Episcopatum Antiochenum provectus fuit. ıc Zenobia uxor Odenati, qui capto Valeriano : a Persis antea Palmyræ in Syria præfectus, de a Gallieno in consortium etiam Imperii asptus est propter defensionem Imperii, hunc, ıam, Zenobia ad se vocaverat, ut ei institu- xponeret Christianæ Religionis: qui vero eam ıit, Christum fuisse merum hominem. Quod innotuisset aliis Episcopis, hi Antiochiam ad cilium de Paulo Samosateno habendum con- ɜrunt, nominatim Firmilianus Cæsareensis 'appadocia, Gregorius cognomine Thaumatur-, et ejus frater Athenodorus, ambo Episcopi 'onto, Theotecnus Caesareensis in Palæstina, ɜnus Tarsensis, tamquam adversus gregis Do- ici vastatorem, ut inquit Eusebius *lib.* 7. *H. E.* 27. Dionysius Alexandrinus rogatus ut veni- cum propter yaletudinem, et senium venire potuisset, literas misit, Antiochenæ Ecclesiæ nscriptas, ut Pauli Samosateni nequidem no- attigerit, exposuitque, quæ sibi de eo, de accusabatur Samosatenus, esset fides. Cum ɜo per Malchionem Presbyterum, qui An- ıiæ scholæ præerat Sophisticæ, elicitum, quid sentiret, neque enim volebat confite- ɔonvictus, de errore, spopondit, idem se post- sensurum, et docturum, quod ceteri in Ec-

cle-

clesia tenerent, et crederent. Ficte vero tantummodo promisit. Perstitit enim in eo doc do, quod ante docuit. Quamobrem denuo I scopi innumerabiles, ut Eusebius *cit. loc.* di S. Hilarius *lib. de Synodis* hos determinate h octoginta, Antiochiam convenerunt, et Sam tenum condemnaverunt, literasque ex suo concilio de eo, quod egerant ad Dionysium manum Præsulem, ad Maximum, qui intere Alexandrino Episcopatu Dionysio successerat ad alios Episcopos omnium provinciarum m runt. Id actum a. 270. est. In Epistola Sync hæc Paulo Samosateno insuper præconia dan avaritia sordidum fuisse, ambitione tument auræ popularis avidum, aliorum contemptor luxu perditum. Samosatenus sententia Concili Episcopatu depositus, e domo Episcopi exire, e que cedere noluit Domno, qui in ejus locum dinatus est Episcopus. Aurelianus Imp. erat tempore in Syria. Ad hunc non dubitaverur causa domus ire Episcopi. Imperator domun adjudicavit, *Quibus Italici Christianæ Religi Antistites, et Romanus Episcopus scriberent.* S verba Eusebii. Tali modo cum summa ignom sua, ejectus e domo est.

Nec de SS. Trinitate Samosatenus bene s sit. S. Epiphanius Hær. 65. sic de hoc scri *Est autem hæc Pauli opinio, Deum Patrem Filium, et Spiritum sanctum unum esse De Verbum Dei, ejusque Spiritum inesse Deo p petuo, sicut in corde hominis proprium ver inesse credimus: Filium Dei subsistentiam bere per se se nullam, sed in Deo subsistere.* stulit videlicet trinitatem Personarum. Cum Concilium Nicænum Ariani omnes machinas

hibı

buissent ad 'Ομοούσιον de Symbolo Nicæno tollen-
m, adversum hoc objecerunt, fuisse damnatum
hoc Concilio Antiocheno, quod celebratum est
versus Paulum Samosatenum, dum iste Filium
i asseruisset Deo Patri Consubstantialem. Huc
em et S. Athanasius lib. de Synodis, et S. Hi-
ius etiam libro suo de Synodis responderunt,
nnatum esse Homousion ab Antiochenis Patri-
in eo sensu, quo hoc sumptum fuit a Samo-
mo. *Male intelligitur*, sunt verba Hilarii, *Ho-
usion, quid ad me bene intelligentem? Male
nousion Samosatenus confessus est: sed num-
d melius Ariani negaverunt? Octoginta Epi-
i olim respuerunt, sed trecenti octodecim nu-
receperunt. --- Damnemus vitiosam intelli-
tiam, non auferamus fidei securitatem.* S. Atha-
ius *cit. loc.* explicuit, quemadmodum hoc a
nosateno factum sit: nam sic fuisse argutatum:
Christus non ex homine Deus factus est, ergo
substantialem esse Patri: hinc vero sequi, tres
substantias, unam priorem, duas vero ex il-
rodeuntes. Argumentabatur videlicet ab ea,
hominis ex patre homine solet esse generatio,
quà patris, et filii non una, sed duæ numero
nctæ naturae semper sunt, et qua ratione ter-
insuper adstruxit in Deo substantiam, si Pa-
etiam e sua substantia Spiritum sanctum emi-
t. Neque tamen Ariani, quamvis omnino hoc
damnato Homousio ab Antiochenis Patribus
ssent, fidem fecerunt ipsi etiam Athanasio,
dum hanc objectionem Arianorum attulisset,
verbis usus est: *Quoniam autem, ut ipsi di-
, nam Epistola penes me non erat*, Synodica
icet Concilii Antiocheni. Sique re vera in
Concilio Antiocheno damnatum fuisset Ho-
ion, anne Ariani neglexissent, hoc ipsum

opponere in Concilio Nicæno, quod iis jam tum tam invisum, et exosum fuit? Quod non fecerunt. Quin in Harduini Collection cilior. Tom. I. pag. 1639. habetur Symbol hoc Antiocheno Concilio confectum adversu lum Samosatenum: in quo est, Christum e mousion Patri. Apud eumdem Harduinum i Concilii Ephesini I. fit æque provocatio ab bio Doryleensi adversus Nestorium ad Sym Patrum Antiochenorum, hujusque Symbo ba hæc de Christo allegantur: *Deum ver Deo vero, Consubstantialem Patri*, ut p appareat Nicænum Concilium in damnando usurpandoque Homousii vocabulo vestigiis cheni Concilii, quod damnavit Paulum San num, institisse, non inter hæc Concilia aliq versum quoad Homousion exstitisse. De l dem argumento egi, atque etiam cop quam hic, in Dissertat. meæ II. in Select Eccl. argumenta §. 2.

§. 49.

De Mannichæis, Hieracitis, Angelicis, e stolicis.

Mannichæorum secta admodum pestife contagiosa exorta est juxta Chronicon Eus Chr. 277. Hac autem ratione. Quidam Scythianus ex Arabia oriundus, postqua xandriæ operam dedisset philosophiæ, sibiq scientiam arrogasset magnam, libros q composuit, in Palæstinamque cum his iv hanc scientiam suam aliis venderet. Morbo ptus, ex quo celeriter obiit, suum exeq

positum non potuit. Terebinthus ejus discipulus, quem librorum suorum hæredem fecerat, cum id, quod magistro suo fuit propositum, facere tentasset, explosus vero ab omnibus esset, ex Palæstina in Persidem se contulit assumpto alio etiam novo nomine Buddae. Ubi pejus res ei successit. Nam Persarum sacrificulis in eum insurgentibus interfectus fuisset, nisi mulier quædam domi suæ illum occultasset. Non multo vero post, cum tectum domus conscendisset, ut daemones evocaret, hinc delapsus, ex casu periit. Hæc eadem mulier et librorum, et pecuniarum Buddæ hæres facta, servum emit Curbicum nomine, et prolibus carens etiam filium sibi adoptavit, disciplinisque Persicis instruendum curavit. Cum in semiphilosophum evasisset, ut eum S. Epiphanius *Hær.* 66. vocat, ne nomen, quod servus, et mancipium habuit, ei probro esset, Manetem quod in Persica lingva disertum significat, ejus vero sectatores Mannichæos se vocarunt, id est, manna funden-tes, postquam Manes μανικός, quod in Graeca lingva insanum significat, coepisset per deridiculum vocari.

Manes autem ea scientia, quam ex libris Scythiani hauserat, inflatus, mira de se coepit prædicare, seque dicebat Paracletum eum esse, quem Christus dixit, a se missum iri. Aegrotabat filiolus Saporis Persarum regis. Hunc quoque se curaturum spopondit, idque sola sua precatione. Dimissis medicis huic committitur puerulus. Moritur. Manes conjicitur in carcerem. Corruptis pecunia custodibus præsens evadit supplicium, quod custodes subeunt. Manetem Rex quærendum, atque repertus esset, comprehendendum, et adducendum, ad se curat. Ad ditiones Romanas

transfugerat. Erat quidam Marcellus in Mesopotamiæ oppido Caschara, vir opulentus. Ad hunc Manes misit epistolam cum hoc de se elogio: *Mannichæus apostolus Jesu Christi, et qui mecum sunt sancti omnes, et virgines Marcello filio charissimo*, quærens hunc sibi adjungere. Marcellus svadente Archelao Episcopo Manetem ad se invitat. Instituitur disputatio adhibitis arbitris Gentilium philosophis. Horum etiam sententia victus fuit Manes. Unde discedens, et ex aliis ad alia loca migrans incidit in manus eorum, quibus a Rege Persarum negotium datum fuit ejus comprehendendi. Rex vivo cutem detrahi jussit, arundine adhibita in locum cultri. Hac de causa Mannichæi consveverant super arundine decumbere somnum capturi. Hæc epistola ad Marcellum missa vocata fuit a Mannichæis Epistola fundamenti, quasi quæ omnia contineret fundamenta eorum doctrinæ. Adversus hanc epistolam exstat a S. Augustino scriptus liber.

Dogmata istius sectæ fuerunt, duo esse rerum principia, bonum, et malum. A malo principio omne quod corporeum est, effectum, esse asserebant. Quamobrem nec in Christo admiserunt verum corpus: itaque neque esse vere passum, atque mortuum, sed solummodo in speciem. Hinc istud quoque Mannichæis velut consectarium fuit, Carni non esse subveniendum. Quamobrem pro hostili, ut S. Augustinus inquit *lib. de Morib. Mannich. cap.* 15. pauperum commiseratio habebatur. Importunioribus tamen mendicis pecuniam dabant, non quidquam aliud. Ipsi vero nihilominus esculenta ab aliis accipiebant, et comparabant, quae priusquam ori imponerent, sic protestantes: Ego te non feci, ego te non seminavi,

ego

o te non messui, et insuper imprecantes, ut i ista seminasset, messuisset, coxisset, pinsuis-:, similiter meteretur, coqueretur, et pinsere-r, cumque rem manu sursum aliquantulum ja-issent, iterumque cadentem excepissent, tum mum eam sumebant. Duas etiam animas, bo-m, et malam, ponebant in eodem homine, ea-mque transmigrationem ex homine in pecus, et nc in hominem adstruebant: quin has in ipsis am plantis, et arboribus constituebant. Hinc se homicidio contaminarent, abstinebant ab ellendis plantis e terra, et decerpendis fructi-s ex arboribus, sed neque agros colebant. Non men hoc fuit Mannichæorum omnium, sed tan-m eorum, qui Electi apud eos vocabantur, ce-ris autem, quos Auditores nominabant, agri-ltura permissa erat. In Deo iidem tres quidem rsonas confitebantur, sed has ita ab invicem di-raxerant, ut Patrem in remotissima aliqua luce nerent habitare, Filio in sole, et luna, quasi cundum verba illa: *Posuit in sole tabernaculum um*, Psal. 18. v. 6. Spiritui sancto in aere se-em, et habitationem darent. Filium Dei, et hristum fabulabantur, ubique locorum e terra rogenerari, et esse suspensum ex omnibus arbo-bus, et plantis. Cum, ut jam dictum est, duas uique homini animas dedissent, bonam, et ma-m; a mala enima bonam suam animam dicebant urgatum iri per elementa, et postquam purga-t esset, primo adscensuram, et intraturam ad inam; hinc ad solem, ac demum perventuram d Deum. A Manetis vero doctrina alienos, et uic refractarios ituros ad infernum; unde tamen rimum poenis datis redituri essent, in aliumque ominem transmigraturi vel etiam in pecus, aut lantam, si vero neque nunc se emendassent, itu-

ros

ros esse ad inferni ignem magnum. Respuerunt libros Canonicos Veteris testamenti omnes, velut a malo principio, et a tenebrarum principe datos. Baptismum quoque abjecerunt, eo quod aqua in eo adhiberetur. Eucharistiam, qualem sibi fecerint, horror est dicere. Nam farinam profluvio humani seminis conspurcabant ad ejus, ut dicebant, impuritatem depellendam: cumque omnem sibi darent licentiam libidinis, tamen in matrimonio curabant, ne facerent foetum, idque in odium carnis.

Ad regimen totius suæ sectæ erant Mannichæis e classe eorum, quos Electos nominarunt, duodecim Magistri, in primoque dignitatis, et auctoritatis gradu, quibus tamen adhuc unus præsidebat, dictus Princeps. Hos sequebantur in secundo dignitatis gradu Episcopi duo, et septuaginta, quorum electio facta fuit a Magistris: post hos ulterius erant Presbyteri, et Diaconi. Divisione autem facta, ut jam dictum est Mannichæorum in Electos, et Auditores, ab his illos S. Augustinus *lib. de Morib. Mannich. cap.* 20. docet, fuisse distinctos ore, manu, et sinu. Ore, quod carnibus, et vino prorsus abstinerent; manu, quod hanc continerent, ne vel animal ullum læderent, vel fructum ex arbere, et planta carperent; sinu, quod nullas nuptias inirent: Auditoribus vero ista omnia fuisse permissa excepto dumtaxat vino.

Quis crederet, potuisse reperiri, quibus hæc tam inepta, insana, atque absurda potuerint persvaderi, a quibus non tantum ratio, verum etiam pudor, et verecundia deberent abhorrere. At vero ubi illecebra carnis est, ibi rationi quoque proclive naufragium est. Hoc est, quod pesti huic

pri-

imum quidem explosæ, tamen brevi postêa cerimas alas addiderit, et quos infecit, sibi agitinaverit sic, ut difficillimum esset, eos ab erre avellere. Africam pervasit hæc contagio ma-ne, idque seculo præsertim quinto, et S. Austini ætate, ut nequidem Imperatorum Valeniani, et Theodosii edictis satis coerceri potue-. Idem deinceps ab Imperatoribus factum est. rca medium seculi septimi ad se occultandos abgarunt, se Manetis esse sectatores, et præ se ebant, se unice Evangelium Christi, et Episto-S. Pauli sequi. Iidem hoc tempore novo nomi-Pauliciani coeperunt appellari a quodam Pau-, qui unus ex eorum antesignanis fuit, sumaequo diligentiæ in secta propaganda. Brevi item patuit, eosdem mansisse quoad dogmata, turpissimos mores, qui ante fuerunt. Anno 845. heodora, quæ cum filio Michaele Imperium Orintis regebat, exercitum adhibuit ad extirpanm hanc sectam. Sublata sunt ad centum eorum illia. Reliquiæ illorum se se deinde cum Saraceis conjunxerunt: et brevi tempore ad eam pontiam pervenerunt, ut Armeniam in suam reegerint potestatem, suumque proprium Principem hic haberent. Iidem sectam suam inter Bularos, et Sclavos Scythiæ Europaeæ populos proagarunt. Sed neque istius contagionis expers ansit ipsa etiam Italia, Gallia, Germania, et ungaria. In Hungariam venit per Mannichæiso infectos Turcas, et Saracenos, dumque Tur- magnam Hungariæ partem occupassent. Hinc ius maledicentiæ etiam nunc adhuc supersunt rmulæ, dum inter imprecandum res, quæ adrsa est, et contra voluntatem accidit, diabolo buitur, qui tenebrarum princeps etiam Manchæis fuit. Circa medium seculi decimi, et sex-

ti

ti id factum esse intelligitur ex Jur. Hung. Part. II. a. 1563. art. 42. ubi dicitur, *His proximis annis horrendas in Deum Creatorem exortas esse blasphemias.*

Erat illud, quo Mannichæi utebantur ad suum dogma de duobus rerum principiis instillandum aliis, et cui superstruxerant sua cetera, quod cum multa sint in mundo, etiam animantium genera hominibus infesta, et noxia, hinc Mannichæi ratiocinando concluderent, eorum, quæ mala essent, non posse esse auctorem Deum, qui bonus est. Cum cuidam muscæ fuissent importunæ, et incommodæ, rem refert S. Augustinus *Tract.* 1. *in Joannem*, atque istas cum animi commotione a se abigeret, Mannichæum statim hanc arripuisse occasionem, et quæsivisse ex homine, cui muscæ incommoditatem fecerant, quisnam muscas fecisset: cumque iste non fuisset ausus dicere, factas a Deo, Mannichæum rursus quæsivisse, quis igitur eas fecisset, ille vero cum respondisset, diabolum esse, qui has fecerit, tunc Mannichæum a muscis ad vespas, ad locustas, ad lacertas, ad aves, ad pecus, atque ad ipsum hominem ivisse ultra gradatim, hominemque, taedium passum a musca, quemadmodum ab araneo capi solet musca, disputationis suæ laqueis irretivisse. Erat et hoc illorum artificium, et astutia. Si quem pellexissent ad secum de Religione colloquendum, huic declarabant, nulli se velle imponere fidem solummodo caecam, sed sua dogmata ita proponere, ut neminem cogant ad ea suscipienda, sed cuique relinquere, per seipsum de eorum qualitate judicandi potestatem. Sic se a Mannichæis deceptum ipse testatur etiam S. Augustinus lib. de Utilitate Credendi cap. 1. *Nosti*, inquit, *Honorate,*

rate, non aliam ob causam nos in tales homines incidisse, nisi quod se dicebant terribili auctoritate separata, mira, et simplici ratione eos qui se audire volent, introducturos ad Deum, et errore omni liberaturos. Quid enim me aliud cogebat annos fere novem spreta Religione, quæ mihi puerulo a parentibus insita erat, homines illos sequi, ac diligenter audire, nisi quod nos superstitione teneri, et fidem nobis ante rationem imperari dicerent? se autem nullum premere ad fidem, nisi prius discussa, et enodata veritate. Quis non his pollicitationibus illiceretur, præsertim adolescentis animus cupidus veri? Epiphanius Hær. 66. Cyrillus Jerosol. Catech. 6. Illuminator. Theodoretus lib. 1. Hæret. Fabul. omniumque præcipue S. Augustinus tum in his libris, quos jam memoravi, tum in aliis pluribus a se contra Mannichæos editis, de hac secta egerunt, eamque descripserunt.

Eodem fere tempore, quo Manes in Persia, Hierax novam sectam, quæ Hieracitarum dicta est, in Ægypto condidit. Hi negarunt, qui error jam aliis etiam fuit, futuram mortuorum resurrectionem, damnarunt nuptias, et matrimonium. Quamobrem, ut perhibet S. Epiphanius *Hær.* 67. nonnisi innuptos, et caelibes ad suam sectam receperunt. Alia secta circa idem tempus exstitit Angelicorum incertum quo auctore, et unde hanc sibi denominationem assumpserit. S. Epiphanius *Hær.* 66. Angelicorum hoc nomen inde repetit, vel quod hi mundum crediderint conditum esse ab Angelis, vel quod se Angelis in puritate vitæ æquaverint, vel ab loco Angelina, ultra Mesopotamiam sito. Apostolici circa a. 145. exorti sunt. Apostolorum imitatores videri volebant, caelibem vi-

vitam ducebant, bonis se omnibus abdicarunt. Quamobrem iidem etiam appelati sunt Apotactitæ, quod in Græco significat Renunciantes. S. Augustinus *lib. de Hæres. cap.* 14. in eo istorum constituit hæresim, quod se ab Ecclesia separassent, quæ in sinu suo, atque gremio foveret etiam non caelibes, et bonorum possessores. Etiam circa medium seculi duodecimi hæretici in Germania exorti sunt, qui se pariter Apostolicos vocarunt, et volebant haberi pro iis, qui Apostolorum vivendi formam exactissime observarent, tametsi cum alia instituta Ecclesiæ ab Apostolis tradita, tum ipsum etiam Baptismum repudiassent.

§. 50.

Schisma Donatistarum. Romanum Concilium in causa Donatistarum. In hoc Concilio jurene proprio, vel delegato judicium Melchiades Papa exercuerit.

Initium hujus schismatis Baronius in Annalibus suis posuit in anno sexto supra trecentesimum; ab aliis vero Criticis, et novissime a Saccarellio quoque in anno ponitur undecimo: siquidem huc usque persecutio duraverit in Africa, adeoque ea concilia vix prius potuerint celebrari, quæ propter schisma hoc habita sunt. Est vero hoc exortum sic. Mensurio Episcopo Carthaginensi mortuo electus est Caecilianus, Carthaginensis antea Diaconus, et a Felice Aptungitano consecratus. Botrus, et Coelesius Presbyteri fecerant, ut ad novi Episcopi electionem tantum viciniores Episcopi convenerint, et ex Numidia Episcopi, ipseque Primas Numidiæ Secundus, Tigisitanus Episcopus, ne-

negligerentur, sic sperantes, alterutrum ex se ad Episcopatum evehendum. Mensurius vasa Ecclesiæ aurea, et argentea in persecutione Presbyteris tradidit custodienda, ne diriperentur, eorum vero indicem piæ cuidam matronæ commisit, ut si contigisset eum mori, ejus successori in Episcopatu eumdem daret. Vasa hæc Botrus, et Coelesius surripuerunt, et averterunt. Quamobrem male sibi conscii, a Caecilianoque sibi metuentes factionem adversus eum compararunt. Insurrexerunt adversus ejus consecrationem, quasi quæ peracta non esset legitime prætermissa Episcoporum convocatione, quam dicerent, ex universa Numidia fieri debuisse. Factionem adjuvit Lucilla potens, et locuples femina suis pecuniis, Caeciliano irata, quod ab eo, dum Diaconus adhuc fuisset, reprehensa esset, *Quod ante spiritualem cibum, et potum, os, nescio cujus Martyris*, sunt verba Optati Milevitani lib. 1. cont. Parmenian. *si tamen Martyris, libaret, et os, nescio cujus hominis mortui, et si Martyris, sed nondum vindicati, præponeret Calici salutari.* Dum mulier dicitur dummodo ideo reprehensa, quod os nondum Ecclesia vindicati Martyris, hoc est asserti ab ..., aut fortasse neque Martyris osculata esset ante sumptionem Eucharistiæ, intelligitur, non fu... reprehendendam, si hanc osculationem vene...tionis causa certis, et indubitatis reliquiis cujus...m Martyris præstitisset, deinde si eam ita fe...set, ut tamen Reliquias in honore non antepo...ret Eucharistiæ. Hoc itaque præbet argumentum pro Reliquiarum veneratione, quæ jam tunc ...uerit in Ecclesia. Dum hoc ex Optato etiam ...snagius protulisset in suis Annalibus, cujus est, nullam prætermittere occasionem carpendi instituta Ecclesiæ Catholicæ, hic altum tacuit, intactosque

que reliquit Reliquiarios, quibus supra §ph etiam Crucem Christi, ne eam venerari po: ibat ereptum. Vidit, nimis apertum esse, quoad venerationem Reliquiarum consenta esset mori, atque institutis jam primorum lorum Ecclesiæ.

Botrus, et Coelesius eo rem perduxerui Concilium institueretur, ad quod Secundus scopus Tigisitanus, Primas Numidiæ venit Episcopis suæ provinciæ fere septvaginta, gatus etiam ambitione, quod non ab eo, v a Felice Aptungitano Caecilianus consecratus Dum autem nihil in hujus vita, et moribus issent reperire, quod apponerent adversu Episcopatum, istud ex Felice quæsiverun hunc conferentes, fuisse traditorem Sacron brorum in persecutione: statimque hoc pra Caeciliano Episcopatum abrogarunt, et Majo Lucillæ domesticum Clericum Episcopum o runt, ordinationem peragente Secundo Epi Tigisitano. Fuit inquisitum postea etiam ju Constantino Imp. num Felix libros sacros ir secutione tradidisset quod in illum fuit col crimen. Nihil vero reperiri de hoc poterat quamvis iste se commaculasset hoc crimine eo minus tamen valida fuisset Caeciliani tan ctio, quam Episcopalis ordinatio. Quodver sum crimen illatum est Felici Aptungitano verum fuit Secundi Tigisitani. Cirthae in Nu a. 305. hoc eodem Secundo præside celeb est concilium adversum Episcopos, qui in erant de traditis in persecutione Sacris libri Episcopi convicti de hoc crimine, cum i Secundus damnationis sententiam ferre volu idem crimen, quemadmodum perhibet S. Au

s *lib.* 3. *cont. Cræscon. cap.* 27. et Optatus Mi-
itan. *lib.* 1. *cont. Parmenian.* eidem Secundo
faciem objecerunt. Itaque sibi invicem id quod
nmeruissent, condonaverunt.

Majorino Episcopo schismatico constituto,
natistæ, quod huic schismati nomen accessit vel
)onato Episcopo a Casis nigris, qui in hoc con-
ndo præcipuas partes egerat, ut est scriptum
d Augustinum *lib.* 1. *cont. Crescon. cap.* 69.
a Donato, qui Majorino successit in Episcopa-
, cujusque opera consolidatum fuit hoc schis-
, Donatistæ, inquam, e suo conciliabulo lite-
missis in omnes partes sparserunt, quid ege-
t, quasi jure adversus Caecilianum, et de Ma-
ino, a se in ejus locum ordinato Carthaginen-
Episcopo: et ne tamen viderentur Caeciliano
lla propria culpa abrogasse Episcopatum, con-
ерunt, tempore persecutionis Martyribus in
cere denegasse alimenta, et victum necessari-
. Fuit Archi-diaconus, proventuumque Ecclesiæ
ninistratio penes eum erat. Hinc exortæ turbæ
n essent, et dissensiones non tantum Cartha-
e, populi parte altera Caeciliano, altera Ma-
ino adhærente; verum etiam per universam
ricam Episcopis æque sic scissis bifariam, Con-
ntinus Imp. Anulino Proconsuli, et Patritio Vi-
io Præfecti, in Africa mandatum dedit in eos,
i turbas excitassent, animadvertendi, ipsi quo-
e Caeciliano scripsit, ut ad hos deferret sedi-
os, et turbulentos. Hinc cum obscurum haud
t, ipsum etiam Imperatorem causæ addictum
ciliani esse, eoque magis, quod in iisdem li-
, velut ad primum Episcopum totius Africæ
tis pecunias eidem assignaverit dispensandas
icis ejusdem totius Africæ; Donatistæ, per-
cul-

culsi ipsi adeunt Anulinum, et Patritium, libel que offerunt, adversus Caecilianum, judiciu petunt, judices tamen non ex Africa, veru Gallia, tamquam neutram in partem præoc tos. Libellus ad Imperatorem missus est: etiam pergunt quidam e Donatistis. Quem sibi oblatum Constantinus legisset, dixit, q admodum est apud Optatum Milevit. lib. 1. tra Parmenian. *Petitis a me in seculo judi cum ego ipse Christi judicium exspectem.* tamen, quod erat petitum de judicio, Mater que ex Agrippina civitate, Rheticium ab stoduno, Marinumque Arelatensem Episc designavit ex Gallia, qui Romam perg ubi præside Melchiade Papa judicium fieret, Caecilianum quoque cum decem Episcopis parte, nec non totidem Episcopos factionis tisticæ jussit ire, quorum unus Donatus Casis nigris.

Concilium hoc Romæ habitum est a. 3 eum numerum, qui dictus est, assumptis ir Episcopis quindecim ex Italia. Donatistæ c si sunt, se nihil habere adversus Caecilianu libello tamen, quem obtulerant Concilio, a batur. Qui vero rejectus est, continens tantum accusationem nullo certo auctore, e lo constituto actore. At vero Donatus a Ca gris convictus est, Caeciliano adhuc Diacon thagine excitasse seditionem, et schisma, ba tos rebaptizasse, et Episcopos in persecutio psos per impositionem manuum secundo ord Concilii hujus hic exitus fuit, ut reprobato e cilio, in quo Caeciliano abrogata est dignitas E pi, et Majorino collata, sententiam hanc Ro Pontifex tulerit: *Cum constiterit, Caecilianum*

qui cum Donato venerunt, juxta professionem suam non accusari, nec a Donato convictum esse in aliqua parte, constiterit; suæ communioni Ecclesiasticæ integro statu retinendum merito esse censeo. Apud Optatum Milevit. lib. 1. cont. Parmenian. Hac Caeciliani retentione secum in communione Romanus Pontifex eidem etiam adjudicavit Episcopatum, agnovitque verum, et legitimum Episcopum: quemadmodum hoc per Formatas literas per Romanum Pontificem fieri solebat. *Supra* §. 19. Caeciliano adjudicata causa erga Donatistas tali mansvetudine, et indulgentia usus est Pontifex, ut solo Donato a Casis nigris damnato, reliquis omnibus communionis literas se se daturum promiserit, etiam iis, qui a Majorino ad Episcopatum essent evecti per ejus ordinationem, si a schismate discessissent: quin in iis locis quoque ubi existerent duo Episcopi, quorum alter a Caeciliano alter a Majorino ordinatus esset, huic a Majorino ordinato, si ejus ordinatio antecessisset ordinationem alterius a Caeciliano ordinati, statuit Episcopatum relinquendum, alteri autem tunc alio in loco providendum. Incassum hoc omne actum est erga Donatistas tam benigne. Non talis difficultas est in membris corporis, quæ luxatá sunt, curandis, qualis in revocandis ad sanitatem hominum mentibus, quæ emotæ sunt. De hoc Concilio scribit etiam S. Augustinus *in Breviculo Collation. et Epist.* 43.

Disputari hic solet, Melchiades suone proprio jure, tamquam Primas totius Ecclesiæ, judicium hoc exercuerit in causa Caeciliani, et Donatistarum, vel solummodo delegato sibi ab Imperatore Constantino. Hoc alterum volunt esse Protestantes, et secundum hos Febroniani, ne hinc probari

ri possit jurisdictio Romani Pontificis supra canos Episcopos. Rationes Basnagii sunt hæ; Melchiades non ante instituerit hoc judi quam causa ad eum missa fuisset a Consta qui si, ut ille dicit, seipsum credidisset, s mum controversiarum judicem in universa l sia, nihil cunctatus dissidentes ad suum jud ipse vocasset, non hoc tantummodo egisset teras Constantini: quin ipsum etiam hoc : debuisse, quod tamen non fecerit: deinde neque Caecilianus a Donatistis vexatus app rit ad Romanum Pontificem, et Donatistæ a stantino petierint sibi dari judicium; denique Augustinus *Epist.* 136. diserte dicat, Cons num causam discutiendam, ac finiendam d visse Episcopis. Quorum numero cum ipse Melchiades comprehendatur cum Episcopis lia ad hoc judicium adhibitis; hi autem cert dem proprio jure judices in hac causa Af non fuerint, sed neque Augustinus ullum men fecerit inter Episcopos, qui judices fu proinde neque Melchiadi fuisse aliam, quan scopis e Gallia in hoc Concilio judicandi au tatem. Horum vero fuisse delegatam auct tem, ergo neque aliam fuisse Melchiadis Pa

Verum est, hoc judicium factum esse chiade nonnisi ad literas Constantini. Hinc nondum sequitur, Melchiadi defuisse auc tem ejus faciendi: nisi una statuatur, on qui agit quidpiam ad alterius literas, istius di non habuisse potestatem. Sed cunctan que ad has literas suo Melchiades muneri set. Neque etiam hinc sequitur, jus istius faciendi non fuisse Melchiadi proprium, s lummodo culpa fuisset omittendo, vel pro

mando id, quod facere debuisset vi muneris sui. Nec tamen ego aliquam culpam propterea agnosco in Melchiade, sed tantummodo argumentationis ostendere volo falsitatem. Nam causas habuit, cur usque ad literas Constantini judicium non instituerit. Dum enim assultus suorum adversariorum pse Caecilianus, sua fretus conscientia, contemneret, atque ab ipso Imperatore agnosceretur verus Episcopus Carthaginensis, neque causam detulisset ipse, qui passus est injuriam; nihil erat, quo Melchiadem ursisset ad accelerandum hoc judicium, cujus nequidem adhuc tum aliqua necessitas apparebat, quando jam per Imperatorem ea disposita erant, quibus factio Donatistarum Imperatoria auctoritate opprimeretur. Sed Donatistæ, si in Romano Pontifice agnovissent jus istius judicii, hoc a Melchiade, non a Constantino sibi petiissent dari. Primum exempla, quibus probetur jus, suntne sumenda ab hominibus factiosis, et improbis, quorum est conculcare leges, et omnia jura? Advertendum deinde est, quomodo a Donatistis deventum sit, ut ab Imperatore sibi peterent dari judicium. Jam enim ad Anulinum Proconsulem, et Patritium Vicarium Præfecti ab Constantino data erant mandata adversus Donatistas, ipsi quoque Caeciliano scriptum erat ab eodem Constantino, ut eos, qui turbas ausi fuerint excitare adversus eum, ad eumdem Anulinum, et Patritium deferret. Hoc igitur fuit, quod Donatistas fecerit ad Imperatorem recurrere, atque judicium ab eo petere; ut ista ratione, fiduciamque præseferendo suæ causae, sisterent vim adversum se ab Imperatore demandatam. Restat testimonium S. Augustini. Istud sic se habet: *Scitis, quod majores vestri* (sermo ad Donatistas directus). *causam Caeciliani ad Imperatorem*

detulerunt. Exigite hoc a nobis, ut proben bis: et si non probaverimus, facite de quidquid potueritis. Sed quia Constantini est ausus de causa Episcopi judicare, eam tiendam, et finiendam Episcopis delegavit delegat judicandi potestatem alteri; is pr hocce judicandi jus sibi proprium debet h Quod enim quis pro seipso non habet, hoc alteri potest delegare. Ipso vero Augustino te Constantinus jus proprium de causis Eccle cis judicandi non habuit, quem dicit, de Episcopi non ausum judicare. Ergo neque Augustinus, Melchiadem, et ceteros Episcop jus Concilii Romani judicium exercuisse in Caeciliani tantum potestate sibi a Constantin delegata. Sed Augustinus istud ipso hoc v *delegavit*, dixit. Et quid tum? Sumunturn per vocabula stricte? Quamvis ergo isto v *delegare* usus sit S. Augustinus, non aliud significare voluit, quam Constantinum caus misisse ad faciendum de ea judicium, et re ad Episcopos, tamquam ad competens forui enimvero Constantinus non tantum post ho manum, sed etiam post Arelatense multo adhuc Episcoporum Concilium judicium Me per seipsum exercuit de hac Donatistarum Idem judices dedit Episcopos e Gallia, qui mano Concilio judicium exercerent, ad qu pertinebat Africana Ecclesia, nec ullum ju prium supra hanc habebant. Est in testi S. Augustini, Constantinum non esse aus causa Episcopi judicare. Igitur sensit, ho cium sui juris non esse. Quod tamen istuc de in se etiam assumpserit, fecit non nisi importunitate Donatistarum, obque eam fore, ut qui nec Romano, nec Arelatensi

lio cessissent obstinati, hos suæ auctoritatis reverentia permoveret ad parendum. Omne vero judicium in eo constitit, ut productis Actis judiciorum de Christianis in persecutione habitorum, inquisiverit per seipsum; Felix Aptungitanus tradidissetne Sacros libros, in quo fundabant, cur reniterentur adversus Episcopatum Caeciliani. Hoc vero Actorum examen jam etiam prius Constantinus commiserat Aeliano Proconsuli Africæ. Res igitur hæc stricte nec attinebat ad negotium aliquod spirituale, in quo jus situm omne Ecclesiasticum est. Si Constantinus dum per seipsum expendit Donatistarum causam, abjudicasset Episcopatum Caeciliano, cui is adjudicatus fuit et per Concilium Romanum, et per Arelatense, desiissetne esse legitimus Episcopus? Imperatorne ei adimere potuisset spiritualen potestatem? Episcopi autem e Gallia a Constantino designati ad faciendum judicium in causa Africana, si soli tantum instituissent hujus cognitionem, fuissent solummodo arbitri, non competentes judices. At vero ubi hos Romanus Pontifex, ad quem jurisdictio pertinet supra universam Ecclesiam, assumpsit ad judicii consortium, in cujus potestate etiam est, committere, et delegare judicia de causa cujusvis *Ecclesiæ* aliis suo arbitratu, hi veri erant judices.

§. 51.

Concilium Arelatense. Etiam in hoc Concili sam perdunt Donatistæ. Argutiæ, quas nagius format ex hoc Concilio adversus R num Pontificem.

Donatistæ, cum iis res in Romano Co non ad voluntatem cecidisset, adversus sente reclamaverunt. Dicebant, non fuisse inqui in id, Felixne Aptungitanus, qui Caecilianu dinavit, libros Sacros tradiderit in persecu Aeliano Proconsuli Constantinus demandat, u ex Actis Proconsularibus exquirat. Repertu dum Sacræ Scripturæ apud Felicem quæsita ejusque domum hac de causa ventum fuisset, non fuisse domi, neque ab hoc esse quidqua ditum, nequidem per alterum eo jubente, aut v te. Cum Donatistis hæc amputata esset via ad gium, ineunt aliam. Opponunt adversus Rom Concilium, non fuisse in hoc Episcopos suffi numero ad ferendum judicium, suo istos tantu bitratu egisse omnia, neque sibi fuisse conce omnia libere proponere, quemadmodum æ fuisset. Petunt igitur aliud numerosius, illud Romæ fuerit, Concilium. Et hoc iis p tit Constantinus, datisque literis ad Episcop *ex diversis, et prope infinitis locis*, quem dum est in ipsius Constantini epistola scriptu Chrestum Syracusanum Episcopum apud Eus *lib.* 10. *H. E. cap.* 5. *Arelatem, quæ Gallia tas est voluit convenire.* S. Augustinus lib. 1 Parmenian. cap. 5. habet Episcopos, qui co rint, ducentos. In Adonis Chronico plane s ti dicuntur fuisse. Augustino autem poti benda est fides. Anno 314. habitum est ho

lium. Melchiades Papa jam fuit mortuus. Silster ei a. 313. successit in Pontificatu, qui suos iam legatos, Claudianum, et Vitum Presbyteos, Eugenium, et Quiriacum Diaconos misit ad oncilium. Donatistis nihilo melius, quam in Roano Concilio, etiam hic res successit. Defecent in probando et eo crimine traditionis librom, quo accusarunt Felicem Aptungitanum, et in uod Caecilianum vocarunt denegati victus Marpribus, in carcere positis. Itaque causa rursus aeciliano adjudicata est. Multiquidem agnita iniuitate accusationis, quæ facta Caeciliano est e onatistis factionem deseruerunt, sed non eo mius hæc postea adhuc etiam crevit, et majores rbes, pluraque mala fecit.

Canones, et statuta a se facta Synodus Aretensis misit ad Silvestrum Papam his usa ad eum erbis: *Placuit etiam a te, qui majores dioeceses tes, per te potissimum omnibus intimari.* Episcopi ex diversis, et prope infinitis locis sunt convocati ad hanc Synodum per literas Constantini, l, quod paulo ante demonstratum est. Synodus Arelatensis II. a 353. celebrata, habet hos *Ex omnibus mundi partibus* fuisse Episcopos, qui ad hanc Arelatensem I. Synodum convenerant. Hujus tamen Synodi Episcopi professi sunt, Silvestrum majores dioeceses tenere, quam eae essent, quarum ssi Episcopi essent. Quid hinc venit concludenum? aliundne, quam professione hujus Synodi urisdictionem Romani Pontificis esse extensam ltra eos terminos, quibus continerentur dioeceses, uarum Episcopi aderant in Concilio? itaque supra eas etiam Ecclesias, quarum Episcopi non interfuerunt Concilio. Per Silvestrum deinde voluunt sua statuta promulgari, idque, quoniam majo-

sorum suis statutis Synodus credidit, si pe
promulgata, et data omnibus ad observandu
sent. Robur autem, et firmitatem statutis (
lii dare est eadem confirmare.

Aliam vero Basnagius in Annalib. huc a
verba Concilii Arelatensis animadversionem
Illud, inquit, *in observatione ponendum*, *A
tenses*, *non ut subditos Principi decreta Sil
sua notificasse*, *sed ut collegas cum fratre v
lo charitatis copulatos*, *neque etiam ab eo
tare robur*, *vimque canonibus suis incutiat
mandare*, *ut eos omnibus manifestos faciat
hibito verbo*, *Placuit*: *quod imperantium
non rogantium*, *sane judicum*, *non subdit*
Et istane vel inter se cohærent? Dixit, Arel
ses sua decreta notificasse Silvestro, non ut
ditos Principi, sed tamquam collegas, cum
tre, vinculo charitatis copulatos, statimque
hoc eosdem Arelatenses mandasse Silvestro
eorum Canones manifestos faceret, adhibito
bo, Placuit. Nam, qui Silvestro mandarun
eorum Canones manifestos faceret, huic ne
tantum notificarunt tamquam collegæ, eum
velut cum fratre, charitatis vinculo copula
sent? Deinde istud, *Mandasse* adstruit ex
Placuit: quod Imperantium dicit esse, no
gantium, sane judicum, non subditorum. A
ergo sibi rursus contradicit? Quomodo enim
latenses collegæ Silvestri, et cum hoc velut
fratre nonnisi charitatis vinculo copulati, si i

rerunt huic velut subdito suo? Et unde, ex qua lingvæ latinæ schola, aut ex quo auctore latino Basnagius, istam verbi *Placet* significationem habet, esse hoc verbum imperantium, non rogantium, sane judicum, non subditorum? Hoc enim solummodo exprimit, rem, quæ cuipiam dicitur placere, esse secundum hujus animum, et voluntatem. Est Protestantium, et secundum hos Febronianorum, Episcopos esse omnes potestate inter se æquales. Vel hujus ne igitur meminit Basnagius, dum dixit Arelatenses Silvestro mandasse, ut eorum canones manifestos faceret? Inter eos, quorum alter mandata potest dare, alter hæc exequi obligatur, estne potestatis æqualitas? Ipsam æqualitatem Episcoporum sustulit, quam quæsivit statuere per Primatus annihilationem.

In eadem epistola Episcopi hujus Arelatensis Concilii ad eumdem Silvestrum scribunt: *Ad Arelatensem civitatem piissimi Imperatoris voluntate adducti, inde te gloriosissime Papa commerita reverentia salutamus.* Hinc quod hi se Imperatoris voluntate adductos esse Arelatem ad Concilium dicant, idem Basnagius istam conclusionem fecit: *Nempe Principibus facultas inest cogendi Concilia, ut sarta tectaque sit Ecclesiæ tranquillitas.* At vero ex eone, quia quis rem aliquam velit, sequitur iterum, ut ad hanc etiam habeat jus, et ad ejus hæc spectet potestatem? Ergo quidquid voluerimus, hujus agendi, et faciendi habebimus, et auctoritatem. Ultro conceditur per Constantinum Imp. et hoc Arelatense, et deinde Nicaenum, et plura alia per alios Imperatores esse convocata Concilia. Sed illud fuisset probandum Basnagio, legitimum futurum Concilium, idque generale, etiamsi, hujus celebrationi suum

con-

consensum non adjiciat Romanus Pontifex? Princeps est caput sui regni. Absque ejus auctoritate potestne regni conventus institui? Anne vero Secularibus Principibus vel Petro dictum a Christo est, *Pasce oves meas?* Ex quo nemo non advertet, quam illud etiam stare possit, quod pariter ex hoc Arelatensi Concilio exsculpere voluit idem Basnagius in Annalib. ad a. 325. non requiri ad generale Concilium, ut his Romanus Pontifex praesideat, sive per seipsum, sive saltem per suos legatos. Hæc, quæ Basnagius ex hoc Concilio Arelatensi adstruxit adversus eam auctoritatem, quam vi sui Primatus habet Romanus Pontifex sunt a me etiam commemorata, et considerata Dissertatione VI. §. 4. 5. in Selecta argumenta Hist. Eccl.

§. 52.

Ab Arelatensis Concilii sententia Donatistæ ad Imperatorem appellant. Etiam hujus sententia cadunt. Horum violentia comprimi debuit per Imperatorem. Augent suam sectam. Etiam Romæ sibi constituunt Episcopum.

Qui copiosius Concilium habere voluerunt, quam fuerit Romanum, et quod iis præstitum est Arelate; tamen neque hujus sententiæ Donatistæ acquieverunt. Denuo Imperatorem adeunt. Petunt, ut is causam per seipsum cognosceret, judiciumque ferret. Is indignatus, Episcopos Donatistas, qui in Concilio fuerunt Arelatensi, in custodia servari, ceteros in Africa, qui reniterentur sententiæ Concilii, ad se mitti jubet. In epistola ad Patres Arelatensis Concilii laudato judicio quod tulerant, *Quoties*, inquit, *a me jam ipso*

so improbissimis aditionibus suis sunt condigna sponsione oppressi? --- Meum judicium postunt, qui ipse judicium Christi exspecto. Dico enim, se veritas habet: Sacerdotum judicium ita det haberi, ac si ipse Dominus residens judicet. ihil enim licet his aliud sentire, vel aliud judire, nisi quod Christi magisterio sunt edocti. uid igitur sentiunt maligni homines? Officia, ut re dixi diaboli. (Hoc est, sentiunt, et sapiunt ea, ıæ sunt diaboli.) *Perquirunt secularia relinquen- caelestia. O rabidam furoris audaciam! Sicut causis gentium fieri solet, appellationem interuerunt.* Apud S. Augustin. Epist. 88.

Et tamen. cessit illorum importunissimæ petiıni, quod speraret sic futurum, ut homines turbuıtissimi se se tandem componant. Igitur Romam ı venire jubet, unaque Cæcilianum. Hic aun, ignotum, ob quam causam ad tempus contutum non venit. Instant Donatistæ, ut Impera: in absentem, quasi cujus jam appareret ex abıtia mala causa, ferat sententiam. Et quia hoc perator non fecit, cogitans, posse justam habecausam, cur ad tempus non affuerit, audacisıe pars Donatistarum Roma discedit. Quod ne iqui etiam facere possent, his custodias apposuit, diolanumque eos duci jussit, quo et ipse protus est. *Quo cum etiam Caecilianus venisset*, ıt verba S. Augustini Epist. 43. *cognita causa, a diligentia, qua cautela, qua provisione, si- ejus indicant literæ* (Constantini) *Caecilian innocentissimum, illos improbissimos judica-*

Judicio, quod Imperator tulit, Donatistæ reıari ausi coram non sunt. Is itaque credens, jam

jam posthac pacatos futuros, suamque auctoritatem reverituros, non tantum reverti in Africam permisit, sed hos etiam commeatu ad iter instruxit. Ubi in Africam pervenerunt, sparserunt, Imperatorem ab Osio Cordubensi Episcopo, fautore Caeciliani, cujus consiliis se regi siverit, inductum ad ferendam haud æquam sententiam. Quid fit? Invadunt Catholicorum Ecclesias, et occupant: et quasi quia Catholicorum fuerint, ideo contaminatæ essent, in his altaria alia confregerunt, et ejecerunt, alia raserunt; idem cum calicibus, et sacris vasis fecerunt, ipsos etiam Ecclesiarum parietes laverunt, denuoque eas deinde initiarunt. *Et ut omnia Sacrosancta violarent*, sunt verba Optati Milevitani lib. 2. cont. Parmenian. *etiam Eucharistiam jusserunt canibus fundi non sine signo Divini judicii. Nam iidem canes, accensi rabie, ipsos dominos suos, quasi latrones sancti Corporis reos, dente vindice tamquam ignotos, et inimicos laniaverunt. Ampullam quoque Chrismatis per fenestram, ut frangerent, jactaverunt. Et cum casum adjuvaret abjectio, non defuit manus Angelica, quæ ampullam spirituali subvectione deduceret. Projecta casum sentire non potuit: Deo muniente illæsa inter saxa consedit.* Dum hæc eadem Natalis Alexander in sua memorasset Historia, et huic Donatistarum facto assimilasset illud, quod actum similiter a Calvini sectatoribus in Catholicorum Ecclesiis in Gallia est, hanc comparationem Basnagius non bono stomacho tulit. Ut igitur pro ictu quasi ictum redderet, sic dum de Donatistis, et ipse in suis Annalibus ageret, scripsit: *Juvat de turbulentissimis moribus* (Donatistarum) *aliquid attexere, quo magis innotescant, Natalisque Alexandri, ac quam plurium farinæ ejusmodi hominum contundatur ini-*

quitas: quibus placuit Calvinistarum hære- ab hisce moribus damnari facto schismate natistis simillimorum. Eo dementiæ processit ies Donatistarum, ut Sacra omnia pedibus culcarent, nulla quidem idololatria, nullo su- stitionis veneno contaminata. Natalis Alexan- i itaque ac quam plurium farinæ ejusmodi ho- num contundit iniquitatem, negans inter id, od Calvinistæ in Gallia fecerunt, et illud, quod natistæ in Africa, esse æqualitatem. Sacra enim, æ pedibus Donatistæ proculcarunt, nulla ido- latria, nullo superstionis veneno fuisse contami- a, contra vero quæ Calvinistæ proculcarunt se idololatria, atque superstitionis veneno con- inata. In eo videlicet ponit idololatriam, et erstitionis venenum, quod in Eucharistia, in us usum vasa sacra sunt, Christum re ipsa præ- tem credamus, et adoremus, crediderintque et raverint Catholici in Gallia, quorum Sacra a proculcarunt Calvinistæ. At vero Catholici um in Africa idem crediderunt, et tenuerunt Eucharistia, quod tunc Galli Catholici, quan- Sacra eorum vasa proculcata sunt a Calvinistis, nunc quoque credimus Catholici: nec tantum i Catholici idem hoc crediderunt, et professi it, sed omnes ubique per universam Ecclesiam. id in Africa creditum sit, quærimusne luculen- em testem S. Augustino? Is vero non de sola ica, verum generaliter de omnibus in Ecclesia rratione in Psal. 98. *Nemo,* inquit, *illam Car- manducat, nisi prius adoraverit.* Ergo ma- ste æqualitate inter factum Donatistarum, et vinistarum, Basnagius non contudit iniquita- Natalis Alexandri ac quam plurium farinæ modi hominum; sed si hæc rabies in Donati- fuit, qua proculcarunt Sacra vasa, quemad mo-

modum ipse etiam Basnagius asseruit, idei
derit; quomodo defensurus sit Calvinistas, n
rum rabies immanis fuerit, et scelus, omn
lolatria gravius, Christum proculcando, dum
vasis sacris, et ipsa Eucharistia idem, quod I
tistæ egerunt.

Constantinus dum vidisset suam quoqu
ctoritatem nihil pensi haberi a Donatistis, s
severius cum his agere. Itaque omnes fac
primores, et antesignanos in exilium misit, o
que eorum Ecclesias jussit adimi ipsis, Cath
que tradi; prohibuit omnia eorum convent
atque loca, in quibus ista celebrabant, fisc
dixit. Attamen iis, quos exilii poena affe
reditum non multo post concessit, eo resp
quod essent Sacerdotes, declaravitque, se se
ac facinus eorum relinquere vindici Deo. A
stinus. Epist. 105. Qua vero lenitate Const
Donatistae abusi, non tantum in Africa con
runt suam sectam dilatare, atque in omnib
vitatibus, et locis suæ factionis ponere Epis
verum etiam extra hanc, idque in ipsa etia
be Roma. Id, quod hac de causa fecerul
quod de sua secta solebant jactare, extra
nullam esse veram Christi Ecclesiam, secum
viderentur habere Romanum Episcopum.
Iste Romanus Donatistarum Episcopus sine
grege esset, quidam ex eorum numero R
habitatum iverunt. Qua de re sic scriptum
Optato Milevit. lib. 2. cont. Parmenian. *E*
Victor, hoc eorum Episcopo Romæ nomen
erat ibi filius sine patre, tiro sine princip
scipulus sine magistro, sequens sine antece
inquilinus sine domo, hospes sine hospitio, j
sine grege, Episcopus sine populo. Non

g

rex, aut populus appellandi fuerunt pauci, qui ter quadraginta, et quod excurrit basilicas locum, ubi colligerent, non habebant. Sic speluncam aliquam foris a civitate gradibus sepserunt, bi ipso tempore conventiculum habere potuissent: nde Montenses appellati sunt. Filium sine patre, ronem sine principe, discipulum sine magistro, equentem sine antecedente hunc Victorem Optaus vocat, quod iste se successorem in Cathedra etri venditaverit, quam successionem nulla raone probare sive ipse, sive Donatistæ potuerint, um hæc Donatistica Episcopalis cathedra Romæ pparuerit recenter, nullam habens fluxionem a eato Petro, neque hujus nisi unica sit Romæ piscopalis Cathedra, quam vero Siricius teneret, erus S. Petri successor, utpote *Cum quo*, sunt isius Optati verba, *nobis totus orbis commerio Formatarum in una communionis societate oncordat.* Ac deinde idem *Vestræ*, inquit, *Cahedræ vos originem reddite, qui vobis vultis nctam Ecclesiam vindicare, sed et habere vos urbe Roma partem aliquam dicitis. Ramus t vestri erroris, protentus de mendacio, non de adice veritatis.* Eam videlicet probat, et asserit ptatus veram Christi Ecclesiam esse, quæ cum omano Episcopo, S. Petri in ejus Cathedra successore, in communione esset. Hujus vero communionis, atque conjunctionis cum Cathedra S. etri, in qua Christus unitatis originem posuit, mnium Ecclesiarum testes esse Formatas literas, uas a Romano Pontifice haberent. Quamobrem Augustinus quoque istam rationem iniit in diutando cum Fortunatiano Tuburbisensi Donatirum Episcopo, ut ipse testatur Epist. 163. ad eusium. *Hic primo*, inquit, *asserere conatus est, bique terrarum esse communionem suam. Quæ re-*

rebam, utrum epistolas Communicatorias, quas Formatas dicimus, posset, quo vellet, dare: et affirmabam, quod manifestum erat omnibus, hoc modo illam facillime terminari posse quaestionem. Formatæ enim erant ab Episcopo Romano acceptæ literae, quibus testabatur, suam cum eo, cui has dabat, communionem, atque adeo instar tesseræ, qua Episcopus has Formatas habens probare posset, se Catholicum esse atque Orthodoxum Episcopum. Atque hoc est, quod ut supra §pho 48. vidimus Melchiades Pàpa in Concilio Romano, dum Caeciliano adjudicasset Episcopatum Carthaginensem, hac verborum forma usus etiam sit: *Suæ communioni Ecclesiasticæ integro statu retinendum merito esse censeo,* et iis, qui a Majorino erant Episcopi ordinati, promittens, se se eos in Episcopatu confirmaturos, dixerit, communionis literas se iis daturum. *A Romana Ecclesia,* sunt verba S. Ambrosii Epíst. 11. ad Gratian. Imp. *totius orbis Romani capite in omnes venerandae communionis jura dimanant.* Donatistæ, dum hanc Petri cathedram non tenerent, tamen volebant videri, se hanc tenere, manifesto indicio, his quoque fuisse persvasum, non nisi eam esse posse veram Christi Ecclesiam, quæ Cathedram S. Petri haberet. Sunt Christi verba ad Petrum: *Super hanc Petram aedificabo Ecclesiam meam.* Matth. 16. v. 18.

§. 53.

Schisma Donatistarum proficit ad ipsam etiam hæresim. Eorum dogmata haeretica. Eorumdem scissio in plures sectas. De Circumcellionibus. Compositio Donatistarum tentata per colloquia.

Ex schismate Donatistae devenerunt etiam ad haeresim. Quod plerumque contingit in iis, qui se ab Ecclesia segregant. Dum enim volunt videri, id non fecisse sine causa, et Ecclesiam criminantur de rebus, quæ Religioni non sint consentaneæ, ipsi in contraria feruntur. In Donatistis sic accidit. Noluerunt manere in communione cum Caeciliano Episcopo Catholico: et quia hunc pro vero, et legitimo Episcopo habuit Catholica Ecclesia, communionemqne cum eo servavit; ab hac quoque, quasi ejusdem criminis malæ ordinationis, quo Caecilianus teneretur, consorte, se disjunxerunt. Huc usque videri poterat tantum schisma, quod egerunt. Sensim vero itum est ulterius. Caeciliani ordinationem noluerunt valere, quod facta esset per Felicem Aptungitanum, qui per traditionem librorum sacrorum in persecutione, quod in hunc, tantum falsum etiam crimen contulerunt, exciderit ex communione Ecclesiæ. Per talem vero Episcopum, positum extra communionem Ecclesiæ, asserebant, non tantum illicite fieri ordinationem, sed nec posse valere. Ab eo enim, qui extra Ecclesiam esset, non posse tribui ea, et conferri, quæ sunt Ecclesiæ. Caecilianum communicasse cum Felice Aptungitano ordinationem ab hoc suscipiendo: cum Caeciliano autem communicare omnes Catholicos Episcopos. Hac itaque ratione primo Caecilianum, deinde autem omnes Catholicos

licos Episcopos excidisse e communione Ecclesiæ, et desiisse esse in Ecclesia, quæque proinde apud se solos perstet. A sacramento Ordinis, cujus collatio non possit valere facta per ministrum excommunicatum, processerunt ultra ad alia etiam Sacramenta, ipsumque Baptismum: atque hunc negabant, valide administrari, non tantum per hæreticos, sed per ipsos etiam Catholicos, tanquam alienatos ab Ecclesia propter communionem cum Caeciliano. Quamobrem omnes sive hæreticos, sive Catholicos transeuntes ad suam sectam rebaptizabant. Nondumque etiam hic constiterunt. Sed cum donum Spiritus sancti per Sacramenta conferatur, amittat vero hoc donum omnis, qui crimen in se habet, concluserunt, atque dogma sibi statuerunt, neque per hominem aliquo crimine affectum Sacramentum quodcumque administratum valere, et habere vim. Etiam vero hinc adhuc ulterius processerunt. Nam cum adversum hoc objectum esset, si ita res haberet, quemadmodum ipsi dicerent, futurum, ut nulli liceret fidere Sacramentorum administrationi: siquidem de ministro certum nobis non sit, num peccati sit expers, deventum a Donatistis est etiam eo, ut assererent, Ecclesiam esse omnis maculæ expertem, nullosque peccatores esse in Ecclesia: denique hanc unice sibi esse. Donatistarum hos errores inprimis videre est apud S. Augustinum in compluribus libris, quos adversum eos confecit, et scripsit.

In Donatistis illud quoque contigit, quod et factum est in plurimis aliis sectis, ut posteaquam ab Ecclesia se separassent; neque etiam inter se conjuncti manserint. Donatistis post Majorinum Carthagine Donatus fuit Episcopus, post hunc Par-

me-

menianus, et hoc mortuo Primianus. Hunc Donatistæ in concilio suo Cebarsussitano centum et amplius Episcoporum, accusatum a Maximiano, ejus diacono, quod ad communionem indignos reciperet, et de aliis quibusdam rebus, ex Episcopatu deposuerunt, in ejusque locum hunc eumdem Maximianum Episcopum fecerunt. At vero alii Episcopi Donatistæ Primiani partes susceperunt, et in Concilio Bagajæ, in Numidia habito, numero trecenti decem, Maximiano exauctoráto, Primianum ad Episcopatum reposuerunt, et quia Clerus ei etiam fuerat contrarius, hunc quoque totum gradu moverunt. Hinc inter Donatistas exarsit ignis, quem excommunicationum, quasi quibusdam facibus ardentibus, in se mutuo jactatis accenderunt tam fervidum, et atrocem, ut ipsi se alii alios invaderent, et Ecclesias eriperent, nec ab aliis injuriis abstinerent. Hinc facta scissione Donatistarum, horum alii dicti sunt Maximianistæ, alii Claudianistæ, alii Urbanistæ, alii Rogatistæ, alii aliis nominibus ab iis, qui factionum harum primipili erant, nominati.

Nulla vero harum perversior secta fuit, quam ..., quæ Circumcellionum vocata est. Circum cel..., et tuguria vagabundi errare consveverant, ...que more prædonum grassari, rapinasque exer...re. Hincque suum etiam Circumcellionum nomen acceperunt. *Nulli licuit*, ait de his Optatus Milevit. lib. 3. cont. Parmenian. *securum esse in possessionibus suis, debitorum Chirographa amiserunt vires, nullus creditor illo tempore exigendi habuit libertatem. Terrebantur omnes literis ...rum, qui se Sanctorum duces esse jactabant.* ...xid, et Fasir hi Sanctorum duces erant, qua... se Circumcelliones prædicabant. *Et si obtem-*

perando eorum jussionibus tardaretur, ac subito multitudo insana, et præcedente creditores periculis vallabantur, ut qui pı stitis rogari meruerant, metu mortis hum pellerentur in preces. Etiam itinera non p esse tutissima. Quot domini de vehiculis cussi ante mancipia sua, dominorum loci tia, serviliter cucurrerunt? Sed et in seips deles erant, et carnifices, qui se per vari tis genera, inprimisque ex alto se præci in aquarum gurgites insiliendo, vel igni ti enecarent: alios quoque utriusque sexus tem sibi ipsis consciscendam adigebant, atrociorem comminantes, nisi hanc ipsi merent. Huncque furorem ipsi Religionis vocabant, mortuosque ista ratione in M numero habebant. *S. Augustinus lib. de cap.* 69.

Constans Constantini M. filius, cui Afr patris obitum obtigit, de his coercendis ve nibus Taurino Præfecto Africæ mandatun qui cum nulla ratione alia hos frænare p militum catervas in eos immisit, et ob eos jussit. Quos vero illi deinde pro Ma habuerunt, Constantem vero tyrannum, secutorem vocarunt, omnesque Catholico nes nefarios, impios, ethnicos. Ejusdem tis jussu etiam aliorum Donatistarum pulsi sunt in exilium. Dum autem Impe Julianum apostatam devenisset, et iste E omnibus quarumcumque sectarum, qui erant, reditum concessisset, quod ideo ut mutuis dissensionibus, quemadmodum s Christiani seipsos conficerent, Donatistæ cum rediissent, eo ferociores evaserunt,

ntum Ecclesias iterum Catholicis eripuerunt, sed fustibus etiam in hos, atque cædibus grassabantur. Valentinianus, Gratianus, Theodosius Imperatores leges adversum eos tulerunt severas, coactique sunt Ecclesias restituere, quas Catholicis eripuerant, inhibita quoque iis est rebaptizatio. Compressa ad tempus est eorum audacia: quin tamen venenum suæ hæreseos desisterent diffundere.

Episcopi Catholici in Africa miserati calamitatem, quæ jam tam diu afflixit Africanam Ecclesiam, dumque Donatistæ Catholicos partim blanditiis, et svasionibus allicerent ad suam sectam, partim metu, atque minis impellerent, sub initium seculi quinti, Imperatoribus, Arcadio, et Honorio conventum instituerunt Carthagine consultandi causa, quanam ratione malo huic mederi possent. Itaque capiunt consilium, Donatistas invitandi ad familiare colloquium, idque seorsum in quavis civitate inter Episcopum utriusque partis, Catholicum, et Donatistam, præsente etiam magistratu, nec exclusis etiam aliis, si qui vellent colloquio interesse, in quo placide, modeste, animisque tranquillis conferrent, quomodo componi posset dissidium. Non acceptarunt Donatistæ tam salutarem, tamque opportunam ineundæ pacis rationem, atque alii alias causas prætexebant, cur nollent hoc facere colloquium. Crispinus Calamensis Episcopus e Donatistarum parte invitatus a Possidio Episcopo Catholico ejusdem civitatis, respondit, sibi non esse integrum, immittere se in tale colloquium, antequam habito concilio suorum Episcoporum haberet consensum. Possidius hominem denuo adit, rogat, et quæpiam ei scripto proponit. Dat responsum et ipse scripto,

 sed

sed arrogans, asperum, et cum Possidii despecti nihilque habens, quod ad rem esset. Quo responso in publicam notitiam prolato, cum Crispinu rideretur, quod descendere ad colloquium ausu non esset, eoque magis dum ipse jam senex, Possidius juvenili adhuc ætate esset, quodque iste apud suos contra Donatistas concionatus esset, aliud responsum eidem Possidio Donatistæ adornarunt. Iter fecerat Possidius, domum, in qua divertit, Donatistarum caterva ductore Crispino Presbytero, Crispini Calamensis Episcopi cognati cinxit, fustibus armata, tecto ignem subjecit, fores effregit, Possidium validissime contudit, equos currum, et quidquid habuit, rapuit, et abstulit. *S. Augustinus lib. 3. cont. Crescon. cap. 46. Possidius in Vita S. Augustini. Optatus Milevitan. l. 2. et 3. contr. Parmenian.*

§. 54.

Donatistarum iteratus furor. Eorum facinus admissum in Maximianum Catholicum Episcopum. Honorii Imp. edictum adversum eos. Collationes cum his institutæ. Schisma eorum vergit ad interitum.

Incassum tentata cum Donatistis sunt colloquia: quin brevi ferociores etiam facti sunt. Gothi minabantur Italiæ, quam et invaserunt: cumque Romam quoque cepissent, et diripuissent, Attalum Urbi præfectum ad purpuram sumendam adegerunt. Tali statu rerum, tam turbato Honorius Imperator, metuens, ne Africa ab eo deficeret, Attaloque se subjiceret, Donatistis libertatem religionis concessit. Hinc audacia horum

magis

agis crevit, atque in Sacerdotes Catholicos grassabantur indignissime, novo etiam in hos excogitato supplicii genere. Nam ubi hos fustibus crudeter contudissent, deinde in eorum oculos calcem erventem cum aceto infuderunt, luminibusque rivarunt. Aegre ipse etiam S. Augustinus eorum anus evasit locatis sibi sæpius insidiis, jamque n ipsorum Circumcellionum manus semel incidisset, nisi casu, iter faciens, a via aberrasset. Sed nihil eo truculentius fuit, quod Maximiano Bajano Episcopo Catholico accidit. Iste Ecclesiam uam a Donatistis occupatam receperat auctoritae magistratus. At Donatistæ hanc denuo dumque Maximianus rem in ea sacram faceret, invadunt, que hunc, confracto altari, infra quod se reondiderat, ejusdem altaris fragminibus ita cædunt, ut pro mortuo sit ablatus a Catholicis. Quia vero hoc cum Psalmorum cantu fecerant, velut Martyrem celebrantes, iterum etiam in hos cum ustibus Donatistæ irruunt, iisque diffugientibus Maximianum, quamvis hunc et ipsi jam mortuum redidissent, fustibus pulsant, et ad sterquilinium bjiciunt. Qui nullum vitæ indicium jam dederat, amen nocturno frigore refocillatus ad se rediit, t respirare cœpit, clanculumque asportatus etiam uratus est. Hic deinde cum pluribus aliis etiam troces injurias perpessis ab iisdem Donatistis, ad Honorium Imperatorem ivit, et tam ipse, quam ceteri, quid passi essent a Donatistis, ei exhiuerunt. Visa rei atrocitate Imperator ita motus st, ut ne nomen quidem Donatistarum voluerit ltra exstare. Itaque non tantum Ecclesias, verum mnia etiam alia loca, ubi conventicula celebrant, jussit illis auferri, nec non generaliter mnibus hæreticis suæ sectæ exercitium interdiit, mulcta etiam pecuniaria constituta in magi-

stra-

stratus, si segnes in lege hac observanda, et vindicanda fuissent. *S. Augustinus Epist.* 115. *Possidius in S. Augustin: Vita, Cod. Theodos. de Hæret. lib.* 38. *et de Baptismo lib.* 4. *et* 5.

Dum autem tam Donatistæ, quam ceteri hæretici, ad ea etiam, quæ sunt Religionis Catholicæ, vi adigerentur, et compellerentur, iste agendi modus cum hæreticis multis Episcopis non probabatur, neque etiam S. Augustino. Senserant, ut est in Epistola 48. ejusdem Augustini, Neminem ad unitatem Christi cogendum esse, sed verbo agendum, disputatione pugnandum, ratione vincendum, ne fictos Catholicos habeamus, quos apertos hæreticos noveramus. Quæ Episcoporum sententia cum ipsi etiam Imperatori exposita fuisset; is Donatistas ad tractandum de Religionis concordia cum Catholicis Episcopis suo edicto adegit. Hæc est illa celebris Collatio Catholicorum cum Donatistis in Africa. Marcellinum Comitem, et tribunum virum singulari virtute, et prudentia Imperator constituit, qui Collationi præsideret, et deinde, utra pars alteram vicisset, sententiam ferret. Carthago, ubi res ageretur, ab Imperatore designata fuit. Episcopi e Donatistarum parte ducenti, et septvaginta convenerunt. Quam numerosissimi ut essent, ipsis Donatistis curæ fuit, quod parvitas sectæ eorum ipsis consvevisset objici comparate ad Ecclesiam Catholicam, diffusam per universum terrarum orbem: et qua de causa non tantum in civitatibus, verum etiam in vicis, et pagis sibi constitutos habebant Episcopos ad horum apud se numerum augendum. Ad quem eumdem numerum Episcoporum apud se ostentandum hi omnes simul, et ordinate ingressi Carthaginem sunt ad Collationem. Episcopi Catholici con-

onvenerunt ducenti, et sex. Ratio conferendi ista iit. Delecti sunt Episcopi septem ex utraque arte, qui sermonem conferrent de iis, quæ inr Catholicos, et Donatistas controversa essent; is vero utrinque additi sunt adhuc alii septem, ui si opus esset; illis prioribus inter disputanum adjumento essent. Insuper, pariter ex utraue parte quatuor notarii, totidemque custoes erant constituti ad fideliter servanda, et ustodienda Acta Collationis per Notarios confea. Omnes Episcopi reliqui utriusque partis fiem obstrinxerunt suam, idque etiam scripto tes, ituros se in eam partem, quæ vicisset. Caolici autem insuper spoponderunt, etiam Epiopatum se suum dimissuros, si quid hoc conrret ad schisma tollendum. Inter septem primos piscopos Catholicos, ad conferendum delectos, it etiam S. Augustinus, cujus inter disputandum m Donatistis maxime excelluit opera. Donatie haud animo libente ad hanc Collationem acsserunt, et voluissent hanc, etiam postquam adnerant, frustrari. Sed erat his declaratum none Imperatoris, hoc ipso perdituros causam. ndem Calendis Junii a. 411. factum est initium ictandi: resque sequentibus diebus continuata : octava ejusdem mensis perfecta, et conclu- est.

Primum Donatistæ adgressi sunt probare Ecsiam esse omnis maculæ expertem, neminemе macula aliqua affectum qualiscumque peccati sse esse in Ecclesia. Huc afferebant illa Scriuræ testimonia, quibus Ecclesia prædicatur san-, tota pulchra, et sine macula, rugæque ex-s, ac tota gloriosa. Contra Episcopi Catholici, ue inter hos S. Augustinus opposuerunt Scri-

pturæ

pturæ loca, quæ testentur, neminem esse absque peccato, in multis offendere omnes: cumque omnibus in Ecclesia sit dicenda Oratio Dominica, omnes quoque debere a Deo petere debitorum suorum remissionem: sed debere distingvi Ecclesiæ duplicem statum, præsentem in mortali nostro corpore, in quo perfecti nondum simus, interque continuas tentationes versemur, alterum gloriosum et triumphalem, in quo jam Christus Ecclesiam, sponsam suam sibi exhibiturus sit gloriosam, et absque omni macula.' Hac quæstione terminata itum est ad controversiam de Baptismo: huncque non valere, si administratus esset ab hæretico Donatistæ asserebant inde, quod Baptismus sit nonnisi in Ecclesia, ipsiusque Ecclesiæ, hæreticus vero sit extra Ecclesiam: sed neque hæreticum donum Spiritus sancti posse dare, et tribuere, quandoquidem hoc ipse careat. Contra Catholici, et S. Augustinus, asserebant, Christum esse, qui in Baptismo operetur, hujusque munus esse donum Spiritus sancti, quod in Baptismo tribuitur, non ministri, nec hujus malitiam posse habere vim ad impediendam Christi virtutem: et quamvis Baptismus sit solius Ecclesiæ, atque extra hanc sit hæreticus; tamen etiam per hunc id tribuere Christum, quod Ecclesiæ est, sua non ministri virtute.

In hoc etiam fracti, et victi vertunt se Donatistæ ad ordinationem Cæciliani per Felicem Aptungitanum, unde initium sumpserat eorum schisma. Producuntur, et leguntur omnia Acta judiciorum, et Conciliorum, in quibus jam ea res discussa fuit. Demonstratum est, nuspiam esse repertum, Felicem tradidisse libros in persecutione. Cumque Donatistæ assererent, in eo

con-

concilio, in quo fuit ordinatus Majorinus, Cæcilianum esse damnatum; huic Donatistarum concilio, Episcopi Catholici opposuerunt Romanum Concilium, in quo per Melchiadem Papam absolutus sit Cæcilianus, quaque absolutione missa in irritum sit prior ejus in Carthaginensi concilio facta condemnatio: atque cui perinde hæc condemnatio officere non debeat, ut ipsi quoque Maximianistas (superiore §pho de his actum est) prius a se damnatos, tamen postea ad suam communionem recepissent. Volebant in ipsum etiam Melchiadem Papam crimen traditionis librorum conferre, quasi quo se contaminaverit, dum Marcellino Papæ, cujus erat Presbyter, operam suam navasset in tradendis sacris libris. Ipsi etiam Marcellino hoc traditionis crimen fuisse nonnisi a Donatistis affictum eum in finem, ut eodem hoc respergere possent etiam Melchiadem, est demonstratum §pho 32. Hoc itaque sicut falsum erat, ita etiam cum probare non potuissent; in hoc quoque adhæserunt, et ad silentium redacti sunt Donatistæ. Postquam igitur hi omnibus suis excussi essent argumentis, contrariis vero Catholicorum pressi undique, et conclusi, ut se in nullam partem movere jam firent, Marcellinus Collationis Præses tulit sententiam, qua Donatistæ victi pronunciati sunt. Sententiæ subscripserunt omnes utriusque partis Episcopi, sed Donatistæ cum additione hac: *Salva appellatione.*

Quæ talis subscriptio etsi eo spectabat, ut suam adhuc pervicaciam continuarent, nondum volentes acquiescere, quale et illud fuit, quod mendacissime peracta Collatione spargebant, sibi non esse a Marcellino permissum, omnia, quæ voluissent, libere dicere, et proferre, tamen res

non

non absque fructu fuit. Nam Donatistarum plurimi videntes infirmitatem rationum, quibus eorum inniteretur schisma, huic nuncium remiserunt, et ad Ecclesiam Catholicam redierunt, ex ipsisque etiam Circumcellionibus furore suo deposito: semperque ab hoc tempore vergebat magis ad interitum, donec brevi penitus exstinctum esset auxilio etiam Imperialium edictorum, quibus interdicta fuit Donatistis omnis deinceps conveniendi facultas, pœnæque statutæ, si qui tamen convenire ausi essent, et agere quidpiam, quod sibi assumpserant per suum schisma.

Acta hujus Collationis Carthagine, Hippone, in aliisque pluribus Ecclesiis quotannis in Quadragesima publice in Ecclesia consveverant legi: eadem exstant apud S. Augustinum in libro ad Donatistas, quem post Collationem scripsit, ut iis etiam, qui Collationi non intererant, posset innotescere, quemadmodum res se habuerit, Donatistæque ab errore suo revocarentur, nec non in libro de hoc eodem argumento ad Emeritum Donatistam. Marcellinum Comitem tam bene meritum de Religione Marinus Comes conspirationis insimulatum cum Heracliano, qui in Africa adversus Honorium rebellaverat, capite plecti jussit. Incertum, ut Orosius scribit *lib.* 7. *cap.* 42. zelone stimulatus, an auro corruptus, ut vero S. Hieronymus *lib.* 3. *adv. Pelag. cap.* 6. Sub invidia tyrannidis Heraclianæ ab hæreticis innocens est occisus. Marinus idcirco non tantum ab Honorio Imp. revocatus ex Africa, sed etiam dignitate exutus est. Marcellini memoria etiam in Martyrologio consecrata est ad diem sextam Aprilis, cum elogio, ab hæreticis ob fidei defensionem occisum esse.

§. 55.

§. 55.

Arius primum Meletiani schismatis sectator, deinde novæ hæreseos conditor. Ejus dogmata. Virus suæ hæreseos quomodo propagaverit. Ejus Thalia. Concilia Alexandriæ in Aegypto adversus eum celebrata. De Colluthо Presbytero.

Donatistarum schismate, atque secta, longe gravior adhuc et perniciosior fuit hæresis per Arium conflata anno trecentesimo, et decimo septimo juxta Orosium *lib.* 7. *cap.* 8. Fuit natus in Libya. Primum Meletio adhæserat. Hic Episcopus fuit Lycopolitanus in Thebaide. In persecutione, quæ a Diocletiano excitata est, idolis sacrificavit. Idcirco a Petro Episcopo Alexandrino, celebrata Episcoporum Synodo, e dignitate Episcopi depositus est. Qui vero sententiæ huic non tantum non paruit, sed jus etiam invasit ejusdem Petri Alexandrini Episcopi, ordinando Episcopos in provinciis Aegypti, in quibus jus hoc ordinandi spectabat ad Alexandrinum Episcopum. Arius a Meletio cum recessisset, a Petro Episcopo Alexandrino factus est Diaconus, sed non multo post ab eodem exclusus communione est, quod ausus esset eumdem Petrum propter excommunicatos Meletianos carpere, et criminari. Ab Achilla, qui Petro successit in Episcopatu, petita venia, non tantum receptus ad communionem, verum etiam promotus ad Presbyteratum est. In Actis martyrii Petri est, Achillam, et Alexandrum, hic post Achillam factus est Episcopus Alexandriuus, cum venissent ad Petrum in carcere, ab hoc monitos esse, ne si ei in Episcopatu successissent, Arium in communionem reciperent: sibi enim Christum

præ-

præcedente nocte apparuisse in veste fissa, et xisse hanc sibi ab Ario scissam esse. Quæ speciem veri non habet. Neque enim Ach post talem monitionem Arium recepisset, q que plus est, etiam ad Presbyteratum pr visset.

Achillæ Alexander successit, ut jam di est, in Episcopatu. Hujus doctrinam Arius licare cœpit, Episcopatus, quem appetebat, consequi non potuit, invidentia. Nam cum xander in concione ad populum de mysterio ctissimæ Trinitatis loquens unitatem natur tribus divinis personis asseruisset; Arius illur roris arguit ejus, qui fuit Sabellii, aususqu affirmare, quemadmodum Patris, et Filii una esset persona, ita neque unam esse natu et substantiam. Idque tali etiam argumentat Nam a Patre genitum esse Filium. Eum verc genuit, anteriorem esse eo, qui genitus est. que Filium non esse ejusdem cum Patre æter tis. Qui vero æternus non est, hunc neque I esse. Itaque solum Patrem, siquidem inge sit, carentem existendi initio, esse æter non Filium, et unde consequens esset, hunc que esse Deum. Ab ea, quæ hominum, a etiam ipsorum brutorum est generatio, argu mentum duxit ad generationem divinam Filii Sicut Deus Pater est pater ab æterno, qui ne ter semper fuisset, nisi etiam filium semper, æterno habuisset; ita generatio Filii Dei, e

quæ multi ex aliis, ut solæ sacræ virgines fuerint septingentæ, quæ hoc ab Ario sibi propinatum virus combiberunt: serpsitque etiam ultra per Aegyptum, Libyam, et Pentapolim: etiam duos Episcopos, Secundum Ptolemaidis, et Theonam Marmaricæ nactus est Arius sectatores.

1. Alexander postquam nihil paternis suis monitis profecisset in Ario, habito Concilio a communione eum removit cum omnibus ei adhærentibus. At vero ille obstinate pergebat inficere alios suo errore. Dum igitur in dies singulos magis semper factio Arii cresceret, ulteriusque serperet, denuo Alexander Concilium Episcoporum fere centum ex universa Aegypto, Libya, et Pentapoli instituit. Citatus affuit etiam Arius. Nihil vero aliud etiam nunc, quam creaturam voluit agnoscere Filium Dei esse: cumque quidam ex Episcopis ei quæstionem posuisset, crederetne ergo hunc mutabilem, quemadmodum mutabilis esset etiam diabolus; ne istud quidem dubitavit affirmare. Iterum igitur confixus anathemate est, de ejusque damnatione literæ ex Concilio missæ sunt quaquaversum ad omnes Ecclesias. *Sozomenus lib. 1. cap. 15. Socrates lib. 1. cap. 5. S. Epiphanius Hær. 69. Theodoretus Hæret. Fabul. lib. 4.*

Neque de humana natura Christi recte senserat Arius, sed in hoc pro anima posuit Dei Verbum, et Dei Filium, qui homo factus tantummodo corpus humanum assumpserit, non animam. Ex S. Damasi epistola ad Paulum Thessalonic. et Auctore Disputation. in Nicæn. Conc. apud S. Athanasium intelligitur, Arium negavisse etiam Spiritus sancti divinitatem. Hocque consequens erat

erat ejus, quod in Filio fecit, negans ejus divinitatem, eo quod natus ex Patre esset. Nam et Spiritus sanctus ex Patre procedit. Nulla tamen in Concilio Nicæno de hoc Arii errore facta quæstio est, quod, quemadmodum S. Epiphanius *Hær.* 74: docet, cum Arius totus fuisset adversus Filii divinitatem; Concilium quoque huc ad dogma hoc asserendum, et vindicandum curam suam converterit.

Arius denuo a tot Episcopis tanto consensu damnatus, non fidens suis rebus in Palæstinam se contulit, omnesque hujus regionis Episcopos circumcursavit, sibique conciliare studuit, idemque fecit in pluribus aliis regionibus, et provinciis, nactusque est ex his plures fautores, videlicet Paulinum Episcopum Tyri, Eusebium Cæsareensem, Theodotum Laodiciæ, Athanasium Anazarbi, Gregorium Berythi, Aetium Diospolitanum, et Eusebium Nicomediensem: nec isto, quem ultimum nominavi, ullus alter fuit, qui magis patrocinatus fuisset Ario, ejusque errori. Ab his Episcopis non tantum Arius susceptus est in communionem, sed pertractis ad Arii partes pluribus aliis Episcopis iidem doctrinam Arii etiam defenderunt, nec dubitarunt ab ipso etiam Alexandro Episcopo Alexandrino, a quo erat damnatus, contendere, ut eum ipse quoque ad communionem reponeret. Hinc disputationes exortæ sunt non tantum inter Episcopos, aliosque omnium graduum Clericos sed ipsos etiam laicos, Christus essetne Deus, vel tantum creatura, tamque acres, et frequentes ut ipsi Ethnici Christianos in theatris etiam traducerent, et derisui haberent, quod cum reliquis sent deos, quos gentes omnes colerent, his omnibus sapientiores volentes esse, Christumque as

sum-

ımpsissent sibi pro Deo, jam non scirent, quis te esset, quem colerent. Ad incendendas, atue alendas has de Christo sermocinationes, et disputationes Arius Carmen composuit Sotadeo genere ersus, quod Thaliam vocavit. Sotades poeta fuit irpissimi carminis auctor. Nam et Arius cum re matoria suam doctrinam de Christo miscuit, ut a pronioribus auribus hauriretur, et ab omnibus intaretur, adcommodans hoc omni generi, et onditioni hominum, aliudque esset nauticum, iud viatorium carmen, aliudque molendinarium, sic porro, choreis suis ipsi Christo insultare dens, ut S. Athanasius *Orat.* 2. *in Arianos* dem verbis hoc de Ario dixit. Idem in eadem ratione docet, Arium mulierculas solitum esse retire, quærendo ex his, habuissent ne filium, itequam peperissent: dumque hæ negassent, nc illum retorsisse, sicut igitur ipsæ tunc filium ondum habuissent, ita neque Dei Filium semper stitisse, siquidem genitus esset.

Alexander Episcopus Alexandrinus, quemadodum paulo ante demonstratum est, Concilio lebrato Episcoporum fere centum, rem adver- s Arium actam perscripsit quaquaversum ad nes Ecclesias. Dum hinc conclusio facienda est, que idem Alexandrum prætermisisse facere ad omanum Pontificem, exstat inter S. Hilarii Fraenta epistola Liberii Papæ, in qua scriptum , Alexandrum significasse Silvestro, quid egeadversus Arium, eique adhærentes Presbyte- s et Diaconos. Eusebius vero *lib.* 2. *de Vita nstantini cap.* 63. memorat a Constantino misn esse Osium Alexandriam cum epistola ad Alendrum et Arium conjunctim, qua eos hortas sit ad concordiam, quasique levis, atque exi-

gua

xandriam venit, iterum celebratum est Conc
Alexandriæ tanto Episcoporum numero, u
Clerici Mareotici apud S. Athanasium A
2. vocent in suis literis ad Curiosum, et
grium, Synodum generalem. Flamma per A
accensa in hoc etiam Concilio restincta noı
dum epistola Constantini ejusmodi fuisset,
xandrum Episcopum cum Ario æquans in
ut Ario majores etiam spiritus adderet. A
etiam in hoc concilio est de Meletiano schis
quæ pariter res successum non habuit Mel
suo cœpto non desistente, nixus iis, quos ac
scopatum promoverat. At vero Colluthianorur
pressa factio est. Colluthus, Presbyter Alex
nus, in Ecclesia, quam sibi habuit commiss
Episcopo, eo arrogantiæ devenerat, ut etiaı
sumeret ordinare cum alios Clericos, tum
Presbyteros. Quæ hujus temeritas in hoc C
lio coërcita est, omnibus iis, quos ordin
exauctoratis, qui ab eo gradum aliquem C
lem acceperant, utpote, a quo tantum Pre
ro facta ordinatio vim nullam habuerit. Is
fuit unus tamen ita temerarius, ut etiam
continuaret in Mareotide quæ una Aegypti

§. 56.

oncilium Oecumenicum Nicaenum I. Res in eo actæ.

Cum neque in hoc tertio Alexandrino Concio, de quo modo dictum est, malum, cui medina quærebatur, sanatum fuisset, dissensiones item semper magis increscerent, ita ut non tanm jam solis verbis disputaretur, sed pugnis iam, et fustibus cum in Aegypto, tum in Palæina, pluribusque aliis Asiæ provinciis, Constannus Imperator Episcopos convocavit ex universo omano imperio per literas Nicæam civitatem Biyniæ ad generalem Synodum. Rufinus lib. 1. ist. Eccl. cap. 1. docet id eum fecisse *Ex Sacertum sententia.* S. Epiphanius Hær. 68. nominam etiam appellat Alexandrum Episcopum Alexaninum *Cujus studio, et hortatu* hanc convocanem Episcoporum Constantinus fecerit. Vehiis, jumentis, commeatu, omnibusque rebus, ibus opus est ad iter faciendum, ab Imperatore eraliter provisum fuit Episcopis. Convenerunt iscopi trecenti, et octodecim, ut est apud S. hanasium in epistola ad Africanos, apud S. Hienymum in Chronico: conveniuntque in hoc nuero Scriptores omnes. Inter hos Osium Corbensem, Alexandrum Alexandrinum, Eustathi Antiochenum, Macarium Jerosolymitanum, et ontium Caesareensem in Cappadocia sic memo: S. Athanasius *Epist. ad Solitar.* ut hos in iscoporum numero ponat, quorum virtus in ncilio præcipue effulserit. Affuit etiam Caecilias Episcopus Carthaginensis, de quo in schisma Donatistarum jam facta sæpius mentio est, Panutius Aegyptius, Confessionis gloria illustris,

quem Maximinus oculo dextro effosso, et poplite sinistro succiso ad metalla damnaverat, tantaque præditus gratia, ut per eum signa, et miracula fierent talia, qualia olim per Apostolos, quemque Imperator tanti fecerit, ut quemadmodum est scriptum apud Socratem *lib.* 1. *cap.* 12. ad palatium sæpius vocaverit, ejusque effossum oculum osculatus sit, Jacobus Antiochiæ, quæ et Nisibis dicta in Mesopotamia, æque clarus miraculorum gloria, Spiridion Tremithuntis in Cypro, Nicolaus Myranus, et longum nimis esset omnes Episcopos recensere insignes, et memorabiles. Ex iis etiam regionibus, quæ fuerunt extra Romanum imperium, affuisse quosdam Episcopos, intelligitur ex Socrate, eodem supra cit. loc. ubi hoc testatur de Episcopo ex Perside, et altero e Scythia.

Anno 325. die decima, et nona mensis Junii incepit Concilium, quod in palatio Imperatoris institutum est. Consederunt Episcopi in sedibus per utrumque ejus latus dispositis, Imperatorisque adventum præstolabantur. Qui postquam venit, cognatis ejus, et familiaribus, iisque non Christianis, ante eum ordinate incedentibus, indutus purpura auro, atque gemmis fulgente, Episcopi assurrexerunt omnes, processitque cum virtus summa modestia ad sedem sibi in medio positam, auream quidem, sed tamen humilem. *Neque prius*, ut est apud Socratem lib. 1. cap. *sedere sustinuit, quam Episcopi id nutu significassent. Tanta illos observantia, ac reverentia Imperator prosequebatur.* Postquam et Episcopi consedissent, unus illorum, qui in dextra parte primum locum tenuit, surgens, atque stans Imperatorem brevi oratione salutavit. Quis iste mi-

minatim fuerit, Eusebius, rem hanc referens *lib.* 3. *de Vita Constantini Cap.* 11. non exposuit. Ex Theodoreto autem *lib.* 1. *cap.* 7. iste intelligitur fuisse Eustathius Episcopus Antiochenus. Sozomenus *lib.* 1. *cap.* 19. dum has partes salutationis refert Eusebio Caesareensi, in errore est, orationem, quam Eusebius in fine Concilii habuit de Constantini laudibus, dum una etiam Vicennalia imperii illius celebrarentur, cum salutatione permutans. Imperator Græca lingva salutatus, Latino sermone respondit: non quod esset lingvæ Græcæ inscius, nam postea etiam hac lingva locutum esse in Concilio exstat apud Eusebium, sed ut morem Romanum servaret sua lingva utendi, cum verba solenniter deberent fieri. Declaravit, hanc fuisse summam votorum suorum, ut hunc talem coetum Episcoporum posset videre. Quod quoniam assecutus esset, se se Deo gratias impensissime agere. Sed nunc nihil esse, quod ardentius desideret, quam videre ipsos concordes in sentiendo unum, idemque. Fuisse Ecclesiam antea misere vexatam, et afflictam acerbissimis persecutionibus, nunc autem ab humani generis hoste dæmone esse bellum concitatum, quod illis persecutionum calamitatibus multo sit gravius, et funestius, dum ipsæ partes, quas oporteret esse pacatas, et concordiæ vinculo conjunctas, ab invicem dissiderent, adversumque se mutuo insurgerent. Petiit ab iis, idque verbis amantissimis, ut hoc ipsum gaudio cumulent, concordes, atque unanimes, ipsos ut videat. Fuerunt quidam ex Episcopis, qui Imperatori supplices libellos obtulerant cum querimoniis adversus alios Episcopos. Hos cum protulisset, negavit, suum esse de his judicium ferre. *Mihi cum homo sim,* sunt illius verba apud Sozomenum lib 1. cap. 17. *nefas est, hu-*

jusmodi rerum cognitionem mihi arrogare, *c*
et qui accusant, *et qui accusantur*, *Sacerd*
sint : eosque, quin legisset, jussit cremari,
offensasque sibi mutuo condonandas Episcoj
controversias inter se habentes hortatus est, et
omnem mentem, atque cogitationem ad eas
converterent, quarum causa conventum ad C
cilium esset.

Omnium primum negotium Concilii fuit
lud expendere, et dijudicare, de quo Arius a
sabatur. Is vero non dubitavit, idem etiam i
profiteri de Christo, quod antea Alexandro
Episcopo, et in Conciliis Alexandriæ hac de
sa habitis professus erat, hunc verum Deum
esse, sed nomen, et appellationem huic tan
ea ratione tribui in Scriptura, qua in hac da
idem nomen sit aliis quoque : esse hunc fac
et creatum e nihilo, tempusque fuisse, quo is
exstiterit. Ad quas Arii voces Episcopi aure
struxerunt, clamaruntque, hæreticum esse, a
anathema in eum jecerunt, idque omnes pr
decem, et septem, utpote jam captis etiam e
re Arii. Ab his quoque postulatum est, ut
de Christo sensa aperirent. In formula fid
se composita hoc præstiterunt. Quæ cum leg
tur, talis omnium Episcoporum ceterorum ei
indignatio, talisque fremitus consecutus est,
illud scriptum etiam involaverint, istudque dis
pserint. Asserebant adversum hos, Dei Fi
esse ex ipsa Dei substantia genitum, quodqu
cum nulla creatura commune sit. Verbum
veram virtutem, imaginemque Patris, huicqu
omnibus simillimum, atque immutabile in eo
que Patre semper exstitisse, quemadmodum
splendor inesset. Non ausi Arii fautores,

se

eclæ adversus tantam consensionem omnium alio-
um Episcoporum aliquid obmovere, se tamen, ut
it scriptum a S. Athanasio *lib. de Decretis Ni-
en. Synod.* invicem intuebantur, signisque inter
loquebantur, mussitabantque, his vocibus, Si-
nilem esse Patri, hujus esse Virtutem, et apud hunc
emper fuisse, adhuc nihil esse ejusmodi, quod non
osset competere alteri, atque etiam homini. Quo
bservato Episcopi, ut rem clarius, atque significan-
us exprimerent, dixerunt, Filium Dei esse con-
ubstantialem Patri, illud ipsum adhibentes voca-
ulum, de quo Eusebius Nicomediensis in quadam
a epistola, quæ producta etiam in Concilio fu-
, affirmaverat, Si Dei Filius non foret creatus,
turum consubstantialem Patri, quemadmodum
statur S. Ambrosius *lib. de Fide ad Gratian. cap.
lt.* ac deinde in contrarie sentientes: *His vero
ui dicunt Filium Dei ex nihilo, sive ex non exi-
entibus esse, vel creatum, vel mutabilem, vel
etum, vel ex alia substantia, anathema dicit
ncta, et Catholica Ecclesia.* Fideique Symbo-
m est conditum. Osium fuisse, qui hoc com-
suerit, ex Arianorum apud S. Athanasium *Epist.
l Solitar.* his de Osio vocibus innotescit: *Hic
ynodis præesse solet, hic Nicænam fidem con-
idit.*

Ex iis decem, et septem Episcopis, qui se
rio addixerant, duodecim perculsi sententia,
am tulerat Concilium, atque metu dejectionis
Episcopatu, illico cesserunt. Quinque reliqui,
usebius Nicomediensis, Theognis Nicænus, Ma-
s Chalcedonensis, Theonas Marmaricæ, et Se-
ndus Ptolemaidis Episcopus, cum adhuc aliquam-
u restitissent, deinde etiam ex his tres, quamvis
ntentiam Concilii prius cavillati essent, se se de-

de-

derunt, solique, Theonas, et Secundus pe
citer suæ inhærentes sententiæ una cum Ar
riter refractario, et pervicaci damnati, e
scopatu privati, perque Imperatorem acti i
lium sunt. In nunero Episcoporum horu
ptemdecim, qui ab Ario prius steterunt, fuit
Eusebius Caesareensis. Eusebium Nicomedie
et plures ex iis, qui subscripserunt sententiæ
cilii, hanc subscriptionem non fecisse
re, brevi deinde patefactum est. Cum Ar
mnata simul ejus etiam Thalia est: tamque
quam omnes alios Arii libros Imperator jussi
buri, poena capitis constituta in eum, qui h
aliquid ex ejus scriptis, hoc apud se occul
et servasse repertus esset: idem Arii sect
in eorum opprobrinm Porphyrianos voluit v
quod quemadmodum Porphyrius adversus
stum, ejusque Religionem scriptis suis insur
set, ita hi, negando Christi divinitatem, eju
tum, qui ei, tamquam vero Deo debetur,
tere studuissent. Ex Synodo missæ sunt lite
omnes Episcopos Aegypti, Libyæ, et Pentap
ut ubi error natus esset, et unde serpsisset
ibi, si radix succisa esset, idem etiam citius
resceret. Ad Alexandrinos ipse etiam Impe
dedit literas, monens eos, atque hortans, ı
Ario, ejusque nefario dogmate, perque Conc
damnato, qui huic adhæsissent, recederent, ı
ad gratiam veritatis reverterentur. *S. Atha
us de Decret. Nicæn. Synod. Socrates lib.* 1.
8. 9. *Sozomenus lib.* 1. *Cap.* 21. *Theodoretu*
1. *cap.* 12.

Re peracta de Ario itum est ad schisma
vellendum Meletii. Cum re exposita, quid eg
nemo Episcoporum dubitasset, fuisse invas

jura Episcopi Alexandrini, ea tamen lenitate
um est Concilium; ut omnes, qui fuissent ordi-
iti a Meletio tam Episcopi, quam alii Clerici,
linquerentur in suo gradu, nisi quod tamen
esbyteris, aliisque Clericis ab Alexandro ordina-
tribueretur honor antecedendi ordinatos a Me-
tio, Episcopi vero a Meletio ordinati nonnisi tunc
ciperent fungi Episcopali munere, postquam in
dem locis, in quibus hi essent, Episcopi ab Ale-
ndro ordinati vita functi essent, sique populi
ffragationem obtinuissent, eamque Episcopus
exandrinus ratam habuisset. Et ne ad eum nu-
rum, qui jam erant a Meletio ordinati, plures
inceps addi possent, Meletius horum numerum
indicem Episcopo Alexandrino jussus est trade-
Neque tamen etiam nunc exstinctum est hoc
iisma. Equidem major pars Meletianorum se se
bjecit Alexandrino Episcopo. Meletius vero cum
tempus cessisset, deinde ad suum ingenium re-
t, jamque moribundus etiam sibi adhuc quem-
m Joannem successorem constituit: neque mul-
post schismatis hujus reliquiæ cum Arianis in
am sectam coiverunt. *Epistola Synod. Conci-*
apud Socrat. l. 1. *c.* 9. *S. Athanasius Apolog.*
S. Epiphan. Hær. 68.

Ad hoc usque tempus festum Paschatis non
n fuit celebratum ubique eadem die: quamvis
i etiam Asiatici Episcopi, qui præ ceteris mo-
n celebrandi, Paschatis luna decima quarta, qua
dæi hoc observant, adversus Victorem Papam
fendebant omnium maxime *Supra* §. 20. jam ab
: more recessissent. Id, quod testatur epistola
ius Constantini Imp. apud Eusebium *lib.* 3. *de*
ta ejusd. Constant. cap. 16. S. Athanasius *Epist.*
Africanos, docet, inter causas habendi hocce
Con

no commissum est, ut confecto Cyclo lunai quidem Aegyptii Astronomiæ periti præ ali: berentur, quot annis perscriberet tempestiv mano Pontifici diem, quo Pascha veniret cel(dum, hic autem eumdem per omnes alias E(sias notum faceret. *S. Leo Epist. ad Ma* *S. Ambrosius Epist.* 23.

Constantinus Imp. Accsium quoque E pum Novatianorum accersivit ad Concilium in finem, ut istud quoque tolleretur dissi Ab hoc cum Imperator quæsivisset, assentii ne decretis Synodi, respondit, nullam se v causam, cur vellet dissentire. Nihil enim a cilio definitum esse novi. Nam et quod de C divinitate professum esset Concilium, et d schatis celebratione statuit, a se quoque or servari, siquidem utrumque venisset ab Apo Quam ergo causam habuerint segregandi Ecclesia, quæsivit ulterius Imperator. Attul causa regulam, quam sibi sub Decio Imper constituerint, idque juxta Scripturam Divi quæ doceat, peccatum esse ad mortem. Q obrem omnes quidem peccatores a se invita poenitentiam agendam, sed nemini peccati ali remissionem tribuere. Hoc enim solius Dei non Sacerdotum. Ad quod Constantinus, q admodum scriptum est apud Socratem *lib.* 1

: Acesio dixit, ut scalam sibi poneret, solusque r hanc in caelum adscenderet.

Ad Concilium plures etiam Philosophi Genti- venerant partim curiositate ducti ad videndum n celebrem Christianorum conventum, partim tandi quidpiam, et colligendi causa ex insti- is Christianæ Religionis, unde hanc deinde pos- it vellicare, et carpere. Accidit, ut de his unus olentior coram Episcopis pluribus se jactaret, quædam adversus Religionem Christianam effu- et, eosdemque Episcopos ad disputandum secum vocaret. Unus ex his se obtulit, a ceterisque iscopis petiit, sinerent eum congredi cum hoc losopho. Perpaucis se rem transacturum. Me- incesserat omnes, ne disputandi ignarus, si hismatum laqueis irretitus esset a Philosopho, in Religionis derisum vergeret. Attamen ne- e ei ausi non sunt ob reverentiam, quam erga n habebant, qui in persecutione Confessionis ria fuerat nobilitatus. Surgens itaque Episco- , gradumque cum Philosopho conferens, omni- primo huic Christi nomine imperat, ut audi- Exponit deinde huic, Deum esse, qui hanc um omnium universitatem condiderit. Hujus ium, hominum miseratum errores, esse natum 'irgine, passum, atque mortuum, morteque mortem omnium nostrum propulsasse: eum- n venturum secundo ad judicium de hominibus nibus instituendum. Hæc autem omnia talia e, quæ tantum sola fide teneantur, et adver- a quæ nulla valere possit humana ratiocinatio, n sint virtutis divinæ. Ac deinde cum auctori- e, Credisne, inquit, tu ista Philosophe? Hic em tam antea arrogans, seque jactans ita vir- e dictorum obstupefactus est, ut attonitus ste- terit,

go contra Luciferianos, qui inscriptus est nomine S. Hieronymi. Photius Bibliothecæ suæ num. 88. testatur a se lectas esse res in Nicæna Synodo gestas, tribus libris comprehensas. Gelasius Cyzicenus refert, in librum se incidisse, continentem omnia, quæ dicta, facta, et constituta fuerant in Nicæna Synodo in membranis paene integris descripta, atque hæc vocat mare immensum, quæ in hoc libro fuerint contenta.

Constat testimonio Eusebii *lib.* 3. *de Vita Constant. cap.* 14. omnia, quæ communi Consensu Episcoporum Nicænorum erant constituta, scriptis mandata, et singulorum subscriptione roborata fuisse. Certum est, ut jam supra etiam demonstratum est, actum in Nicæno Concilio esse de die, quo Pascha sit celebrandum ab omnibus, atque de hoc factum quoque decretum. De quo vero decreto nihil exstat in his viginti canonibus, quos solos habent Collectiones Conciliorum factæ a Latinis. In Ephesini I. Concilii generalis act. 7. memoratur privilegium, quod Ecclesiæ Cypri a Nicæno Concilio concessum sit. In Chalcedonensi æque generali Concilio est, præscriptam esse formulam Epistolarum Formatarum. Nihil vero de his est in his viginti Canonibus Latinarum Collectionum. Multa quoque a Patribus proferuntur, et dicuntur statuta, atque decreta esse in Concilio Nicæno, quæ similiter non est reperire in his viginti Canonibus Collectionum earumdem Latinarum. S. Hieronymus de libro Judith in ejus præfatione scribit: *Hunc librum Synodus Nicæna in numero Sacrarum Scripturarum legitur computasse*, S. Ambrosius Epist. ad Vercellensem Ecclesiam ait: *Non solum Apostolum de Episcopo, et Presbytero statuisse, sed etiam Patres in Con-*

Concilio Nicæno tractatus addidisse, neque Clericum quemquam debere esse, qui secunda conjugia sortitus sit. S. Augustinus Epist. 110. *Adhuc,* inquit, *in corpore posito beatæ memoriæ Patre, ut Episcopo meo sene Valerio, Episcopus ordinatus sum, et sedi cum illo: quod Concilio Nicæno prohibitum fuisse, nesciebam, nec ipse sciebat.* Quæ pariter absunt omnia ab his viginti nostris Canonibus, qui vulgo soli putantur esse Nicæni. Hoc de Canonibus Nicæni Concilii tractavi jam in Dissertationibus meis in Selacta Argumenta Hist. Eccl. Dissert. VII. nec omisi rationes etiam eorum afferre, et expendere, qui pro solis stant Canonibus viginti Coneilii Nicæni; insuper exhibui etiam, unde factum sit, quod Acta hujus Concilii, et Canones in sua integritate non perstiterint, quorumque nequitia hoc factum sit. Sed et hic istud brevi postea, hocque adhuc §pho demonstrabitur.

Ex his Canonibus, qui viginti omnium consensione sunt indubitati Nicaeni, tantum memorabiliores proferam. Horum tertius iste est: *Interdicit sancta Synodus, neque Episcopo, neque Presbytero, neque Diacono, neque ulli Clericorum omnino licere habere secum mulierem Extraneam, nisi forte mater, aut soror, aut avia, aut amita, aut matertera sit.* Hoc est igitur nisi haec Extranea forte mater, aut soror, aut ejus propinquitatis esset, quæ adhuc declarata in hoc Canone est. Sub nomine igitur Extranearum veniunt mater etiam, soror, avia, amita, et matertera. Hæ Extraneæ consveverant etiam Agapetæ appellari, Græco vocabulo, quod latine *dilectas* significat. Has quidam e Clericis, etiam majoribus, virginitatem, vel caelibatum professas, secum

cum in eadem domo, et habitatione tenebant, ad vitandamque mali suspicionem Dilectas, vel sorores vocabant. Quæ vero res causam dederit huic Canoni constituendo, ex S. Hieronymi Epist. 22. ad Eustochium his verbis potest intelligi: *Unde in Ecclesiam Agapetarum pestis introiit? Unde sine nuptiis aliud nomen uxorum? imo unde novum concubinarum genus?*

Socrates *lib.* 1. *cap.* 8. Sozomen. *lib.* 2. *cap.* 22. et Gelasius Cyzicenus *lib.* 2. *cap.* 32. narrant, Patres Nicænos paratos fuisse, legem condere etiam de Caelibatu Episcoporum, Presbyterorum, et Diaconorum: sed ne fieret, intercessisse Paphnutium Episcopum, cujus jam supra mentio facta est. Nuptias enim esse honorabiles, et torum immaculatum, cavendumque, ne fortasse severitas nimia damnosa sit Ecclesiæ potius, quam emolumento, quamvis ipse caelebs semper mansisset, castissimeque vixisset. Quæ tamen narratio Baronio, aliisque pluribus Criticis sublestæ fidei habetur ex eo, quod in hoc tertio canone in recensione feminarum, quas Clerici secum habitantes possent habere, nulla mentio uxorum facta sit: deinde quod S. Hieronymus Epist. 50. ad Pammachium scribens, *Apostoli*, ait, *vel virgines, vel post nuptias continentes: Episcopi, Presbyteri, Diaconi aut virgines eliguntur, aut vidui, aut certe post sacerdotium in æternum pudici:* rursusque lib. 1. adversus Jovinianum, *Certe*, inquit, *confiteris, non posse esse Episcopum, qui in Episcopatu filios faciat: alioquin si deprehensus fuerit, non quasi vir tenebitur, sed quasi adulter damnabitur.* Hocne asserere Hieronymus, tamque generaliter potuisset, aut exspectare, ut ei ab Joviniano etiam concederetur, si Sacerdotum conjugia non tantum viguissent, verum etiam per

Con-

Concilinm Nicænum iisdem concessa fuissent? Idem in libro adversus Vigilantium etiam in Orientis regionibus hoc observatum esse docet, nominatimque in Aegypto, et Antiochiæ, ubi perinde Episcopi caelibes esse debuerint. S. Epiphanius quoque Hær. 59. *Sanctum sacerdotium*, inquit, *ex virginibus quidem, ut plurimum procedens, si vero non ex virginibus, at ex solitariam vitam degentibus: si vero hi non suffecerint ad ministerium, hi, qui continent a propriis uxoribus, accipiantur:* cumque adversum hoc ipse sibi opposuisset, non observari istud ab omnibus, sed esse Presbyteros, Diaconos, et Hypodiaconos, qui liberos procreent, *Respondeo*, inquit, *non illud ex canonis auctoritate fieri, sed propter hominum ignaviam, quæ certis temporibus negligenter agere, et connivere solet.* Potuissetne dicere, non hoc ex canonis auctoritate fieri, si talis de concessione conjugii Clericis conditus a Nicæno Concilio fuisset? At vero Basnagio in Annal. ad a. 325. num. 30. hoc de concessione conjugii facta Clericis per Concilium Nicænum ita certum habetur, ut dicat, actum esse de omni historia, si in hoc Socrates, Sozomenus, et Gelasius non faciant fidem. Ex quanam vero Critica talis horum debet haberi fides, dum ipsis contradicitur ab Hieronymo, et Epiphanio, quorum etiam inde auctoritas major esse debet, quod antiquiores sint testes, et vinciniores Nicæno Concilio, dumque de hoc conjugio nihil etiam uspiam in Canonibus et hujus Concilii? Omnia, quæ ipsi volumus esse, sunt statim fide dignissima: obnitimur iis, quæ nolumus. In Reformatione illa, ut eam vocant, sæculi decimi sexti ii, qui se apud suos ministrorum nomine in locum Cleri, qui in Ecclesia Catholica est, substituerunt, caelibatum servare nolue-

luerunt, jamque Lutherus, ipse his præiverat suo exemplo. Hoc est, quod Caelibatum etiam apud Catholicos vellicent, huncque insimulent velut ei contrarium, quod etiam Nicæno Concilio visum sit, expedire concedere.

Sextus Canon Concilii Nicæni est: *Antiqua consuetudo servetur per Aegyptum, Libyam, et Pentapolim, ita ut Alexandrinus Episcopus horum omnium habeat potestatem, quia et urbis Romæ Episcopo parilis mos est. Similiter autem et apud Antiochiam, ceterasque provincias suis privilegia serventur Ecclesiis.* Sed non est integer, mutilatusque his ab anteriore sua parte verbis: *Ecclesià Romana semper habuit Primatum.* Nam cum istum in Concilii Chalcedonensis Sess. 16. Episcopi Orientales e suo codice protulissent absque his verbis; Legati Romani Pontificis e suo Codice, quem Roma secum tulerant, arguerunt, mutilatum esse Orientalium Codicem: quin ipsi etiam Oientales quidquam in contrarium habuerint, ex his verbis, *Ecclesia Romana semper habuit Primatum* ultro agnoscentes, et confitentes hunc Primatum, sic respondendo: *Perpendimus omnem quidem Primatum, et honorem præcipuum secundum Canones antiquæ Romæ Deo amantissimo Archiepiscopo conservari, oportere autem Archiepiscopum Constantinopolitanum eisdem primatibus honoris et ipsum dignum esse.* Causa proferendi hunc canonem fuit, quod Anatolius Episcopus Constantinopolitanus in suas partes pertractis omnibus Episcopis, qui ex Oriente affluerunt in Concilio, quæsiverit ambitiose se se efferre supra omnes Episcopos Orientis, isque in Oriente fieri, qui fuerit hactenus Romanus Pontifex supra universam Ecclesiam, cuique deinceps pote-

stas

us maneret supra solos Episcopos Occidentis. Qua re in Chalcedonensi Concilio adhuc redibit mo. Mutilatio autem Canonis auctores habet ianos ad Romani Pontificis subterfugiendam ctoritatem, utque liberius grassari possent. In a arte depravandi Codices, ut iis auctoritatem ferrent, erant exercitatissimi. Id, quod inter a crimina iis objectum fuit etiam in Sardicen Concilio, quod adhuc postea sequetur. Exstat berii Papæ epistola, quæ producta est in Conio Florentino adversus Marcum Ephesinum, ensumque ex hac, S. Athanasium Romam rerisse pro authentico Codice Nicæni Concilii, se defendendum contra Arianos, siquidem nula talem habere potuerit in Oriente. Id, quod Codicibus Nicæni Concilii depravatis, et mutis ab Arianis pluribus, etiam testimoniis conmatum est a me in Dissert. VII. §. 2. in Select. gum. Hist. Eccl.

Pars hujus Canonis, modo allata juxta versionem onysii Exigui, se habet nonnihil aliter juxta sionem Rufini lib. 1. Hist. Eccl. cap. 6. *Et ut ud Alexandriam, et in urbe Roma vetusta contudo servetur, ut et ille Aegypti, vel hic subicariarum Ecclesiarum sollicitudinem gerat.* ac Basnagius, Blondellus, pluresque Protestanm argumentum sibi fabricaverunt adversus Romi Pontificis Primatum supra universam Ecclem, conatique sunt probare illius auctoritatem tineri nonnisi intra fines Ecclesiarum urbis Roæ suburbicariarum, nec potestatis majore menm, quam Episcopi Alexandrini fuerit supra gyptum, Libyam, et Pentapolim, sed neque ac habuisse, et obtinuisse aliunde, quam per ac Canonem Nicæni Concilii. Primo ex versione

dictionis exercendæ ad Episcopum Alexand
sive ut Nicolaus I. Rom. Pont. Epist. ad M
Imp. expressit: *Ex hujus forma, quod Ec
Alexandrinæ tribueret, Synodus sumens
plum.* De jure fuit actum Metropolitano,
triarchali Episcopi Alexandrini, quod erat
tum per Meletium. De hoc igitur solo fuit
idemque, quoad jus hoc Metropolitanum,
triarchale fuit Episcopo Alexandrino adjudi
quod hoc fieret a Romano Pontifice, ab h
mendo ad definiendum, quid et illi in ho
competeret. Hi si voluissent hanc Rufini co
cum Dionysii Exigui versione, vidissent
statim rectam Rufini non esse versionem.
destinatum Romanum Pontificem, ubi ul
sunt, lacescere. Qui tali voluntate sunt,
captant, et consectant, et consectantur,
satis attendant, valeatne, quod objiciunt.
de terminis Romano Pontifici, designandis
usque se ejus extendere posset potestas, est
quam cogitatum a Nicænis Patribus in hoc
ne, aut uspiam alibi, quin potius confess
ejus Primatum, quorum sunt verba in h
Canone sexto: *Ecclesia Romana semper
Primatum.* Vi Primatus est Romanus P
caput universæ Ecclesiæ. Ergo non suburb

ıbuit, hoc non tunc a Concilio accepit. Vidimus ıpra §. 49. ab Episcopis Arelatensis I. Concilii, ui ex diversis, et infinitis prope locis erant conocati, esse scriptum ad Silvestrum Rom. Pont. t de eo prædicatum, iis dioecesibus, quarum si Episcopi essent, Majores diœceses tenere. Hæ ıajores diœceses suntne tantum Ecclesiæ suburıicariæ? Dissertationum mearum octava in Select. Arg. Hist. Eccl. tota agit de hoc sexto canone Nicæni Concilii.

In Canone septimo hujus Concilii statutum ctum est, Quoniam mos antiquus obtinuerit, et tusta traditio, ut Aeliæ, id est, Jerosolymæ piscopo honor deferatur, haberet itaque conquenter, hoc est, post Alexandrinum, et Antioıenum Episcopum, de quibus superiore canone iit, honorem, manente tamen Metropolitanæ citatis propria dignitate. Hæc fuit Cæsarea Palæinæ: ubi cum Præsides Romani sedem habuisnt, hinc facta est metropolis Palæstinæ. Cano decimo tertio: Quicumque a gratia quidem ocati, primum suum ardorem ostendissent, cinlaque deposuissent, postea vero ut canes ad vomitum suum rediissent, et quorum aliqui etiam cuniis sibi reditum ad militiam comparassent, poenitentia dictatur prostrationis annis decem, ditionis annis tribus. Paraphrasis Arabica Canum Nicænorum in Collect. Mansiana Tom. II. g. 715. hanc vocationem a gratia explicatius pot professionem vitæ monasticæ. Canone deci septimo depositio ex Clericali dignitate statuest in Clericos fœneratores, et lucra sectantes quæstu. Canone decimo octavo Diaconis proitum est, Eucharistiam Presbyteris præbere, ue inter hos sedere. Canone decimo nono, Si

quis confugisset ad Ecclesiam Catholicam de Paulianistis, et Cataphrygibus, hi jubentur rebaptizari. De quibus solis cum hoc constitutum sit, non enim servarunt præscriptam a Christo baptizandi formam, intelligitur, validum esse judicatum Baptismum, quamvis per hæreticos administratum, adhibita legitima verborum forma, et materia.

§. 58.

Constantinus Imp. Concilii Nicæni convocationem suone, sibique proprio jure fecerit. Qui huic præsederit. Accesseritne ei aliqua per Romanum Pontificem confirmatio.

Concilium Nicænum esse a Constantino Imp. convocatum, jam supra §pho 56. dictum est; consentiuntque in hoc Scriptores: quin hoc constat ex ipsorum etiam Nicænorum Patrum in Epistola Synod. apud Theodoretum lib. 1. Hist. Eccl. cap. 9. propria confessione, quorum hæc sunt verba: *Quandoquidem Deo Opt. Max. eique charissimo Principe Constantino nos ex diversis civitatibus, ac provinciis congregante sacra, et magna synodus Nicææ celebrata est.* Hoc igitur nullam debet facere controversiam. Illud trahitur in disceptationem, Constantinus suone jure ex Imperatoria dignitate hanc convocationem fecerit, facereque potuerit quin consensum aliquem ad eam faciendam habere debuerit a Silvestro id temporis Romano Pontifice. Hoc tale jus Imperatori asserunt Centuriatores Magdeburg. Cent. 4. cap. 7. de Politia Eccl. Mosheim Sec. IV. Part. 2. cap. 2. Basnagius in Annal. ad a. 325. et vulgo alii Protestantes. Etiam Febronii. lib. de Statu Eccl.

cap.

VI. §. 2. hæ sunt assertiones: *Nulla lege di- ı, aut humana convocatio universalium Con- ırum summo Pontifici reservatur. Octo priora ilia sola Imperatorum auctoritate convoca- fuere.* Febroniani hanc Febronii emollire ntes sententiam, statuunt convocationem eralium Conciliorum ad Romani Pontificis ı, eaque essentialia pertinere; attamen si alia one fiat eorum convocatio, aut si Episcopi, mvis non convocati a Romano Pontifice, con- irent, et fortasse hoc etiam reluctante, vali- ım concilum. Quod quam aptum sit, et sibi sentaneum, quis non videt? Quod enim ad ntiam rei pertinet, id abesse ab ea nullo mo- potest.

Jam quod ad Concilium hoc Nicænum attinet, a quoad alia rem videbimus suis locis, est de- astratum testimonio Rufini supra §. 56. Con- ıtinum fecisse convocationem *ex Sacerdotum tentia.* Id autem, quod fit ex aliorum senten- id non est susceptum solummodo propriæ vo- tatis arbitrio. Quod generaliter dictum de Sa- lotibus a Rufino est, e quorum sententia con- atum sit Concilium; id Gelasius Cyzicenus lib. ap. 12. speciatim testatur de Osio Cordubensi. *cta*, ait, *et magna, et generalis synodus san- um Patrum Nicææ congregatorum per beatum, sanctum Osium facta.* Ex Liberii Papæ epi- a inter Fragmenta S. Hilarii constat, de Ario ı ab Alexandro Episc. Alexand. esse perscri- n Silvestro Papæ. Osium Nicomediæ Imperator etiam instructum epistola Alexandriam dimi- Cum turbæ per Arium excitatæ neque sic ıponi potuissent, Osiusque ad Imperatorem re- ıus esset; tunc fit per Imperatorem convocatio

Con-

Concilii, in quo Osius deinde etiam præsedit: id, quod deinde adhuc demonstrabitur. Primo enim pronum est assequi, unde factum sit, quod Osius in Orientem ad Imperatorem venerit et cujus missu; deinde ex cujus etiam mente, et voluntate effecerit apud Imperatorem, ut Concilium convocaret. Nam qui Præsidis munus gessit postea in Concilio, vicibus functus Silvestri; is intelligitur neque etiam illud, quod pertinebat ad convocandum concilium per Constantinum, tantum suo fecisse arbitratu, verum ex Silvestri voluntate, a quo propter Arii causam missus in Orientem venit ad Imperatorem. Et quid opus hic argumentatione, quando in Synodo VI. Constantinopolitana generali Act. 18. sic acclamatum est Constantino Pogonato Imperatori ab universo Concilio: *Arius divisor, et partitor Trinitatis insurgebat, et continuo Constantinus semper Augustus, et Silvester laudabilis magnam, atque insignem in Nicæa synodum congregabant.* Quærimusne certius et luculentius testimonium de convocato Concilio per Constantinum non absque Silvestro, quam hoc sit datum ab universali concilio? In Chalcedonensi quoque generali pariter concilio Dioscoro Episcopo Alexandrino datum crimini est, quod absque auctoritate Sedis Apostolicæ synodum facere ausus esset. *Quod numquam factum sit, nec fieri licuerit.* Hoc enim dici non potuisset, neque verum fuisset; si Concilium hoc Nicæum I. sola Constantini convocatione sine Silvestri consensu, et auctoritate celebratum fuisset. Potestne legitime, et citra seditionis crimen in regno quocumque publicus ejusdem regni conventus institui absque nutu, et voluntate Regis? Protestantes abnegarunt caput Ecclesiæ Romanum Pontificem, sibique anarchiam posuerunt,

aut

t si quid potestatis ad Ecclesiæ regimen reuerunt, id cœtui cujuslibet loci tribuerunt, Principibus secularibus, tamquam vice popufungentibus. Hinc est, quod neque in hiria primorum Ecclesiæ seculorum velint habere ıvocata concilia cum auctoritate Romani Pontis, quod si recognoscerent, una etiam dare ɔerent, formam, quam sibi per reformationem m fecerunt, non esse formam primævæ, et alis a Christo, et Apostolis venit, Ecclesiæ.

Alterum est, quod suscepi disquirendum hoc ıo, quis præsederit Nicæno Concilio. Magdergenses, et Mosheimius volunt Constantinum p. præsedisse, Basnagius Eustathium Episcopum ıtiochenum, alii Alexandro Episcopo Alexanino dant has præsidendi partes, alii Osio, sed n qua vices gerenti Romani Pontificis. Constanıum non præsedisse, neque sibi hoc sumpsisse, rum est ex Eusebii *lib. 3. de Vita Constant. cap.* . 13. ubi refert, Constantinum, postquam saatus esset, et ipse etiam sermonem ad Episcoe habuisset, *deinceps autem Concilii Præsidibus* (τοῖς τῆς συνόδου προέδροις) *sermonem concessisse*, eummque ingressum conclave palatii, in quo habim est concilium, non prius sedisse, quam ut llet sedere, ei innuissent Episcopi. Quæso, is , qui auctoritatem gerit præsidendi, eorum, quiıs præsidet, exspectet nutum ad sedendum? Pamodo dum Eusebius dicit Constantinum dedissermonem Præsidibus concilii, manifestum est, os, non Constantinum, fuisse Præsides Concii. Basnagius ideo Eustathium Episcopum Antioenum posuit Præsidem Concilii, quod ad dexm Imperatoris sederit, eumque oratione saluerit, idque quasi testimonio Eusebii *lib.* 3. *de Vi-*

Vita Constant. cap. 11. et quia Præsidis fuerit facere salutationem. Eusebii autem tantum sunt verba ista: *Tum ex Episcopis is, qui in dextra parte primum locum obtinebat, consurgens modica oratione Imperatorem allocutus est.* Quis iste ex Episcopis fuerit, nominatim non dixit. Unde ergo Basnagius scit, Eustathium fuisse? Unde etiam habet legem de salutatione in publicis conventibus per eum facienda, qui Præsidem conventus agit? Sed neque locus primus ad Imperatoris dextram dat, quis fuerit Præses. Nam si ex loco dijudicandum hoc esset, Constantinus in medio sedens, habendus esset Præses, cujus in medio locus profecto dignior fuit loco ad ejus dextram: quem tamen, quamvis in medio sedentem, pro Præside nec ipse habet Basnagius.

Est autem illud, unde evidenter innotescit, quis fuerit Concilii Præses. Nam certe is, qui præsidet cuidam conventui, etiam in subscriptione statutorum, quæ sunt facta a conventu principem locum tenet. Hanc subscriptionem ex libro Synodico S. Athanasii, quo nemo alius certior, et luculentior de Nicæno Concilio testis esse potest, utpote, cui interfuit, Socrates lib. 1. cap. 13. ita exhibet: *Osius Episcopus Cordubæ Hispaniæ ita credo, ut superius scriptum est, Vitus, et Vicentius Presbyteri urbis Romæ, Aegypti Alexander Episcopus, Magnæ Antiochiæ Eustathius, Hierosolymorum Macarius, Harpocratio Cynopoleos, et reliqui, quorum nomina in libro Athanasii Episcopi, qui Synodicus inscribitur, plenissime digesta sunt.* Manifestissimum est, in ominibus Alexandri, Eustathii, Macarii, qui primarum Sedium post Romanam S. Petri Sedem, erant Episcopi, esse in hac subscriptione servatum dignitatis ordinem. His ante-

antepositus est Osius, qui a sua Sede Cordubensi non habuit, ut antecederet eos, qui modo dicti sunt, neque solus Osius antepositus est, sed etiam Vitus, et Vincentius, quamvis tantum essent Presbyteri. Igitur sequitur, Osium, Vitum, et Vincentium ideo in subscriptione esse primos, quod Romani Episcopi, qui Episcoporum omnium primus est, vices gesserint, locumque tenuerint. Etiam Gelasius Cyzicenus *lib.* 2. *cap.* 5. qui ex proposito historiam scripsit Concilii Nicæni, Osium vicibus Silvestri functum esse in Concilio, testatur, cujus hæc verba sunt: *Ipse etiam Osius ex Hispaniis, nominis, et famæ celebritate insignis, qui Silvestri Episcopi antiquæ Romæ locum obtinebat, una cum Romanis Presbyteris, Vitone, et Vincentio cum aliis multis in consessu illo adfuit.* Theodoretus quoque *lib.* 1. *Hist. Eccl. cap.* 7. testis est, disertissimeque dicit, pro urbis Romæ Episcopo duos Presbyteros, qui ab eo missi sint, gestis Concilii subscripsisse. Testis est etiam Sozomenus qui *lib.* 1. *cap.* 16. perinde dicit, Vitonem, et Vincentium vice Romanorum Episcopi interfuisse Concilio. Qui alium hujus Concilii Præsidem quærunt, omittunt testimonia, claudunt oculos ad subscriptionem, servatumque in hac ordinem juxta Sedium dignitatem: suas nonnisi argutias, frigidas, et frivolas proferunt.

Concilium Nicænum, quamvis ei Romanus Pontifex per suos Legatos præsedisset atque per hos subscriptum esset; tamen insuper confirmatum est ab ipso Romano Pontifice. Hoc vidimus observatum jam etiam ab Arelatensi I. concilio esse, in quo tantus Episoporum numerus fuit ex omnibus mundi partibus, exque diversis, ac prope infinitis locis (quemadum fuit supra) ut par haberi possit generali Concilio: hoc videbimus

bimus observatum in ceteris etiam deinceps generalibus conciliis. Quod autem speciatim attinet, ad hoc Nicænum Concilium de ejus confirmatione per Romanum Pontificem id testatur Synodus Romana sub Felice III. Rom. Pont. a. 483. cujus hæc sunt verba: *Domino ad Beatum Petrum dicente: Tu es Petrus, et super hanc Petram ædificabo Ecclesiam meam, quam vocem sequentes trecenti decem, et octo Patres apud Nicæam congregati confirmationem rerum, atque auctoritatem Sanctæ Romanæ Ecclesiæ detulerunt, quam utramque usque ad ætatem nostram successiones Christi gratia præstante, custodiunt.* Idem testatur Innocentius I. Rom. Pont. Epist. ad Episcopos Carthaginensis Concilii. *Patres*, inquit, de Nicænisque Patribus loquitur, *non humana, sed divina decreverunt sententia, ut quidquid quamvis de disjunctis, remotisque provinciis ageretur, non prius ducerent finiendum, nisi ad hujus Sedis notitiam perveniret, ut tota hujus auctoritate justa quæ fuerit pronunciatio, firmaretur.* Anne adversum id egerunt Patres Nicæni, de quo ipsi etiam statutum fecerunt? Quamobrem Nicolaus I. Rom. Pont. Epist. 7. ad Michael. Imp. et Photium, *In universalibus synodis*, inquit, *quid ratum, vel quid prorsus acceptum, nisi quod Sedes Beati Petri probavit, ut ipsi scitis, habetur? Sicut e contrario, quod ipsa sola reprobavit, hoc solummodo constat hactenus reprobatum.* Ipsius Petri de Marca lib. 7. de Concord. Sacerd. et Imp. cap. 6. hæc confessio est: *Quoad causas, quæ ad fidem spectant, aut regulas generales Ecclesiæ universæ, certum est, eas definiri non potuisse absque interventu auctoritatis Episcopi Romani.* Sunt Christi verba ab Petrum: *Tu es Petrus, et super hanc Petram, ædificabo Ecclesiam meam*

Matth.

fatth. 16. v. 18. Hæc tria, quæ hoc §pho tractata sunt, reperiuntur adhuc plenius etiam declarata, et domonstrata in Dissertat. VI. meæ §. 3. l. 5. in Select. arg. Hist. Eccl.

§. 59.

Conclusio Nicæni Concilii. Eusebii Nicomediensis, et Theognis Nicæni exilium. Alexandro in Episcopotu Alexandrino succedit Athanasius. Arii revocatio ab exilio, itemque Eusebii, et Theognis.

Concilium pluribus sessionibus, incertum tamen quot, actum est usque ad 25. Julii ejusdem anni, quo cœpit. Idem hic dies fuit, quo Constantinus vicesimum imperii sui annum iniit, ejusque hæc Vicennalia per omnes Imperii provincias summa cum lætitia, et festivitate celebrabantur. Eusebius Cæsareensis orationem de laudibus Constantini habuit, quæ etiam nunc exstat. Omnibus Episcopis Imperator dedit epulum lautissimum unaque cum his epulatus est: quorum alii ad eandem cum Imperatore mensam accubuerunt, alii ad mensas in utroque latere conclavis palatii dispositas. Hac etiam solennitate peracta Episcopos dimisit Imperator datis donis amplissimis, proque meritis cujusque, ac dignitate, quosque ad ea servanda, quæ erant statuta in Concilio, ad mutuamque concordiam cohortatus est. *Eusebius lib. 3. de Vita Constant. cap. 15. — 20.*

Quod supra dixeram, Episcopos, qui capti errore Arii erant, quamvis subscripsissent definitioni factæ adversus assertiones Arii, id tamen haud

haud sincera mente omnes fecisse; statim
Concilium exhibuit. Nam Eusebius Nicomed.
Theognis Nicænus Episcopus ex eo codice,
ipsius Imperatoris fuit, corrupto eo, ad cujus
ficium pertinebat hunc codicem custodire non
sua eraserunt: cumque quosdam idem Consta
nus Alexandria, quod addicti Ario statutis C
cilii parere detrectassent, in exilium egisset,
sebius ausus est sic istos miserari, ut etiam ost
deret, neque sibi aliam esse mentem: delatus
ad Imperatorem, huic coram quoque idem p
fessus est, digitumque ducendo per pallium,
inquit, hoc scinderetur bifariam, numquam
cerem, duas partes divisas esse unius, ejusd
que substantiæ. Significabat, siquidem Dei
lius ex Deo Patre genitus, distincta ab hoc p
sona esset, numquam in animum inducturum
credat, personam Filii cum persona Patris
unius, ejusdemque substantiæ. Actus est idci
ab Imperatore in exilium una cum Theogni, qui
riter simulationem, qua Concilio subscripsit, de
suerat. In epistola ad Nicomedienses eumdem C
stantinus etiam arguit conspirationis cum Lic
adversum se, et cui prope armatum minister
præstiterit. In locum Eusebii Episcopus factus
Amphion in locum Theognis Chrestus. *Sozome*
lib. 2. *cap.* 21. *Theodoret. lib.* 1. *cap.* 20.

Mensibus nondum elapsis quinque a Co
lio, Alexander Episcopus Alexandr. decessit.
fert Sozomenus *lib.* 2. *cap.* 17. Athanasium
xandro adstantem, dum observasset morti
num, se se subduxisse, nec Alexandri voce in
matum, ut maneret retineri potuisse, Ale
drum autem dixisse, *Effugisse te credis Ath*
si? non effugies. Post Alexandri obitum qu
ti

s, et repertus, reductusque Alexandriam, nam nc quoque aufugerat, et ad Ecclesiam perdu- us, multitudo populi, qui universus sibi eum poposcerat Episcopum, non ante recessit ab clesia, neque Athanasium dimisit, quam is suæ ectioni consensum dedisset. Rufinus *lib.* 1. *Hist.* ol. *cap.* 14. Socrates *lib.* 1. *cap.* 15. et Sozo- enus *lib.* 2. *cap.* 17. narrant, Athanasium pue- li ætate ab æqualibus per ludum factum esse piscopum, et baptizasse quosdam pueros, quem- ue Baptismum ratum habuerit Alexander, ejus Episcopatu antecessor. S. Hieronymus *in Chro- co* habet Alexandrum annis decem Episcopum sse: æque Socrates *lib.* 1. *cap.* 5. perhibet, Epi- opum factum esse pace reddita Ecclesiæ. Est tem persecutio exstincta anno 313. Dum vero Diacono factus Episcopus esset, jam virum ndem vocat Theodoretus *lib.* 1. *H. E. cap.* 26. dicit in singulis Ecclesiastici ordinis gradibus mma cum admiratione versatum fuisse. Ex quo quitur, sub toto Episcopatu Alexandri jam fuis- Athanasium ultra eam, quæ puerilis est, æta- m, adeoque in quem ille lusus non potuerit dere.

Anni ab Concilio Nicæno intercesserunt cir- ter duo, et jam reditum ex exilio ab Impera- re obtinuit Arius. Quidam Presbyter, cujus men ab historicis proditum non est, Ario ad- ctus cum se insinuasset in affectum Constantiæ, æ soror fuit Constantini, huicque persvasisset, ium pœnam exilii immerito ferre; hæc mori- nda eumdem Presbyterum fratri commendavit pense, eumque obtestata est, ut quos imme- ntes exilio mulctasset, revocaret, ne fortasse am amissione ipsius imperii Deum ultorem ha- beret.

beret. A Constantino hic Presbyter receptus ita, ut ejus etiam consilia expeteret, idem non destitit svadere, quod persvaserat ejus sorori Constantiæ. Promisit Constantinus se ab exilio revocaturum Arium, si decretis assentiretur Nicæni Concilii. Spondet Presbyter. Accersitur Arius. Profitetur, se credere, Christum esse Deum. Jamque etiam nonnullos Episcopos induxerat, ut putarent eum recte de Christo sentire: qui vero Dei nomen de Christo nonnisi ita usurparet, quemadmodum hoc Dei nomen gessisse etiam Angelos et homines, exempla essent in Scriptura. Dum igitur etiam hi Episcopi accessissent ad commendandum Arium; Constantinus hunc non tantum pœna exilii solvit, verum etiam Alexandriam redire permisit. Quod cum successisset, nec Eusebius, et Theognis sibi defuerunt, sed per eosdem Episcopos, qui patrocinati Ario sunt, orando, ne pœnam cogerentur ferre, quod pro Ario stetissent, qua Arius, ejus innocentia reperta, solutus esset, reditum ab exilio impetrarunt, et insuper ad suos etiam Episcpopatus repositi sunt, amotis, Amphione et Chresto, qui jam facti in eorum locum erant Episcopi. At vero Athanasius Arium, reversum Alexandriam, recipere noluit, quamvis ipse Imperator etiam ursisset, et exilium ei comminatus esset. Negavit, se cum eo posse habere communionis consortium, quem universale Concilium judicasset hæreticum esse, communioneque exclusisset. *Rufinus lib.* 10. *Hist. Eccl. cap.* 11. *Socrates lib.* 1. *cap.* 25. *Sozomenus lib.* 2. *cap.* 25.

§. 60.

§. 60.

Eusebius Nicomediensis laborat in restaurando Arianismo. Ab hoc Eustathius Episcopus Antiochenus circumventus, falso crimine sibi imposito, mittitur in exilium. Idem vertit se ad Athanasium ex Episcopatu dejiciendum; perinde impactis ei per calumniam criminibus. Synodus Cæsareensis in Palæstina. Synodus Tyria.

Constantinum ingenti gaudio affecerat Arii, usebii Nicomediensis, et Theognis facta, ut pu- ibat, consensio in id, quod erat de Christi divitate definitum a Nicæno Concilio. Eusebiusque omo versutissimus, cito sibi illius animum, et enevolentiam conciliavit: et qui jam antea sic atrocinabatur Ariano dogmati, ut nemo magis, anc omnes intendit nervos ingenii; ut hoc per oncilium Nicænum dejectum, atque prostratum rigeret, et stabiliret. Aperte hoc adgredi ausus on est. Igitur ad artificia se vertit, quibus Ariaismus, qui jam elanguisset, et ad exitum propeasset, revalescere cœpit, easque deinde vires natus est, ut vix alia major, et funestior hæresis xstiterit. Quamobrem ab hoc Eusebio, per quem æresis renovata, et propagata est, Ariani alio omine etiam appellati sunt Eusebiani.

Pugnam instauraturus omnium primo adorus est Eustathium Antiochenum, et Athanasium, on tantum, quod adversus Arium, ejusque doma pugnassent fortissime in Nicæno Concilio, ed etiam quod his, qui primarum Sedium totius rientis erant Episcopi, e gradu suo dejectis, liisque secum consentientibus in eorum locum

posi-

positis, etiam reliquum negotium ad traducendos in suum dogma Episcopos alios per universum Orientem crederet haud difficulter processurum. Pietatis specie, et quasi ad invisenda loca sacra, iter Jerosolymam instituit cum Theogni suo per Antiochiam. Suscepit eos Eustathius honorifice, erga quem et ipsi suum affectum omnibus verborum officiis testati sunt. In reditu suo iterum veniunt Antiochiam, ad idemque tempus ex condicto alii etiam Episcopi plures: inter quos et Eusebius Cæsareensis in Palæstina. Instituunt conventum quasi synodicum. Venit eo mulier ad hoc conducta, et jam instructa ex eo genere feminarum, quæ quæstum faciunt suo corpore, infantemque in ulnis ferens Eustathium accusat de re secum habita, et a quo infantem susceperit. Illo negante, mulierisque impudentiam redarguente, petunt a muliere jus jurandum: quod cum illa dedisset, fertur in Eustathium sententia depositionis ex Episcopatu, et ad Imperatorem mittitur, pluribus adhuc criminibus, ob quam lata sit, Eustathio affictis, de Sabellii videlicet errore, deque calumniis impactis Helenæ Imperatrici, matri Constantini. Imperator Eustathium agit in exilium Trajanopolim, civitatem Thraciæ. Femina, quæ falso crimine accusavit Eustathium virum sanctissimum, cum in morbum incidisset, impellente conscientia, confessa est multis Sacerdotibus præsentibus innoxium esse Eustathium Episcopum, seque ad id quod fecit, pecunia fuisse conductam: eo autem se putasse non pejeraturam, quod infantem omnino suscepisset ex Eustathio, sed qui faber ærarius esset. Cum postea Antiochiæ actum de alio Episcopo eligendo esset, parum abfuit, quin parte civium una Eustathium reposcente, altera Eusebium Cæsareensem poscente, tumultu-

que

ue ingenti excitato, ventum ad arma sit. Impeitoris literis sedatus tumultus est. Eusebius Caereensis quoque recusavit Episcopatum Antiocheam. Factus est Episcopus in locum Eustathii Eulius, et post hunc Euphronius, postquc hos ina breve tempus mortuos alii; omnes vero tales, *ui*, ut scribit Theodoretus lib. 1. H. E. cap. 22. *riani dogmatis labem in animis suis occultam ærent.* Rem hanc referunt etiam Socrates *lib. cap.* 24. et Sozomenus *lib.* 2. *cap.* 19. Eustathin S. Athanasius *in Epist. ad Solitar.* encomio nat, fuisse Veritatis summum defensorem, Ariæque hæresi infensissimum.

Athanasium Eusebius idem Nicomediensis suis eris tentavit, inducere ad Arium suscipiendum communionem; deinde fecit, ut per Imperatom etiam urgeretur ad eum recipiendum, intentis etiam minis exilii. His Athanasius cum vinnon potuisset, eadem ratione eum adoritur, a Eustathium præcipitem egerat, fictis appetencriminibus. Adjutoribus Meletianis subornanr, qui Athanasium deferant ad Imperatorem de ericis cum aliis, tum ipsis etiam Episcopis indie ab eo tractatis, etiam per verbera, de Eccle incensis, de tributo imposito populo lineorum hariorum. Vestis lineæ hoc erat genus striatae. esbyteri Alexandrini, qui casu aderant, dum accusatores ad Imperatorem venissent, demonarunt hæc de Athanasio esse falsa omnia. Alia accusatio de Ischyrae calice fracto per Macari- Presbyterum Athanasii, et de scrinio auri no dato Philumeno, seditionem molienti adver- Imperatorem. Athanasius vocatus ad Imperaem utrumque ita refutavit, ut Imperator hunc literis, quibus testabatur, repertum esse in-

nocentem, honorifice Alexandriam remiserit. Ischyras idem ille est, de quo facta jam mentio est §pho 55. Presbyter a Collutho non valide ordinatus. *S. Athanasius Apolog. contr. Arianos. Socrates lib.* 1. *cap.* 27. *Sozomenus lib.* 2. *cap.* 22.

Aliam rursus Ariani adversus Athanasium instruunt calumniam. Deferunt ad Imperatorem, occidisse Arsenium Episcopum. Meletianæ factionis hic erat Episcopus Hypselensis in Thebaide, qui colludens cum Arianis, etsi ad se occultandum de loco ad locum transierit, tamen per Archelaum Athanasii amicum repertus est Tyri, et custoditus. Ipse quoque Arsenius literas ad Athanasium dederat, quibus seipsum indicaverat, facti que sui veniam petens, oravit, ut ab eo reciperetur in communionem. Re de Arsenio, quemadmodum se haberet, demonstrata Imperatori, indignatus, minatus est, se in ejus calumniatores, falsosque accusatores non jam ultra juxta mansvetudinem Ecclesiae, sed secundum legum civilium severitatem acturum: iterumque datis literis Alexandriam, quæ publice legerentur, testatus est Athanasium innocentem esse, et laudavit. Cum in adornanda hac scena de Arsenio interfecto præcipuas partes egisset Joannes Meletianorum caput, metu perculsus ejuravit schisma, seque subjecit Athanasio. Quod Constantinum Imp. tali affecit gaudio, ut suis literis Joannem ad se accersiverit, suumque ei affectum coram contestatus sit.

Toties jam deprehensis suis, et contusis calumniis, tamen non quiescunt Ariani. Non verentur iterum adire Constantinum, adjunctisque sibi rursus Meletianis. Proponunt ei, Athanasii esse multa, taliaque facinora, quæ et ipsi dicere

ı audeant, Constantino autem audire foret in-
erabile. Dicunt, opus esse Episcoporum con-
io ad hæc crimina cognoscenda. Neque dubitat
nstantinus post toties jam compertam Athanasii
ıocentiam, et postquam jam tot vicibus depre-
ndisset malignitatem eorum, qui etiam nunc
hanasium accusarunt semper signifero Eusebio
comediensi, dare assensum ad habendum Con-
ium, judiciumque exercendum de Athanasio,
que per eos, qui ejus accusatores essent. Cae-
ea urbs Palæstinæ constituta est ad habendam
ıc Synodum. Quo Athanasius citatus ire noluit,
que venit. Scribit Sozomenus *lib.* 2. *cap*, 25.
udulentiam veritum Eusebii Nicomediensis, et
sareensis, noluisse venire. Sed neque in Atha-
ium Episcopum Alexandrinum hoc competens
ıt judicium.

Hinc vero ejus adversarii occasionem arri-
runt ipsum de contumacia accusandi, spreti-
: Constantini, ejusque imperii, cujus jussu fa-
m sit illud concilium. Indicitur concilium ali-
Tyrum. Athanasio Imperator exilium denunci-
nisi se stitisset. Sexaginta convenerunt Epi-
pi e pluribus provinciis. Quales, ex eo intel-
potest, quod Eusebius Nicomediensis dux, et
ernator fuerit istius tantum ad præcipitandum
anasium concilii, seu verius Conciliabuli. Ne-
hoc nobis descripturus est melius, quam ipse
anasius, cujus in Apologia hæc verba sunt:
enam enim tunc Episcoporum Synodus? quis-
ı consessus veri studiosus? quis ex plerisque
em eorum inimicus noster non erat? Nonne
ebius, Caesareæ Palestinæ Episcopus, a Con-
oribus, qui nobiscum erant, accusatus est,
d idolis sacrificasset? Nonne Gregorius a Be-

26 * *ato*

ato Alexandro depositus fuisse convictus est? Nonne alii de aliis, et diversis criminibus deferebantur? Quo ergo jure adversum nos convenire potuerunt? Quomodo Synodum vocare audent, in qua Comes præsidebat, et cui spiculator aderat, ac in quam Commentarius, is intelligitur, cujus officium fuit Acta in Commentarios referre, *vice Diaconorum Ecclesiæ nos introduxit? Ille loquebatur, et qui aderant, tacebant, imo potius Comiti obtemperabant. Tum ne amoverentur, qui amovendi videbantur Episcopi, ab ejus Consilio impediebatur. Ille jubebat, nos a militibus trahebamur, imo potius jubentibus Eusebio cum sociis, ille eorum sententiis obsequebatur. In summa, cujusmodi illa Synodus, cujus erat exitus exilium, et caedes, si Imperatori placuisset?* Potamon Heracleæ in Aegypto Episcopus fuit is Confessor testimonio S. Epiphanii *Hær.* 69. quique objecit Eusebio Caesareensi, quo pacto ipse sedere posset, et judicem agere Athanasii, huncque stantem habere ante se, dum in ipsum potius competeret actio, quærendumque esset, quomodo qui secum in eodem fuisset carcere, immunis tamen manserit, et dimissus sit, ceteris omnibus, qui Religionis causa comprehensi, et in eadem vincula conjecti erant ad metalla damnatis, dextro eruto oculo, popliteque succiso.

Judicium sic institutum de Athanasio est. Ingressa est femina ejulans, et vociferans, se vim ab Athanasio dum eum hospitio recepisset, passam esse, et stuprum, quæ virginitatem suam Deo consecrasset. Introducitur Athanasius habens secum Timotheum Presbyterum. Qui ut erat ab Athanasio instructus, quid facere deberet, feminæ, Egone, inquit, tecum aliquando confabulatus sum,

aut

t in aedes tuas unquam ingresus sum? Tum il-
multo impudentius clamare coepit, contendens
versus Timotheum, et manum exerens, eum-
ie digito demonstrans, Tu, inquit, mihi virgi-
tatem eripuisti, tu me castitate spoliasti. Hunc
modum pudore confusis iis, qui fabulam com-
suerant, erubescentibus quoque judicibus, ejus-
m technæ consciis, dimissa est mulier. Tunc
agnus Athanasius mulierem dimittendam non
se, dixit, sed inquirendum, quis ista concin-
sset. Illi vero clamarunt, alia superesse crimi-
, quæ nulla arte, et solertia dissolvi possent.
rbis rem retuli Theodoreti *lib.* 1. *H. E. cap.* 30.
demque exstat apud Sozomenum *lib.* 2. *cap.* 25.

Quænam vero hæc fuere crimina? Proferunt
sam, ex eaque protrahunt hominis amputatam
xtram, sale conditam, asseverant, hanc esse
xtram Arsenio ab Athanasio in usum magicæ
is absectam: clamant, tam manifestum esse hoc
inus, ut eludi nulla arte possit. Quærit Atha-
sius ex judicibus, aliquine eorum Arsenium no-
sent. Affirmarunt plures, omnino hunc sibi
ne notum esse. Mittit igitur pro Arsenio. Hic
auo ab Arianis ad occultum locum fuit deductus,
servabatur absconditus. Qui vero hinc aufu-
rat et ad Athanasium pridie Tyrum venerat.
senius intrans manus pallio gerebat contectas.
m rursus quæsivisset e judicibus, istene esset
senius, iterumque illi affirmassent, removet
llium ab uno ejus latere, et ostendit manum:
m facit cum ejus manu altera, conversusque
judices, Duas, inquit, videtis Arsenium ha-
e manus, neque plures requiretis, quando
s tantum manus singuli a Deo accepimus. Hæc
ur tertia, unde excisa sit, accusatores ostendant,

ne-

necesse est. Surgunt Ariani, clamant, Athanasium esse magum, et præstigiatorem, suisque præstigiis fallere intuentium oculos: involassentque in eum, et suis manibus discerpsissent, nisi Comes, qui præsidebat, prohibuisset. *Iidem, qui supra.*

Venitur postea ad Ischyræ confractum calicem, et effusa Mysteria. Ischyras iste, ut rem refert ipse Athanasius in Apologia sua secunda, verus Presbyter non erat, tantum a Collutho ordinatus, qui non fuit Episcopus. Hic delatus ad Athanasium est, dum Ecclesias in Mareotide visitasset quod ceteris Colluthianis jam ad ordinem redactis, pergeret rem sacram facere, ac si Presbyter esset. Presbyterum loci, in quo Ischyras hoc factitabat, Athanasius misit cum Macario pariter Presbytero, ut Ischyram ad se accerserent. Inveniunt in lectulo jacentem, et ægrotantem. Itaque hi ejus patri committunt, ut nomine Episcopi Athanasii filium admoneret, ne id, quod fecerat, continuaret facere, et ne se in ullam Presbyteralis muneris functionem intromitteret. Quomodo se res habuerit, acta cum Ischyra, Athanasius exposuit, jamque ab ipso Imperatore, quod sibi hinc structum esset crimen, judicatam esse calumniam. Sed et ipsum Ischyram tum monitis sui patris, tum conscientiæ stimulis permotum venisse, ad ejusque pedes prostratum multis cum lachrymis suppliciter petiisse, ut ad communionem reciperetur: eumdem scriptam etiam confessionem sibi obtulisse, rem de fracto calice esse nonnisi confictam: se autem a Meletianis adactum etiam verberibus esse, ut se pro Presbytero gereret: ipsam etiam confessionem in synodo Athanasius produxit. Hujus vero Ischyræ tanta impudentia fuit, ut seductus denuo ab Arianis Athanasii

etiam

etiam accusatorem egerit in hoc Tyriensi conciliabulo de hoc crimine quasi fracti calicis, et altaris subversione cum effusione Mysteriorum. In præmium deinde hujus ab Arianis factus est Episcopus.

Non est auditum, quod ad diluendam hanc accusationem attulit Athanasius. Decernitur inquisitio. Deliguntur ad hanc faciendam Theognis, Maris, Theodorus, Macedonius, Valens, et Ursacius, omnes Episcopi Arianæ factionis, et mittuntur in Mareotidem, unaque cum his Ischyras. Macarius Presbyter, per quem facta dicebatur calicis confractio, et altaris subversio, quique Alexandria Tyrum in catenis fuit perductus, retinetur.. Præmittuntur, qui Arianos, et Meletianos instruerent quid, ubi advenissent inquisitores, deberent dicere, et testari. Ad inquisitionem assumitur etiam Philagrius Præfectus Aegypti, militum caterva stipatus, homo a Religione apostata. Nullus e Catholicis ad testimonium dicendum admittitur. Athanasius antequam inquisitores ex Aegypto reverterentur, Tyro clam discessit, et Constantinopolim ad Imperatorem se contulit. Huic se obtulit, dum equo vectus Constantinopolim ingrederetur. Repulsam primo tulit, parumque abfuit, ne manibus etiam removeretur. Hoc unum deinde sollicita prece petenti, ut Episcopos, judices suos juberet Tyro Constantinopolim ad se venire, iisque præsentibus dignaretur eum audire, Imperator annuit. Itaque Tyro Constantinopolim omnes Episcopi ab Imperatore vocantur. Hi interea, post inquisitorum reditum ex Aegypto, postque damnatum a se Athanasium in suo Tyriensi conciliabulo nomine confracti calicis Ischyræ, et turbarum quas Tyri in Concilio excitaverit, id,

id, quod perinde falsum erat, hincque se subduxisset, insuper Imperatoris jussionem neglectui habuisset non comparendo ad Caesareense concilium, jam Jerosolymam profecti erant ad dedicandam Ecclesiam, quam Constantinus exstruxerat supra sepulcrum Christi, et ad quam dedicationem jam vocati Imperatoris literis erant. Erant in Tyriensi hoc conventu etiam Episcopi orthodoxi. Hi non consenserunt in damnationem Athanasii. Paphnutius, cujus mentio jam facta est §. 56, inter eos Episcopos, qui Confessionis etiam gloria insignes interfuerunt Concilio Nicæno, surgens cum indignatione non tantum ipse se ex conventu proripuit, sed etiam Maximum Episcopum Jerosolymæ, manu ejus apprehensa secum abstraxit, dicens, *Non decere eos, qui Confessores essent, et pietatis causa oculos effossos haberent, et poplites succisos, malorum hominum concilio sociari*, quemadmodum a Sozomeno *lib.* 2. *cap.* 25. memoriæ proditum est. Haec, quæ nunc narrata sunt, exstant etiam apud S. Athanasium *Apolog.* 2. Socrat. *lib.* 1. *cap.* 31. 32. Rufin. *lib.* 10. *Hist. cap.* 17. Conciliabulum hoc Tyriense habitum est a. 335. Sententiæ latae de Athanasio subscripsit etiam Arsenius tamquam Hypselensis Episcopus, procul dubio, quod, homo fluxæ fidei, se se reverterit in eam partem, quam credebat potentiorem: factumque est, ut qui occisus diceretur esse ab Athanasio, idem legeretur subscriptus sententiæ, qua fuit post accusationem de ejus occisione, condemnatus Athanasius.

§. 61.

§. 61.

Dedicatio Ecclesiæ Jerosolymitanæ. Conciliabulum Jerosolymitanum. Exilium Athanasii, compluriumque aliorum Episcoporum. Arii infelix exitus.

Episcopi non tantum ii, qui in Tyrio erant concilio, verum alii etiam tam numerosi convenerunt ad dedicationem Ecclesiæ Jerosolymitanæ, ut Eusebius *lib.* 4. *de Vita Constant. cap.* 47. hunc Episcoporum conventum post eum, qui in Nicæno concilio fuit, omnium, quos noverit, maximum dicat fuisse. Per eos, quos Imperator ex palatio misit, Episcopis omnibus data sunt convivia, pauperibus, qui undique confluxerant, pecunia distributa, et vestes. Ecclesiæ quoque extructae ad omnem splendorem, et magnificentiam ingentia tribuit dona auri, et gemmarum. Sacerdotes vero partim precationibus, partim sermonibus festivitatem ornabant, Imperatoris pietatem, et Martyrii magnificentiam celebrantes oratione. Martyrii nomine Ecclesia designatur: quod inde Ecclesiis nomen accessit, quod altaria, et Ecclesiæ supra Martyrum sepulcra consueverint aedificari. Habiti autem et tales sermones sunt, quibus Scripturæ sacræ, et fidei dogmata explanabantur, nec non incruentis sacrificiis, et mysticis oblationibus Deum placabant, eidemque pro pace communi, pro Ecclesia, pro Imperatore, ejusque filiis supplices preces offerebant.

Hæc ex Eusebio *lib.* 4. *de Vita Constant. cap.* 44. *ets.* cum memorasset etiam Basnagius in Annalibus, fecit hanc deinde animadversionem eo more suo, quem jam alias saepe vidimus. Non sparsis ci-

cineribus, non aqua benedicta, non chri
non imaginibus, non crucibus, earumque
moniarum supellectile, quæ consecrandis t
nunc adhibetur, sed sacrorum voluminum
ne, concionibus, incruentis sacrificiis, et
cis oblationibus, atque precibus esse dedica
factam. Eas vellicat, quæ nunc apud nos
moniæ obtinent in Ecclesiarum dedicatior
quis ignorat, neque caerimonias in Baptis
ministratione, et Eucharisticæ coenæ celeb
fuisse semper, et ubique easdem? Ipse Ba
cum laude meminit illius pretiosæ vestis ab
ratore Constanino datæ Macario Episcopo J
lymæ, qua indueretur, dum baptizaret, q
jore decore, et dignitate baptizatio perage
quemadmodum refert Theodoretus *libr.* 2.
cap. 27. Omniane etiam Eusebius minutat
posuit, vel scitne Basnagius, sic eum exp
quæ sint observata in hao Ecclesiæ Jerosol
næ dedicatione, ut nihil præterierit? Ne
quidem meminit, cujus effigies sit collocata
Ecclesia, dum dedicaretur. Et possumusne
tare, in Ecclesiis fuisse hanc constitutam,
auro, atque gemmis fulgidam Constantinu
in sui palatii principe conclavi sibi colloc
ste Eusebio *lib.* 3. *de Vita Constant. cap.* 4
moravit Eusebius in descriptione hujus de
nis Incruenta sacrificia, et mysticas obla
quæ factæ in ea sint. Nullum dubium e
test, quin per hæc incruenta sacrificia,
mysticas oblationes intellexerit illud, quod
nunc Ecclesia Catholica credit in Missa esse
et proprium sacrificium. Hic, crederem,
gius potuisset habere commodiorem occa
faciendae animadversionis, non quoad cae
as, quæ possunt esse variæ, sed quoad ip

dem, quæ una, eademque semper est, et esse debet, quid fuerit in Ecclesia jam illo etiam tempore dedicatæ Ecclesiæ hujus Jerosolymitanæ, et num nos in Ecclesia Catholica illud credamus, de Sacrificio Missæ, quod jam tunc creditum fuit; vel vero ab hoc discrepent illi, qui post Calvinum, cujus et Basnagius assecla fuit, hocce Missæ sacrificium, inficiantur.

Eusebius Nicomediensis, ejusque factio tot nacta Episcopos, qui ad dedicationem convenerant, rursus instituit Concilium, seu verius conciliabulum. In hoc Arium, ejusque socium Euzojum Presbyterum non tantum suscipiunt ad Communionem, sed etiam nomine hujus concilii literas mittunt Alexandriam, et ad omnes totius Aegypti Episcopos, imperantes, ut quoniam ipsi hos suscepissent in communionem, in eadem et illi istos secum haberent. Literæ, Episcopis qui in Tyrio erant concilio, quibusque ab Imperatore Constantinopolim evocati erant, tantum Jeresolymæ sunt redditæ. Vidit Eusebius Nicomediensis non esse consultum cum omnibus ire, qui in Tyrio erant concilio, quod res præsente Athanasio esset agenda, et ex his Episcopis quidam Athanasio bene essent affecti. Omnes itaque alios prohibet ire, tantummodo ipse cum Eusebio Caesareensi, Theogni, Patrophilo, Ursacio, et Valente, qui post Eusebium Nicomediensem factionis Arianæ prima capita erant, venit ad Imperatorem. Omittit ea omnia, quorum nomine Athanasium condemnarunt Tyri in suo conciliabulo. Jam enim, ut ostensum est supra, cum de his delatus fuisset ad Constantinum Athanasius, Constantinus agnoverat, fuisse meram calumniam. Novum igitur crimen homo vaferrimus comminiscitur, et tale, quo Imperator

ad

iram irritari posset vel maxime in Athanasium. Accusat, minatum esse, se facturum, ne ex Aegypto frumentum subvehatur Constantinopolim. Hanc ille urbem in Thracia, quæ prius Byzantium fuit vocata, ad summum splendorem, et amplitudinem evexit, parem eam facere volens urbi Romæ. Constantinus anno post Nicænum Concilium altero Romam venit, ut ibi quoque celebraret Imperii sui vicennalia. Ibi ab iis, qui adhuc falsa numina colebant, invitatus ad Capitolium est Jovi sacrificandi causa. Risit horum caecitatem, qui inanitatem suorum deorum nondum adverterent. Quamobrem et illi aliquem contemptum erga eum ostenderunt: unde offensus, Romanosque aversatus proposuit hac vetere relicta, Romam alibi novam aedificare, ubi sedem figeret Imperii. Anno 330. hujus urbis, quam Novam Romam appellari voluit, quam vero et Constantinopolim vocarent, facta dedicatio est. Huic cum alia plura, tum certam summam frumenti attribuit, quæ ex Aegypto subvecta incolis quotannis distribueretur. Ex lege Theodosii Junioris intelligitur hanc summam fuisse modiorum octogies centenorum millium. Dicebat Athanasius esse rem, cujus insimularetur, quam neque facere posset. Contra Eusebius Nicomed. etiam jurejurando asseveravit, esse enim Athanasium ejus auctoritatis apud Aegyptios, ut hoc effectum dare possit. Exarsit Imperator, et omissa ulteriore investigatione, fidem habens Eusebio juranti, Athanasio imperat exilium Treviros in Gallias. Ingemuit Athanasius, et Imperatori dixit: *De te et me judicabit Dominus, quando meis calumniatoribus etiam assentiris.* Apud S. Epiphan. *Hær.* 68. S. Athanasius *Apolog.* 2. Socrates *lib.* 1. *cap.* 33. 35.

In

In locum Athanasii, acti in exilium, Alexan-
iæ Ariani alium Episcopum ponere voluerunt.
on admisit Imperator. Quod autem hi jam pri-
in Eustathium, et nunc in Athanasium ege-
nt, idem ab ipsis factum est in alios Episco-
s. *Statim atque hæresim odisse comperti sunt,*
ut verba S. Athanasii Epist. ad Solitar. *alii ob*
ficta crimina, alii nulla allata causa Impera-
riarum literarum auctoritate translati, et ab
is civitate pulsi sunt, aliosque illi eorum vice,
os impios noverunt, in ipsorum Ecclesiis con-
tuerunt. Arius autem postquam ab Jerosoly-
tano conciliabulo receptus esset ad communio-
m, Alexandriam rediit, cumque Ecclesiam in-
ire voluisset, denuo repulsam tulit. Joannes,
tem factionis Meletianæ fuisse Episcopum, sed
factione recessisse, supra demonstratum est, Se-
em Episcopalem Alexandrinam invasit. Hinc au-
ore tam Ario, quam Joanne turbæ non medio-
es excitatæ sunt Alexandriæ. Ambos Imperator
nstantinopolim evocavit. Joannem in exilium
it. Arium, postquam denuo eum percontatus
set, consentiretne decretis Nicænæ Synodi, is-
te hoc de se etiam jurejurando asseverasset,
sit Constantinopoli suscipi ad Ecclesiam, ejus-
e communionem. Alexander erat tunc Episco-
s Constantinopolitanus, quem S. Gregorius Nyss.
gnum Trinitatis propugnatorem, et præconem
edicat in Oratione de eodem Alexandro. Inten-
bant huic minas Ariani, si Arium admittere ad
lesiam renueret. Sollicitudo eum etiam inces-
rat, ne sibi vis per Imperatorem inferretur.
od in tali metu unum superat, cum Episcopo
thodoxi omnes Deum in auxilium vocant non
tum precibus, sed etiam se affligendo jejuniis.
lexander Episcopus in Ecclesia prostratus ante
alta-

altare, et effusus in lacrymas, Deum precatus est, si futurum esset, ut Arius intret in Ecclesiam, ut se servum suum, priusquam hoc fieret, eriperet ex hoc mundo, misereretur que suæ Ecclesiæ, n Ario introeunte in Ecclesiam hæresis etiam crede-retur recepta esse. Pridie ejus diei, qua Eusebia-ni Arium parabant inducere in Ecclesiam, etiam-si obniteretur quantumcunque Alexander Episco-pus, iidem Eusebiani Arium per urbem circum-duxerunt cum triumpho. Ad forum, quod Co-stantini fuit appellatum ab ejus statua porphyreti-ca, ibi statuta, Arium subitus viscerum inva dolor. Fugit ad proximam latrinam publica ubi una cum visceribus animam egessit. Cath licis affulsit serenitas, Eusebiani pudore confusi su Sozomenus *lib.* 2. *cap.* 30. refert ex Athanasio etiam Constantinum Imp. agnovisse, Dei ultio id accidisse Ario, neque sincerum fuisse, quo juravit, Nicæni Concilii decretis se obsequente esse.

Arium, velut Judam alterum luisse poen est scriptum etiam a S Gregorio Nyss. *Orat. laudibus S. Athanasii*, et a S. Ambrosio *lib. Fide ad Gratian.* fuitque hic idem sensus omni Orthodoxorum, dum fama de Arii exitio ivi celerrime non tantum per Constantinopolim, quaquaversum in omnes orbis terræ regio Multi ex ipsis Arianis perculsi isto Arii casu, ab jecto errore, redierunt ad Ecclesiam Catholica Diu postea latrina hæc, in qua Arius periit, i tento in eam digito, consueverat monstrari pr tereuntibus. Arianus quidam postea ad abolend infamiam emit locum, in quo constituta fuit h latrina, et domum in eo exstruxit. Ariani ad mam leniendan de Arii turpissima morte, qua

que

que omnes haberent, ei accidisse ultrice Dei dextra rumorem sparserunt, Arium sublatum esse maleficis eorum artibus, qui ei adversabantur. Hoc autem, quod neque tunc fidem reperit, nemine dubitante, esse tantum ab Arianis confictum, nuper Mosheim *Hist. Sec. IV. Part.* 2. *cap.* 5. resuscitavit, et æque in Catholicos contulit, quorum malis artibus sublatus sit Arius. Fidem apud Mosheimum repérit, utpote, virus captantem quod adspergeret nobis Catholicis. Henricus Valesius in Notis ad Sozomenum censuit eum, qui in latrina periit, non fuisse Arium hæresiarcham, sed quemdam alium Presbyterum Alexandrinum ejusdem nominis. At vero Socrates *lib.* 1. *cap.* 38. Sozomenus *lib.* 2. *nap.* 30. aliique Scriptores, qui hunc Arii casum retulerunt, cum nullum dubium sit, prius esse locutos de Ario hæresiarcha, ita hunc etiam casum subjunxerunt, ut ne mininum quidem indicium sit, ipsos in referendo hocce casu de alio, præterquam eodem Ario haeresiarcha locutos esse. Sed et S. Athanasius Operum Tom. I. pag. 671. perhibet, Arium, qui in latrina suum exitium repererit, eum fuisse, quem Alexander Episcopus repulit ab Ecclesia. Nam hoc factum ab eo est Ario hæresiarchæ. Aeque S. Gregorius Naz. *Orat.* 17. hunc Arium in latrina miserrima morte sublatum vocat impietatis ducem, et auctorem, ... Anno 336. exitium suum Arius reperit.

§. 62.

Annus 337. extremus vitæ Constantini
Ad eas Ecclesias, quas jam Constantinopoli multas ædificaverat, non multo ante obitum addidit adhuc unam in memoriam Apostol[...] *Quippe ipse hunc sibi locum*, ait Eusebius l[...] de Vita Constant. cap. 60. *post mortem des[...] verat, incredibili fidei alacritate prospicien[...] corpus suum communem cum Apostolis ap[...] tionem post obitum sortiretur: quo scilicet cationum, quæ in honorem Apostolorum ibi brandæ erant, etiam mortuus particeps fiere[...] pro certo sibi persvadens horum memorian[...] parum utilitatis animæ suæ esse allaturam.* festum Paschatis celebratum hoc anno lumi[...] per universam Constantinopolim ea nocte, festum antecessit sic collucentibus, cereis i[...] tis molis accensis, lumenque ejusmodi funden[...] ut nox hæc non cederet diei, *Principio q[...] inæqualis corporis intemperiés, post hæc m[...] eum invasit. Itaque ad aquas calidas civ[...] suæ* (Constantinopoleos) *progressus, inde [...] nopolim delatus fuit, urbem matris suæ n[...] appellatam* (Bithyniæ urbs hæc fuit) *ibiq[...] templo Martyrum diu commoratus, suppli[...] nes, et preces obtulit Deo. Cumque extr[...] vitæ diem sibi jam imminere sentiret, tempu[...]*

*n apud se reputasset, genu flexo; humi pro-
ibens veniam a Deo supplex poposcit, pecca-
sua confitens in ipso Martyrio; quo in loco
nuum impositionem cum solenni precatione pri-
m meruit accipere. Hinc ad suburbana Nico-
diæ digressus, convocatis Episcopis, sic ad eos
ba fecit. etc.* Duplex fuit manuum impositio:
ı, dum quis reciperetur inter Catechumenos,
ra dum is ei Catechumenorum classi adscribe-
ır, qui jam instructi sufficienter, et præpa-
essent ad suscipiendum Baptismum, dicti Com-
ntes. Hæc igitur etiam altera de Constantino
it intelligenda manuum impositio. Episcopis,
ad eum protinus venerunt, exposuit Constan-
ıs, fuisse semper in animo, baptizari in Jor-
ıe, in quo ipse etiam Christus baptizatus esset:
quoniam Deo aliter visum esset, sibique exi-
ex hac vita instaret, proinde ne cunctaren-
Baptismum ei, quam primum conferre, spon-
ı, si Deus tamen vitam ei longiorem conces-
t, eas vivendi leges sibi positurum, quæ Deo
æ sint. *Hæc cum dixisset,* ait idem Eusebius
4. de Vita Constant. cap. 72. *illi solenni ritu
nas cærimonias peregerunt, injunctisque ei,
cumque necessaria erant, Sacrorum Mysterio-
participem fecerunt. Solus igitur ex omni-
, qui unquam fuerunt, Imperatoribus Constan-
s in Christi martyriis renatus, et consumma-
est, et divino donatus Signaculo.'* Candidis-
is deinde indutus vestibus in lecto æque sic
to decubuit, nec jam posthac purpuram attin-
ı voluit. Hæc acta esse omnia die Pentecostes
rt idem Eusebius, et circa cujus diei meri-
a etiam spiritum exhalaverit. In diem vicesi-
ı, et secundam Maii incidit eo anno festum

Pentecostes. Decessit anno ætatis sexagesimo, et quinto.

Constantinum baptizatum esse Nicomediæ extremo vitæ suæ tempere etiam Socrates *lib.* 1. *cap.* 39. Sozomenus *lib.* 2. *cap.* 34. et Theodoretus *lib.* 1. *H. E. cap.* 32. memoriæ prodiderunt. Idem asserit S. Hieronymus in Chronico, cujus hæc verba sunt: *Constantinus extremo vitæ suæ tempore ab Eusebio Nicomediensi baptizatur.* Idem S. Ambrosius Orat. in funere Theodosii. *Cui licet Baptismi gratia*, sunt ejus verba de Constantino *in ultimis constituto, omnia peccata dimiserit, tamen quod primus Imperatorum credidit; et post se hæreditatem fidei Principibus dereliquit, magni meriti locum reperit.* Ariminensis quoque Synodus in epistola ad Constantium sic memorat Constantini Baptismum, ut inter hunc, et ejus translationem ex hominibus in requiem nihil interponat, cujus hæc verba sunt: *Ex quo baptizatus est, ex hominibus in requiem sibi debitam translatus est.*

In Actis Synodi Romanæ, quæ a Silvestro Papa ponitur celebrata, est, Constantinum a Silvestro baptizatum esse Romæ statim, atque veritatem Christianæ Religionis agnoverit, dicitur perductus ad hanc agnitionem, dum lepra affectus remedium medicorum consilio sibi comparare vellet ex sangvine in usum balnei puerorum occisorum, Petrus vero, et Paulus Apostoli ei apparuissent, et ab hac immanitate deterrentes locum hujus balnei Baptismum petere a Silvestro jussissent. Ex his Actis hæc narratiuncula venit etiam ad Breviarium, ejusque lectiones in secundo Nocturno in festo S. Silvestri, et dedicatione basi-

basilicæ Lateranensis: cujus veritatem vindicare conatus adhuc est etiam Baronius. Nunc jam ita hæc deserta opinio est, ut non putem jam ab ullo defendi: quandoquidem tam manifestis testimoniis, quæ sunt etiam a me producta, refellatur: Actaque illa potius Silvestri, totumque illud concilium habeantur pro fictis, et supposititiis. Horum enim falsitatem prodit ipsa etiam subscriptio, quibus Consulibus, ad designandum annum, habitum sit hoc concilium, dumque apud neminem veterum scriptorum reperire est, Constantinum esse a Silvestro Romæ baptizatum, sed eo tempore, et loco, quo demonstratum est. Sustentaculum suæ sententiæ Baronius quæsivit, Eusebio fidem adimendo, in ceteros autem omnes conferendo, quasi quod scripserant, tantum ex Eusebio inconsiderate hausissent. Anne ipse etiam Eusebius id scripsisset, cujus falsitas statim observata ab omnibus fuisset? Deinde etiamsi hoc fecisset, potuissetne imponere iis omnibus, qui eo tempore, quo Constantinus, vixerunt, aut non multo post, quales erant Ariminenses, Hieronymus, Ambrosius? Neque ex baptisterio, quod Romæ est, et Constantini baptisterium appellatur, melius probatur, Constantinum Romæ a Silvestro baptizatum esse. Vel enim ex falsis Actis Silvestri credi cœpit, hoc esse baptisterium, in quo Constantinus baptizatus sit, vel inde nomen traxit, quod sicut Ecclesiam, ita et ejus baptisterium a Constantino exstructum sit.

Constantini corpus exanime, conditum in arca aurea, Nicomedia Constantinopolim maxima funeris pompa delatum est, ut in Ecclesia Apostolorum, quemadmodum ipse voluit, tumularetur. *Innumerabilis autem populus,* ait Eusebius lib.

4. de Vita Constant. cap. 71. *una cum Sacerdotibus Dei, non sine gemitu, et lacrymis pro Imperatoris anima preces offerebant Deo, gratissimum pio Principi officium exhibentes.* Hic Basnagius in Annalib. ad a. 337. dum refert extrema vitæ Constantini, ejusque funus, et tumulationem, more suo iterum acumen sui ingenii interserit. *Moribundo Principi,* inquit, *nihil lustralis aquæ, nihil extremæ unctionis adhibitum, non viaticum ipsi quoque allatum:* neque hoc prætermissuros auctores, qui de Constantino scripserunt, prout neque ii memorare ista omiserint de Carolo M. qui ejus vitam, et res gestas literis mandarunt. Pergit deinde ulterius cavillando, et quærit, quo spiritus Constantini iverit, postquam hunc efflavisset, anne in flammas expiatorias? respondetque sibi: *Non profecto, si Eusebio credimus, atque Idacio;* quorum alter scripserit, animam Constantini Deo in morte copulatam esse, alter ad regna cælestia translatam.

Lustralis aqua, quæ nunc a nobis adhibetur tam in funeribus, quam alibi, est cærimonia perinde, atque lumina, quæ tamen circum corpus Constantini in aureis candelabris accensa quam plurima auctore eodem Eusebio neque ipse carpit Basnagius. An vero jam tum in usu hæc lustralis aqua fuerit in funeribus, siquidem nemo ignoret, cærimonias tantum sensim inductas in Ecclesiam ad Religionis partim decorem, partim pietatis per eas excitationem, hic nihil attinet disputare: neque etiamsi jam in usu fuisset, Scriptoris erat hanc memorare, cui propositum fuerit non funeris cærimonias usitatas, jamque alioquin notas recensere, sed solum funeris, et exequiarum magnificentiam, quæ erga Constantinum singularis fuit, descri-

bere. De Unctione vero extrema, et de
o, quid sibi vult Basnagius? Istane etiam
it cavillari, quæ instituta a Christo, et tra-
cclesiæ per Apostolos perhibent. ipsæ Sacræ
? Aut superstitiosumne, atque novum ha-
, Eucharistiam præbere moribundo, quam.
us pro omnibus instituit? et quod nobis
ıtum est vitæ æternæ, roburque tribuit ad
obtinendam, is ridebit, quod in extremo
etiam spiritu, temporeque tam necessario,
lo divinæ gratiæ viribus indigemus quam
ıe, cum morte conflictaturi, eadem Eucha-
utamur?

ed expiatorias nullas flammas habent Euse-
et Idacius, ad quas Constantinus iverit.
etiam nos crederemus, has expiatorias pœ-
ıro omnibus post mortem esse. Non hoc
ıuod credimus, sed cum S. Augustino *Serm.*
: *Verb. Apostoli* etiam injuriam existima-
pro Martyribus orare, quorum orationibus
ebemus commendari. Quare, si Eusebius, et
ıs credidit, Constantinum sic decessisse, ut
ecum ferret, quod esset ei adhuc post mor-
xpiandum; non erat etiam, cur flammas ex-
ias, quasi in quas ei eundum fuisset, de-
ınt memorare. Atque sic de omni, qui pie
pieque mortuus est, credimus. Quia ta-
hoc nobis certum non est, ideo etiam pro
s vita functis preces offerimus, et oblationes
acimus, quemadmodum pro Constantino quo-
teste Eusebio, factum est. Et numquid Bas-
s has expiatorias flammas non etiam apud
ıium potuisset videre? dum hic docet a po-
innumerabili, qui fuit in exequiis, atque a
dotibus esse oblatas preces pro anima Con-
stan-

stantini, ipsumque Constantinum ideo voluis Ecclesia Apostolorum sepeliri, ut *Precatic quæ in honorem Apostolorum ibi celebrandæ e particeps fieret, pro certo sibi persvadentem rum memoriam non parum utilitatis animæ esse allaturam.* Quærit is effugium dicendo, preces, et oblationes, quæ consveverint fieri mortuis, tantummodo pertinuisse ad testa vivorum cum mortuis communionem, ut quæ juxta S. Cyprianum fierent, etiam dun lebraretur Martyrum memoria. Huc videlicet tantum sua sentiendi propria libidine vult v has preces, atque oblationes. At vero non i dicit Eusebius, verum sibi Constantinum pro c persvasisse, memoriam Apostolorum, quæ p bus, atque oblationibus esset celebrata, et c non parum utilitatis animæ suæ allaturam. enim communionis testificatio quid habet uti tis erga mortuum? quem iste fructum hinc cipit, cui juxta Basnagium nihil opitulantur ces, et oblationes? Etiam vero ex S. Augu poterat intelligere, quæ Ecclesiæ jam olim m atque sensus fuerit in precibus, atque obl nibus pro defunctis, et quem in finem hæ f *Cum sacrificia*, sunt ejus verba Enchiridii cap. *sive Altaris, sive quarumcumque eleemosyna pro baptizatis defunctis omnibus offeruntur; valde bonis gratiarum actiones sunt; pro valde malis propitiationes sunt; pro valde m etsi nulla sunt adjumenta mortuorum, qualesc que consolationes vivorum sunt.*

Constantini in Christianam Religionem m fuerunt merita. Per eum enim hujus prof non tantum libertatem adepta est in uni Romano imperio, sed hanc is evexit ad

mu

mum etiam externum splendorem. In controversias autem Religionis cum se ulterius immisisset, quam debuisset; Athanasii, aliorumque sanctissimorum Episcoporum secuta sunt exilia, dumque in horum locum alii positi essent perversissimi homines, ingentia pertulit Religio detrimenta. Deceptus vero est per homines improbos, et versipelles, qui specie probitatis, atque ejus, quæ Catholicæ Ecclesiæ est, simulatione fidei, fucum ei fecerunt, quorum e numero Eusebius Nicomediensis, vel maxime fuit. Quibus facile credendo, atque hominibus, quorum nequitiam jam erat expertus, novorum judiciorum identidem præbendo facultatem, id, quod fecit et erga Donatistas, et erga Arianos, atque ista ratione sectæ hæ ulteriores semper vires concepissent, sua hac facilitate Religioni non modice nocuit. S. Hieronymus *in Chronico* Constantinum, quod ab Eusebio Nicomediensi Baptismum susceperit, etiam in Arii dogma declinasse scribit: eodemque hoc nomine accusatur ab Lucifero Calaritano *lib.* 1. *ad Constantinum Imp.* a Severo Sulpitio, pluribusque aliis. Tam vero Eusebius, quam ceteri Ariani, quin et ipse Arius, hæresim occultarunt, quam in mente, et animo gerebant, seque simulabant credere, quæ per Concilium Nicænum erant definita, tantumque post Constantini obitum, Constantino in suas partes pertracto, larvam deposuerunt. Rectam, et orthodoxam Constantini fidem laudat etiam Synodus Ariminensis in epistola ad Constantium, nec non Ephesina in epistola ad Theodosium, et Valentinianum Imperatores.

§. 63.

§. 63.

Divisio Imperii post mortem Constantini inter tres ejus filios. De donatione, quae a Constantino M. Romano Pontifici facta credebatur.

Imperium ipse Constantinus, dum adhuc viveret, divisit inter tres filios suos Constantinum, Constantium, et Constantem, Cæsaresque creaverat. Simul vero atque ejus obitus fama perlata ad provincias est, iidem ab exercitibus Augusti acclamati sunt, cum quo nomine potestas summi imperii copulata fuit. Constantino natu maximo data fuit Gallia, Hispania, Britannia cum parte Africæ; Constantio Thracia, Asia, Oriens, et Aegyptus; Constanti pars altera Africæ, Italia, Illyricum, Græcia, Macedonia cum his, quæ Ponto Euxino adjacent. *Euseb. l. 4. de Vita Constant. cap.* 51. 68. *Victor Epitome. Idaoius in Fastis.*

De Romà, et Italiæ quibusdam provinciis Silvestro Rom. Pont. ab Constantino M. donatis nec apud Eusebium, nec apud alium ullum veterem scriptorem quidquam reperire est. Quæ res tanta, tamque insignis vix consepulta silentio ab omnibus fuisset. Diploma tamen donationis hujus factæ Silvestro a Constantino habetur etiam in Mansiana Conciliorum collectione Tom. II. pag. 444. Sed quod ipse etiam Baronius, quamvis stet pro hac donatione, habet fictum, et suppositium. Dicitur enim datum Constantino Augusto quartum, et Gallicano Coss. quod prodit falsitatem. Siquidem Constantini in quarto consulatu non Gallicanus, verum Licinius fuerit collega a. 315. post Christum natum. Tale est etiam illud, quod Romano Pontifici decernatur in eo Prima-

tus

; supra Sedes quatuor Patriarchales, Alexandri-
m, Antiochenam, Jerosolymitanam, et Con-
ntinopolitanam. Sedes enim Jerosolymitana
itum in Nicæno Concilio a. 325. evecta ad Pa-
archalem dignitatem est: sed neque Episcopus
nstantinopolitanus quidquam adhuc Patriarcha-
auctoritatis tunc habuit, qui neque Constanti-
politanus in diplomate hoc vocari potuit; quan-
eo tempore, quo datum ponitur, urbi, quæ
nstantinopolis, vel Nova Roma postea appella-
fuit, nomen Byzantium fuerit. Idem refellitur
is etiam argumentis. Nam Constantius supera-
Magnentio triumphum egit Romæ teste Mar-
lino *in Chronico.* Triumphum enim nemo Im-
atorum agit in alia, quam suæ ditionis urbe.
Gregorius M. *lib.* 2. *epist.* 62. ad Mauritium
p. *Ego*, inquit, *jussioni subjectus eamdem le-*
n per diversas terrarum partes transmitti fe-
Nisi enim Romam Imperator Mauritius in
ditione habuisset, ibine jubendi potestatem
uisset, et Gregoriusne Romanus Pontifex ejus
sioni se subjectum dixisset, atque legem ab
constitutam per diversas terrarum partes
nsmitti fecisset: quam nequidem probaverat,
d per eam milites prohibiti essent monachi-
i, seque Dei servitio totos mancipare, ad quam
ocandam Mauritium dehortatus erat? Perinde
itho Papa in Epistola ad Constantinum Pogo-
im Romam vocat Imperii servilem urbem.
itto cetera, quæ adhuc possent proferri testi-
nia, vel exempla: quandoquidem hæc senten-
jam deserta ab omnibus, non requirat, cur
a labor refutationis capiatur, et falsum etiam
Constantinum Romæ a Silvestro baptizatum
: id, quod jam demonstratum est: huic vero
tizationi superstructa sit etiam donatio, utpo-
te

te quae facta crederetur a Constantino, dum esset Romae baptizatus a Silvestro, ut quasi isto suo dono remuneraretur Baptismi donum. Quis artifex, et confector fuerit hujus diplomatis, non constat. Qui Isidorum Mercatorem habent pro compositore falsarum Decretalium, etiam istud diploma in eum conferunt. Quod non ita esse, ostendi in mea Dissert. XII. in Selecta argum. Hist. Eccl. Patrimonium vero S. Petri ad Pipinum, et Carolum M. referendum est, ut suo adhuc loco declarabitur, qui post liberatam a Longobardorum vexatione Italiam Romanae Ecclesiae hoc muneri obtulerunt.

§. 64.

Arianismus novas accipit vires. Redit ab exilio Athanasius. Arianorum in hunc iteratae machinationes. Pistus pseudo-episcopus Alexandrinus.

Mortuo Constantino *Eusebius Nicomediensis et Theognis Nicaenus opportunum se tempus nactos esse arbitrati, omni studio in id incubuerunt, ut Consubstantialis fidem exturbarent, ejusque loco opinionem Arii introducerent*, ait Socrates l. 2. c. 2. Usi sunt huc opera illius Presbyteri, per quem et reditum Arius obtinuit a Constantino ex exilio, cujus fidei etiam testamentum moriens concredidit, ut traderet Constantio. Facile se insinuavit in animum etiam Constantii, qui apud patrem eo fuerit loco, ut ei maximam haberet fidem. Hujus igitur fretus benevolentia primum inter aulicos disputationes excitavit, et non tantum horum plurimos, verum ipsam etiam

In-

peratricem ad Arianismum pertraxit. Ex aula urbem hinc ultra quaqua versum serpsit diitandi pruritus, ut brevi pervaserit omnes Oritis provincias. Etiam ipsum Constantium decepersvadendo, nullam esse de re, sed solumdo de nomine. Consubstantialis inter partes, æ disputarent, controversiam.

Constantinus, cui ex divisione Imperii obveat Gallia, comperta Athanasii innocentia, feper literas apud Constantium fratrem, ut conserit ad reditum ab exilio ei concedendum. An- duos, et menses quatuor duravit Treviris in lia ejus exilium. Idem ejusdem Constantini ra tributum est aliis quoque Episcopis, qui lis Arianorum artibus acti erant in exilium. mebant Ariani, et qua ratione Athanasium sent denuo evertere, consilia agitabant. Ita- Alexandriæ rixas, et turbas excitant tales, ut m cædes fierent: dantque literas non tantum Constantium, verum etiam ad duos alios Imatores, omnemque causam illorum tumultuum, ue cædium conferunt in Athanasium. Eidem et d crimini vertunt, quod sententia Concilii deitus ab Episcopatu, Tyrium hoc Concilium inexerant, sine novi concilii decreto per seipsum reip-isset Episcopatum: addunt demum calumniofrumentum, quod Imperatoris munificentia assignatum pauperibus, vendidisse, ejusque tium intervertisse. Episcopi Aegypti miserunt sdam ad Constantium, qui ei ita clare demonrunt, falsa esse, de quibus accusaretur Athaius, ut rejecti ab eo delatores sint. Tamen ebius Nicomediensis, qui istius etiam nequiin Athanasium artifex præcipuus fuit, voluit uc videri assertor Canonum in Athanasio, qui

con-

contra Canones non tantum ex Berythensi Ep scopatu se se intruserat ad Episcopatum Nicom diensem; sed mortuo Alexandro, Episcopo Co stantinopolitano, cujus jam fecimus mentione invasit hunc quoque Episcopatum, exturb etiam Paulo sanctissimo Episcopo, qui in A xandri locum jam erat electus, et consecrat Nam Concilii Nicæni canone 15. prohibita Episcopis e sedibus, quas jam tenerent, ad a sedes transitio.

Nondum a morte Constantini M. interce triennium, orta est simultas inter Constantin et Constantem propter aliquas Italiæ, et Afri partes: cumque deventum etiam ad arma es Constantinus in prælio ad Aquilejam cecidit. Pr vinciæ, quæ erant in ditione Constantini, om ad Constantem transierunt. In Constantino p tronum; et defensorem suum amisit Athanasi Eo vero magis Arianis crevit audacia. Eusebi jam nunc Episcopus Constantinopolitanus, su ponens fiduciam in Constantio, Pistum Presby rum Alexandrinum, quem Alexander Episcop Athanasii antecessor in Episcopatu, gradu moverat propter consensionem cum Ario, po quam a Secundo Episcopo Ptolemaidis cura ordinandum, misit Alexandriam pro Episcop Quo cum venisset, cum iis, qui Arii dogm addicti erant, conventus celebrabat, seque ge bat ut Episcopum. Idem legatos Romam ad J lium Papam misit, communionisque ab eo test petiit literas. Athanasius quoque legatos suos m sit ad eumdem Julium Papam. Constituit Juli utriusque partis legatos simul audire, quo fac lius cerni posset, quæ pars haberet verum. I sti vero legati coram legatis Athanasii suæ cau

dif-

identes, clam se Roma subduxerunt. Athanasius postea celebravit Synodum centum fere Episcoporum ex universa Aegypto, Libya, et Pentapoli, qua vindicata est innocentia Athanasii, deque testes literæ missæ sunt ad Julium Papam, omnesque Orthodoxos Episcopos, et exposita sunt, quæ Ariani, summa malignitate adversus Athanasium egerunt. *S. Athanasius Apolog.* 2.

Antiochiæ Constantinus M. struere cœperat Ecclesiam, quæ tam auro rutilans, et splendida erat, ut dicta sit Ecclesia aurea. Hanc perfecit Constantius. Dedicationis prætextu hujus Ecclesiæ, *reipsa vero, ut Consubstantialis fidem everteret* sunt verba Socratis l. 2. c. 8. Eusebius Nicomediensis iterum adornavit synodum a. quæ a loco hoc, ubi habita est, appellata Antiochena. Ex Episcopis, juxta S. Athanasium *lib. de Synod.* nonaginta, juxta S. Hilarium *de Synod.* et Sozomenum l. 3. c. 7. septem, et naginta constitit, eique interfuit et Constantius. Fuerunt quidem in hoc Episcoporum numero aliqui etiam Catholici, sed pauci, qui Arianis numero prævalentibus, resistere non potuerunt. Arianis vero duo erant, quæ sibi habebant proposita, pro Nicæno aliud symbolum condere, et Athanasio abrogare Episcopatum. Sub specie, qua jam Constantium deceperant, nihil se velle in fide innovare, sed tantum illud removere, quod obstaret concordiæ, nec in re, solo nomine positum, protulerunt novum symbolum a se compositum, in quo suppressum fuit, Filium esse consubstantialem Patri, profitentes de cetero, sibi fidem esse, quæ fuerit ab initio, nec Arii se sectatores esse. Quomodo enim, aiebant, Episcopi Presbyterum sibi ponerent, quem

quem sequantur. Attamen iidem, quamvis ja-ctassent, fidem se tenere, quæ fuit fides Eccle-siæ, ab initio tamen in hoc eodem concilio aliud adhuc symbolum confecerunt, ad illud prius, ut ipsi dicebant, emendandum. Tertium quoque Sym-bolum cum obtulisset Theophronius Tyanensis Epi-scopus, istud quoque approbaverunt.

Post hæc nova symbola canones constituerunt viginti quinque, tali artificio, ut quasi aliud agentes res nonnisi spectaret ad Athanasium op-primendum. Canonem condiderunt, Episcopum non posse manere Episcopum, si per concilium depositus ex Episcopatu hunc resumpsisset, nul fultus alterius concilii decreto. Statimque hoc in Athanasium vérterunt. Etiam illas suas priores næenias de fracto Ischyræ calice, de Arsenio in-terfecto, de frumento, quo defraudati per Atha-nasium pauperes sint, recoxerunt, et in argu-mentum sumpserunt, cur Athanasio abrogasse Episcopatum. Hunc deinde deferunt Eusebi Emisseno, quem S. Hieronymus in Chronico, Catalogo Scriptorum signiferum vocat factio Arianæ. Noluit se objicere illis turbis, quas vi Alexandriæ excitatum iri, Episcopo introdu novo. Itaque Gregorium quemdam e Cappado oriundum, hominem summa audacia, et ad om facinus paratissimum, Episcopum ordinant, Ale-xandriamque mittunt cum literis, a Constanti Imp. ad Philagrium, qui præerat Aegypto, c mandato, ut Gregorium ad Episcopatum milit adhibita vi imponeret.

Dum igitur Gregorius Alexandriam deduc retur, stipatus erat caterva militum cujus duct erat Philagrius, insuper coacta fuit turba ex h bul-

ilcis, opilionibus et forensi vulgo, licentiosisne juvenibus, imo etiam ex Judæis, et ethnicis, cclesiam S. Quirini occupaturus erat. Hanc itane alii gladiis, alii fustibus armati invadunt, itholicos, quos in ea reperiunt, in terram proernunt, pedibus conculcant, trucidant vel contus fustibus ad carceres raptant, ipsas etiam feinas per crines ad tribunal Philagrii trahunt, rum bona, quos ita attraxerunt, fisco addintur, ipsi, qui erant attracti, in exilium ejiintur, ea solummodo de causa, quod Gregoım recipere Episcopum ab Imperatore mism, noluissent. Ethnici, et Judæi Ecclesiam inessi libros, quos repererunt sacros, combussent, supra sacrosanctam mensam aves, et nuces neas sacrificarunt deos suos laudantes, convitia item in Christum jactantes, neque tantum vocius, verum etiam gestibus, et actionibus, quas summam obscoenitatem inverecundum foret cere, illudentes. His autem pro navata opera occupanda hac Ecclesia Gregorius alias etiam clesias diripiendas dedit. Eadem Arianorum ipulsu facta sunt per Philagrium in reliqua Aepto. Episcopi flagellabantur, acerbisque vincu constricti abripiebantur, qui se Gregorio nolıt subjicere. Serapammon Confessor in exilium tus est. Potamon, et ipse Confessor ita plagis in rvicem affectus est, ut non prius ejus percusres cessarent a percutiendo, quam mortuum credissent: qui quamvis spirans adhuc deinde rertus sit, tamen paulo post ex illis plagis morus est cum gloria iterati martyrii. Postquam ista tione Gregorius Episcopatum occupasset, datæ nt literæ ad Imperatorem totius civitatis nomi, testantes summam gratulationem de dato sibi piscopo Gregorio, et criminationum plenæ in

Athan-

Athanasium, ut hunc Imperator non solum exilio, verum etiam mille mortibus dignum deberet habere: quibus tamen literis non alii erant subscripti, quam Gentiles. *S. Athanasius Epist. ad Orthodox. et Solitar.*

§. 65.

Athanasius quomodo evaserit discrimen. Romam pergit vocatus ab Julio Papa. Eo veniunt alii quoque Episcopi, vim ab Arianis perpessi. Romam ab Julio evocantur et Eusebiani. Horum iteratum conciliabulum Antiochiæ. Basnagii argutiæ adversus Eusebianorum evocationem ab Julio Papa.

Athanasius videns illum apparatum, cum quo Gregorius Alexandriam deductus est, se abdidit: neque mortem evasisset, si se ostendisset, sequ tenuit in occulto, donec ab Julio Papa auditis iis, quæ erant Alexandriæ, et in Aegypto acta, Romam per literas vocatus esset. Nam vocatum ab Julio ivisse Romam, constat ex epistola ipsius Julii apud Athanasium in Apologia. *Neque enim sponte*, sunt verba Julii, *sed literis nostris ad judicium vocatus*, *comparuit*. Eodem proficiscuntur Paulus Episcopus Constantinopolitanus, Marcellus Ancyranus, pluresque alii Episcopi, suis sedibus iniquissime exturbati ab Eusebianis. Ad Julium scribunt etiam Eusebiani, suasque deferunt calumnias, a se compositas adversus Athanasium. *Is vero*, ait Theodoretus l. 2. H. E. c. 4. Ecclesiasticam legem *secutus*, *et ipsos Romam venire jussit*, *et Athanasium ad dicendam causam evocavit. Et Athanasius quidem citationi obtemperans statim iter arripuit; ii vero*, qui *fabulam composuerunt, Romam venire noluerunt*;

eo

*quod mendacium facile deprehensum iri cerne-
rit.* Etiam Gregorius pseudo-episcopus Alexan-
inus Carponem quemdam Romam ad Julium
sit, quemadmodum est scriptum in ejusdem
lii epistola, atque ab hoc communionis expetiit
ras, sed quem is nequidem in conspectum su-
admisit. Eusebianos, postquam Julius annum,
menses sex exspectasset, et non solum hi non
issent, verum etiam Elpidium, et Philoxennm,
sbyteros, qui erant missi cum literis ad eos
mam evocandos, violenter detinuissent, non
ra moratus Concilium Romæ celebravit Episco-
rum quinquaginta. Cumque singulorum causas,
hanasii, et ceterorum Episcoporum, qui vexati
Eusebianis Romam confugerant, expendisset,
nesque in Nicænæ fidei doctrinam consentien-
reperisset, tamquam idem secum sentientes in
mmunionem recepit: et quoniam propter Sedis
nitatem, sunt verba Sozomeni l. 3. c. 8. omni-
cura ad ipsum spectabat, suam cuique Eccle-
m restituit.

Hæc sententia cum ab Julio missa in Orien-
a ad Eusebianos esset, hique eam accepissent,
m denuo conciliabulum Antiochiæ instituerunt,
ue hinc Julio rescripserunt: *Non debere ab
o discuti, si quos ipsi Ecclesiis suis expellere
uissent. Neque enim se contradixisse tunc, cum
vatus Ecclesia ejectus esset.* Apud Socrat. l.
c. 15. Jactarunt etiam procacissime, se ab illi-
communione recessuros, nisi ratum habuisset,
od ab ipsis actum in Athanasium, aliosque Epi-
pos est. Non tulit hanc illorum insolentiam Ju-
, literisque denuo datis arguit male egisse, eo
od contra Canones ipsum ad Synodum non vo-
sent, *Cum Ecclesiastica regula interdictum sit,*

Hoc vero, quod tam fidenter Julius as
vit de sua supra omnes Ecclesias, earumqu
scopos auctoritate, non æquis oculis adspic
qui neque ejus Primatum ferre volunt. B
us rimam sibi quærens, per quam ex a
elabi possit, in Annalib. Sorbonicos aliqu
fuisse, qui senserint, in hoc more allegan
absque Romano Pontifice quidquam decern
Julium errasse. Suam vero tantum persona
nagius his Sorbonicis imposuit, quorum ta
Catholicorum contra Catholicos sententia
dei reperiret, quam si tantummodo, ut
protulisset. Nam cur istos Sorbonicos non
nat? non etiam verba eorum, et testimon
fert? Ipsi etiam Sorbonici non aliter fide
rent, quam si sententiam suam idoneis
mentis demonstrassent. Episcopi Sardicens
cilii apud S. Athanasium *Apolog.* 2. in
Synodica dicunt, Eusebianos sua crimin
recensent, magis gravasse per id, quod c
Julio ad Concilium, non paruerint. Si au
citandi hos Julio nullum fuisset, suane
gravassent non parendo? Igitur assertione
Sardicensis Concilii jus hoc habuit Julius,
in istius juris more allegando erravit. Bas
videns arcem, ad quam se recepit, non

*t Julium excusandi, nempe ipsum de oecumeni-
ı Synodo verba fecisse. Consentaneum quippe
isset oecumenicæ synodo celebrandæ ad Ponti-
em scribi Romanum.* Et quo pacto Basnagius
btest id, quod Julius reprehendit in Eusebianis,
ahere ad oecumenicam Synodum, quasi quam
i ausi sint celebrare absque Romano Pontifice:
uando tam manifestum est, ipsum loqui de An-
ochena Synodo, in qua Eusebiani ex Episcopa-
dejecerunt Athanasium, Gregoriumque in ejus
um immiserunt, quam nemo adhuc dixit fuis-
oecumenicam Synodum? Is vero oblitus etiam
, quid prius in Annalibus ad a. 325. de convo-
tione Nicæni Concilii asseruerit, jus istius con-
candi ita pertinuisse ad Imperatorem, ut Silve-
, qui tunc Romanus Pontifex fuit, nullus ac-
dere consensus debuerit. Sed neque de Syno-
 etiam aliis id, quod Julius scripsit, aliter in-
ligendum est, quam quod si de Episcopo depo-
ndo, judicium factum esset; hoc in suspenso
nere debeat, donec, appellatione interposita,
sa ad Romanum Pontificem delata, et dijudica-
sit: quemadmodum hoc nunc in Sardicensis
ncilii canone tertio, et quarto est: quos vero,
et ceteros Canones, qui Sardicenses dicuntur,
 Sardicenses, sed Nicænos esse, adhuc post-
declarabitur.

§. 66.

Synodus celebratur Sardicensis. Canones vig qui hujus Synodi feruntur, sintne reip hac conditi. Jus appellandi ad Romanum tificem suamne originem a Sardicensi Co sumpserit.

Literis, quas Julius post Concilium I habitum dederat ad Eusebianos, nihil etiam fectum est. Et quid sperari ab his poterat quæ egerunt summa malitia, fecerint omnia sulto, et obstinate. Itaque Julius auxilii p causa Religionis in Oriente afflictissimis rebus se ad Constantem Imperatorem. Hic scrip Constantium fratrem de Athanasio, ceterisqu soopis, quos Concilium Romæ habitum jud rat, innocentes esse, ad suas Sedes repon Sed neque his literis quidquam effectum est. stantem adeunt ipse Athanasius, et Paulus stantinopolitanus, demonstrant, non alian adversariis fuisse causam, cur se expulsos su dibus habere voluerint, quam ut fidem p evertere orthodoxam, orant, ut fiat Imperat concessu generale concilium. Iterum hac de Constans ad Constantium scribit; cumque is que consensisset, Sardicam urbem sitam in cia, vel secundum alios in Illyrico, dum in hujus terminis omnes conveniunt, indicitu cilium in sequentem annum, qui fuit a C nato 347.

Convenerunt Episcopi centum, et septv e provinciis amplius triginta, testimonio A sii *Epist. ad Solitarios.* Socrates l. 2. c. 2(dicit affuisse ex solo Occidente Episcopos

, ex Oriente sex, et septvaginta; cum iis, qui erant in Concilio, eos etiam miscuit Episcopos, orum alii absentes per literas suffragati sunt hanasio, alii Actis Concilii subscripserunt post ncilium, itidem non præsentes. Stiterunt se ncilio Athanasius, Marcellus Ancyranus, Alepas Gazæ Episcopus ex iis, qui expulsi suis sebus erant Episcopi; alii tenti in exilio alios pro ablegarunt ad hoc Concilium, aliorum jam vifunctorum in exilio, vel per Arianos interfectom venerunt cognati. Aderant Episcopi catenas, vincula exhibentes, quibus constricti fuerint, l cicatrices ex vulneribus sibi inflictis ostendeht, alii fame, et siti se excruciatos per Arianos tabantur. Integræ quoque Ecclesiæ miserant letos cum querimoniis de incendiis, quibus sae ædes consumptæ, aliisque intolerabilibus ma-, quæ ab iisdem Arianis pertulerint.

Episcopi factionis Arianæ octoginta venerunt dicam, succincti paedagogis, et advocatis, et soniano Comite, et Hesychio Castrensi, ut est ad Athanasium *Epist. ad Solitar.* magna cum fidentia, quod sperarent, horum præsidio omnia versaturos in Concilio juxta suam voluntatem. dagogi minus congrue ii tunc aulici dicebantur, orum consiliis, et ductu Imperator pleraque ret. Castrensis is vocabatur, qui Principi erat obsequio cubiculi, vestium atque eorum, quæ rtinerent ad mensam. At vero cum vidissent hanasium adesse, aliosque Episcopos, quos afflirunt, totque accusatores suos, et testes adverm se, futurumque judicium per Episcopos, non r eos aulicos, quos secum adduxerant, de spe a deciderunt, primoque consilia agitarunt, quid ere deberent, ne convicti de criminibus coram con-

condemnarentur; deinde commenti se ab I
tore per literas vocatos esse ad ejus victori
lebrandam, de Persis relatam, se subdu
et non Constantinopolim, ut præseferebant
catos esse, sed Philippopolim urbem ejusdem
ciæ inter quam, et Sardicam solummodo m
terjectus esset, discesserunt.

Actum deinde Concilium est, et exa
Athanasii, omniumque Episcoporum, qui
suis Episcopatibus erant per Eusebianos,
tum est, hos *puros*, *omnisque criminis ex*
contra vero illorum adversarios, *Sycoph*
facinorosos, et quidvis potius, quam Chri
esse. Sunt verba S. Athanasii Epist. ad S
Vocabulo Sycophantæ Græci utuntur ad de
dum calumniatorem. Anathema deinde
concilium intorsit, qui principes Arianæ fa
erant, videlicet in Theodorum Heracleæ I
pum, Narcissum Nerodiadis, Acacium Ca
in Palæstina, Stephanum Antiochiæ, Men
tium Ephesi, Georgium Laodiciæ, Ursaciu
gidonis, et Valentem Mursæ Episcopum.
minem vero cum majore detestatione hoc
tum fulmen anathematis est, quam in Greg
pseudoepiscopum Alexandrinum. Eusebius
mediensis jam fuit mortuus a. 342. nec Eu
Caesareensis jam superstes erat. Anno 34
cessit.

Socrates l. 3. c. 12. dicit, conscriptionem
fidei, prolixiorem Nicæna, esse ab hoc Sa
si Concilio factam. Hujus conscriptionis r
si intelligitur tantum expositio plenior, S
ræque testimoniis confirmatio dogmatis de
eademque substantia Dei Patris, et Dei Fil

im hoc erit. Hoc enim factum est in epistola ynodica, missa ad omnes Episcopos. Sin autem itelligatur Symbolum fidei, distinctum a Nicæno, lsum. Hoc enim negat esse factum ipse etiam . Athanasius *Tom. I. Opp. pag.* 777. quo nemo iculentior, et certior testis esse potest. Præter anc omnibus Episcopis inscriptam epistolam, al- :ra speciatim ad Alexandrinam Ecclesiam totius ynodi nomine missa est, tertia ad Imperatores, uarta ad Julium Papam. Præter eam, quæ ad nperatores missa est, ceteræ supersunt omnes ı Collectionibus Conciliorum, et etiam apud anctum Athanasium. In epistola ad Julium Pa- am sic loquuntur Patres istius Concilii: *Hoc nim*, inquiunt, *optimum, et valde congruen- issimum esse videbitur, si ad Caput, id est, d Petri Apostoli Sedem de singulis quibus- umque provinciis Domini referant Sacerdotes.* Iorem referendi causas majores ad Apostolicam . Petri Sedem ex universa Ecclesia ego asserui, omano Pontifici competere ex jure Primatus, si- i divinitus collati Dissertationis meae IX. §. 4. in electa argumenta Hist. Eccl. adversus Febronia- os, qui hoc volunt tantum inde accessisse Roma- o Pontifici, quod Episcopi in causis difficiliori- us sponte sua recurrerint ad hunc: is vero hunc bi etiam recursum assumpserit, quasi jure ad se ertinentem, et quem in hoc Isidorianæ Decre- ıles adjuverint; quas æque nonnisi confictas ad Romani Pontificis potestatem attollendam jactitant, t supposititias iidem Febroniani. Etiam vero e his egi ejusdem Opusculi mei Dissertat. XII.

In Collectionibus Conciliorum vulgo omnibus emparent Canones viginti, quasi in hoc Sardi- ensi Concilio constituti. Est vero in epistola, quam

a Synodo missam ad Julium Papam, jam est dictum, disertissime scriptum: *Tria fuerunt, quæ tractanda erant. Nam et ipsi religiosissimi Imperatores permiserunt, ut de integro universa discussa disputarentur, et ante omnia de sancta fide, et de integritate veritatis, quam violaverunt* (Episcopi factionis Eusebianæ) *secunda de personis, quas dicebant esse dejectas, ut si potuissent probare, justa fieret confirmatio; tertia vero quæstio, quæ vere quæstio appellanda est, quod graves, et acerbas injurias, intolerabiles etiam, et nefarias contumelias Ecclesiis fecissent, cum raperent Episcopos, Presbyteros, Diaconos, et omnes Clericos in exilium mitterent, ad deserta loca transducerent, fame, siti, nuditate, et omni egestate necarent.* Manifestum igitur est, istos viginti Canones non esse in hoc Sardicensi Concilio conditos. Idem autem et hinc fit evidens. Inter hos Canones vulgo Sardicenses creditos, tertius est iste: *Quod si aliquis Episcopus judicatus fuerit in aliqua causa, et putat se bonam causam habere, ut iterum judicium renovetur, si vobis placet, Sancti Petri Apostoli memoriam honoremus, ut scribatur ab his, qui causam examinarunt, Julio Romano Episcopo, et si judicaverit, renovandum esse judicium, renovetur, et det judices. Si autem probaverit, talem causam esse, ut non refricentur ea, quæ acta sunt, quæ decreverit, confirmata erunt.* Nam quod in hoc canone est, velut statutum a Nicæno Concilio, allegatum est non tantum a Pontificibus Romanis, Zosimo, Bonifacio, Caelestino, pluribusque aliis, qui post Sardicense Concilium Pontificatum gesserunt, sed jam ab Julio Papa etiam adversus eos Episcopos, qui Antiochiæ in concilio suo Athanasium ex Sede Episcopali dejecerant ante

te Sardicense hoc Coucilium: siquidem istud annis quinque posterius sit Antiocheno. Culpans enim eos, quod Athanasium ex Episcopatu deposuissent tantummodo per seipsos, et non communicato secum prius suo judicio, quod de Athanasio fecerant, *Quod si*, inquit, *istiusmodi consvetudo olim fuit, ejusque memoria renovata est, et scripto prodita in Magna synodo, eamque apud vos valere non sinitis, rem profecto indecoram facitis. Morem enim, qui semel in Ecclesia obtinuit, et a Synodo confirmatus est, iniquum est a paucis abrogari.* Idem confirmatur etiam antiquis Mss. in quibus testimonio Fratrum Balleriniorum de Antiq. Collect. Part. II. cap. 1: hi Sardicenses Canones conjunctim, unoque tenore cum Canonibus Nicæni Concilii descripti cernuntur, et in quibus subscriptio nominum Osii Cordubensis, Viti, et Vincentii Presbyterorum, qui Silvestri fuerunt legati in Nicæno Concilio, nonisi etiam post hos, qui Sardicenses dicuntur Canones, apposita est. Quae causa sit hujus rei et qui manus injecerint non tantum ad disturbandos Canones Nicænos, verum etiam mutilandos, vitiandos, vel etiam penitus tollendos, est jam supra indicatum pho 57. plenius vero etiam demonstratum Dissertationis meæ VII. in Sel. argum. Hist. Eccl. §. 2. Est et illa hic observatio. Canone hoc eodem tertio, qui Sardicensis dicitur, jus assertum Episcopo est appellandi ad Romanum Pontificem ab judicio aliorum Episcoporum, in quo fuit condemnatus. Ex Julii Papæ ad Orientales epistola, quæque exstat apud S. Athanasium in Apolog. 2. constat, hoc non esse sancitum a Sardicensi, verum Concilio Nicæno, neque ut hoc appellandi jus tantum in Concilio Nicæno coeperit, sed a quo dummodo antiqua consvetudo istius appellationis

nis confirmata sit. Hinc igitur evidens est, jam ante Concilium Nicænum jus istud appellandi, viguisse, proindeque hallucinari eos Juris Ecclesiastici Doctores, sunt autem Febroniani, et quidam jam etiam ante Febronium, qui istius appellationis originem a Sardicensi Concilio repetunt. Dissertationis meæ IX. in Sel. argum. Hist. Eccl. §. 5. est hoc argumentum de Appellatione accuratius explicatum. Eodem loco demonstratum etiam est, S. Athanasium quoque appellasse ad Romanum Pontificem ab Episcopis, qui eum condemnaverunt, suaque eum sententia ex Episcopatu dejecerunt. Id, quod pariter disputationem habet inter Criticos.

In fronte epistolae, quæ missa est a Synodo ad omnes Episcopos, itemque ad Julium Papam, sunt nomina posita sic: *Osius ab Hispania, Julius Romæ per Archidamum, et Philoxenum Presbyteros, Protogenes Sardicæ*, ac deinde ceterorum. Ex quo intelligitur et Archidamum, et Philoxenum fuisse legatos Julii Romani Pontificis, cujus vices se se gerere per ipsam subscriptionem testati sunt manifeste, ejusdemque legationis munere functum fuisse Osium, qui se Julio, sub cujus nomine Archidamus, et Philoxenus subscripserunt, secus anteponere non potuisset. Etiam S. Athanasius in Epistola ad Solitar. *Sacra*, inquit, *Synodus, cujus præses erat Magnus Osius*, de Sardicensi Synodo loquens. Neque enim jus ullum suo nomine præsidendi habuit, et sicut nullus ceterorum Episcoporum sibi sumpsit ante Julii Papæ nomen sub quo ejus Presbyteri subscripserunt, suum nomen in subscriptione ponere, ita neque Osius hoc sibi potuisset sumere, nisi

ipse

ipse personam Romani Pontificis sibi impositam habuisset.

Hoc Concilium Sardicense fuit oecumenicum. Fuit enim ejus convocatio facta generaliter, cuique Romanus etiam Pontifex præsedit per legatos suos. Basnagius agnoscens et ipse quoad convocationem fuisse generale, tamen tale mansisse non vult, postquam Episcopi ex Oriente Philippopolim discesserunt, quasi his Episcopis ex Oriente discedentibus, et tantum iis Sardicæ remanentibus, qui erant ex Occidente, non perstiterit Concilium universale. Qui autem recesserunt, tales omnes fuerunt, qui sicut absentes, ita præsentes condemnati fuissent, utpote non tantum rei aliorum criminum, sed etiam assertores Arianæ hæreseos. His autem condemnatis, et per condemnationem ex judicio exclusis desinere ne debuisset generale esse Concilium? Sicut igitur hoc pacto perstitisset generale concilium; ita neque debuit desinere, dum hi ipsi, damnati per suam conscientiam, quæ eos impulit ad recedendum, ne coram majore cum dedecore damnarentur, se a Concilio segregaverunt. Deinde Orientisne Episcopi abfuerunt, aut hinc sufficientes non affuerunt, cum in Synodica epistola hujus concilii apud Theodoretum l. 2. H. E. c. 8. plures quam viginti Orientis provinciæ recensentur, quarum Episcopi fuerint in Concilio. Actis deinde Concilii teste Athanasio *in Apolog.* 2. tam multi etiam ex absentibus subscripserunt, ut omnium subscriptorum numerus fuerit Episcoporum tercentorum quadraginta quatuor. Qua vel sola tali consensione, etiam si nondum prius fuisset, evasisset generale concilium.

§. 67.

§. 67.

Pseudo-synodus Philippopolitana Arianorum. Concilium Mediolanense. Athanasius obtinet reditum a Constantio Imp. Ursacius, et Valens renunciant Arianismo non tamen sincere. Constantius Imp. relabitur ad pristinam malignitatem in Catholicos.

Episcopi, qui se Sardica Philippopolim subduxerunt, Synodum hic et ipsi instituerunt: in qua non tantum in alios Episcopos Sardicensis Concilii, verum etiam in ipsum Julium Papam anathema audacissime conjecerunt: Symbolum sibi ad ea, quæ jam alioquin plura, et dissona habuerunt, denuo novum composuerunt, in quo ut in omnibus suis jam ceteris, Filium Patri consubstantialem esse, suppresserunt. Statuta hujus sui concilii sub nomine Sardicensis Concilii, et ipsi quaqua versum in omnes partes miserunt, prohibentes ne quis cum Athanasio, Osio, ceterisque a se damnatis Episcopis, atque ipso etiam Julio Romano Episcopo quidquam communionis haberet. Ab hoc tempore, dum huc usque Catholici voluissent videri, etiam ipsam speciem, quam præ se ferebant communionis cum Catholica Ecclesia, deposuerunt. Quidam ex ipsis revertentes e sua Synodo iter per Adrianopolim, urbem Thraciæ fecerunt: quibus incolæ non tantum communionem suam denegarunt, sed fugam etiam ex Sardicensi Concilio, flagitia, ipsamque hæresim objecerunt. Qua de re cum questi essent Constantio Imperatori, decem ex incolis Adrianopolitanis eo jubente capite plexi sunt. Lucius ejusdem urbis Episcopus duabus catenis oneratus actus in exilium est: Episcopis Arianis data potestas est

eun-

di quocumque vellent, etiam publicorum vehi-
ɔrum subsidio, et ejiciendi Episcopos respuen-
eorum communionem. Ibant igitur horum
issarii flagrisque sæviebant in eos, qui ab eo-
n communione tamquam hæreticorum abhorre-
ıt, et in vincula abripiebant, et quibusdam
ım capitis poenam obtiunerunt ab Imperatore.
hoc eodem Alexandrinis quoque data facultas
Athanasii occidendi, si se Alexandriae osten-
ıet, idemque in aliquos ejus Presbyteros con-
utum fuit. *S Athan. Epist. ad Solitar. Socrat.*
ı. *c.* 20. *Sozom. l.* 3. *c.* 21. *etss.*

Tali modo res in Oriente factæ sunt calami-
ores, quam fuerint antea. Mediolani Episcopi
ıventum instituerunt consultandi causa, qua
ione Religioni in Oriente tantopere afflictæ sub-
ium ferri posset. Adeunt supplices Constantem
peratorem. Pronus in eorum preces cum Vin-
tio Capuano, et Euphrata Coloniensi Episcopo
tit Salianum exercitus præfectum, nec non li-
ıs ad Constantium. Cum venissent Antiochiam,
tum morabatur Constantius, Stephanus, Epi-
pus Antiochiæ Arianus, subornavit meretri-
ı, quæ noctu ad Episcoporum, qui ex Occi-
ıte missi erant, hospitium veniret, et cubile
um ipsis dormientibus intraret, ut cum his de-
e calumniam imposuisset turpissimi flagitii, non
audiret Constantius. Res vero aliter cecidit.
clamorem enim Episcoporum cum concurris-
t domestici, mulierque fuisset comprehensa,
res habita quæstione patefacta esset, Stepha-
ı dejectus e suo Episcopatu est, et Imperator
magis se facilem præbuit iis, quæ ab eo pete-
ıtur, ut videlicet Athanasio, aliisque Episco-
, qui e suis Episcopatibus erant expulsi per
Aria-

Arianos, reditum concederet, apud se reputans non absimilia esse crimina, quorum rei hi acti sunt, ei flagitio, quod nunc Stephanus imponere tentaverat Vincentio, et Euphratae Catholicis Episcopis. Itaque ad Athanasium Constantius ipse scripsit Aquilejam, ubi se tenebat nec semel tantum, sed iterum, et tertio, ad seque eum Antiochiam vocavit, cum is diffidens Constantio ad primam, et secundam epistolam venire omisisset. Ubi venisset, Imperator juratam ei fidem dedit, se nullam deinceps adversus eum accusationem recepturum, etiam literas Alexandriam misit, quibus ejus testatus est innocentiam. Reditus Athanasii Alexandriam similior triumpho fuit. Effudit se universa urbs in ejus complexum, nec tantum Alexandriæ, sed per totam Aegyptum acti festi dies, institutæ supplicationes ad agendas gratias Deo, agitata ubique, et ab omnibus convivia, et quidquid sobriæ lætitiae, ac jucunditatis secum ferunt festivi dies. Anno post Sardicense Concilium altero hic Athanasii reditus contigit. Gregorius pseudo-episcopus Alexandrinus jam superstes non fuit. Theodoretus l. 2. H. E. c. 4. ab ipsis ovibus scribit esse discerptum, postquam annos sex gregem omni crudelitate, instar feræ, et immanis belluæ, devastasset. Ad Concilium Mediolanense, de quo dictum est, venerunt etiam Ursacius, et Valens, utque in communionem Ecclesiæ Catholicæ reciperentur, suppliciter petierunt, eamque obtinuerunt, iidem confessi sunt, ea, quorum reus postulatus fuisset Athanasius, cujusque accussationis partes ipsi etiam peregerant, fuisse nonnisi ficta, et structa in eum mendaciter. Idem præstiterunt Romæ coram Julio Papa. Etiam per literas Athanasio se se cmmendaverunt, ne dubitaret eos habere pro Orthodoxis. Qua hoc sin-

ce-

ritate fecerint brevi postea apparuit, dum non ntum iterum cum Arianis steterunt, sed in neiitia, qua Arianismum provehere studuerunt, incipem etiam inter eos locum obtinuerunt. Citates, quarum erant Episcopi, ad ditionem Conıntis Imperatoris pertinuerunt. Is et Catholicus it, et patrocinabatur, ut jam vidimus, Religio-. Hinc isti simularunt communionem cum Caolica Ecclesia, ne e suo exciderent Episcopatu. *Athan. lib. de Synod. et Epist. ad Solitar. S. piphan. Hær.* 72. *Sozomen. l.* 3. *c.* 23. 24.

. Magnentius dux, et præfectus exercitus fuit Gallia. Hic a. 350. adversus Constantem Impetorem Occidentis rebellavit, et fugientem ascutus interfecit, imperiumque Occidentis occurvit. Constantius Gallo patruele suo, erat enim ıtus ex Constantio Constantini M. fratre, Caesa- creato, rebusque in Oriente præfecto, cum ercitu adversus Magnentium venit in Occidenn, qui Constantio ad Mursam Pannoniæ urbem currit. Prælio seipsum committere Constantius n audens, in basilica quadam extra urbem tredus belli eventum opperiebatur, assistente sibi dente Episcopo Mursensi, quique hanc vafritiam tituit. Certos homines disposuit, per quos exim prælii omnium primus posset rescire: dum is lis fuisset, qualem superatis, et in fugam comlsis hostibus in votis habuit Constantius, atque hoc nuncium eidem Constantio primus attulist Valens, isque hunc etiam sibi ostendi petiis, a quo rem acceperit Valens; hic mentitus , sibi hanc revelatam esse per Angelum. Quod dens Constantius Valentem, velut hominem ctissimum suspexit, ejus ut meritis victoriam m in acceptis ferret. Quo factum est, ut Con-

stan-

stantium Valens totum deinde in sua potestate habuerit, et flexerit, quo voluit: sed et larvam, sub qua petiit, et obtinuit communionem, ta ipse, quam Ursacius deposuit, omnibusque Arianis creverunt animi ad omnia iterum audenda, quæ deinde secuta sunt mala, etiam atrociora, quam fuerint priora. Magnentius cum rursus collatis signis victus in Gallia esset, Lugdunum fugit, matreque, ac fratre prius sua manu interfectis, sibi fauces laqueo fregit, ne vel ipse, vel sui in manus Constantii vivi venirent. *Socrat.* l. 2. *cap.* 32. *Sozomen. l.* 4. *c.* 7. *Sulpitius lib.* 2. *Hist.*

Constantium vero non tantum Ariani sufflando, verum etiam victoriae de Magnentio, aliisque pluribus, qui iis temporibus Imperatoriam dignitatem invaserunt, relatæ, insolentiorem fecerunt; et in Arianismo præfractiorem. Solebat jactare, nisi ejus fides, vera fides esset, Deum sibi numquam tantam prosperitatem in bellis concessurum fuisse: et eo usque in mentis elatione processit ut in epistolis, et edictis suis Dominum universi terrarum orbis se appellaret, hominemque, et mortalem se oblitus suum imperium æternum prædicaret. Lucifer Episcopus Calaritanus librum composuit, et ad Constantium misit, in quo multis exemplis docuit, et demonstravit, mundanam felicitatem, et longam contigisse multis aliis etiam Regibus quamvis impiis, et sceleratissimis. Ariani autem bello instaurato adversum Catholicos, illudque sibi habentes propositum, ut totum mundum facerent Arianum, iterum omnium primo Athanasium adoriuntur. Neque tantum illa priora de fracto Ischvræ calice, et interfecto Arsenio putidissima mendacia recoquunt, sed

fi

ınt etiam ad Constantium velut proditionis m, conspirationisque cum Magnentio, cum › etiam literarum commercium habuerit. Iidem ɪerunt epistolam, quasi ab Athanasio missam Imperatorem, qua petierit, ut ad eum venili in Occidentem sibi facultas concederetur: aque Imperator annuisset, ille vero non comuisset; nequissimi homines Athanasio hinc nen fecerunt spreti ab eo, et contempti Imatoris, ad hunc concitandum adversus Athanan. Hic vero tam istam ostendit, esse nonnisi ersariorum suorum fallaciam, qua ipsum etiam eperint Imperatorem, quam etiam cetera reıvit, sibi impacta per calumniam. *S. Athan. olog.* 1. *Epist. ad Solitar.*

§. 68.

ncilium Arelatense, et Mediolanense. Edictum Constantii de Orthodoxis omnibus Episcopis pellendis in exilium. Vix mortem evadit Athanasius. Georgius pseudo-episcopus Alexandrinus. Liberius Papa, et Osius Cordubensis communionemne inierint cum Arianis.

Liberius, qui a. 352. Julio successit in Pontatu, malis remedium quærens, quæ ingravebant in dies, per Vincentium Capuanum, et ɛcellum in eadem Campania Episcopum obti- a Constantio facultatem synodi celebrandæ, tamen Aquilejæ, verum Arelate, ubi Imper morabatur post devictum Magnentium, id- ex Arianorum consilio, ut ex hujus præsenvires compararent suæ factioni adversum Caos. Anno 353. habitum est hoc concilium.

 In

In hoc Episcopi Ariani petebant, ut o
omnium primo subscriberent in condemnatio
Athanasii. Episcopi vero Catholici contend
primum esse debere, subscribere condemn
nem dogmatis Arii. Neutra parte alteri ced
et controversia ad Imperatorem delata, is
decidit secundum id, quod ab Arianis fuit p
latum, et insuper edictum fecit, de Epis
omnibus in exilium agendis, qui in conde
tionem Athanasii subscribere renuissent. St
que in Gallia, et Italia executioni dari cœpi
edictum. Liberius ipse adit Imperatorem,
ut sineret rem, quæ cœpta esset tractari i
nodo Arelatensi, adhuc pertractari in alia
do. Impetravit, nec alienis ab hac synodo
etiam Arianis, quod freti Imperatoris favore
fiderent, se in hac etiam synodo futuros su
res, atque ita plures pro se synodos man
rentur, quarum quasi auctoritate niti pc
Mediolani a. 355. hoc habitum est concilium
scopi ex Oriente non multi, ex Occidente
trecentis convenerunt. Idem quod Arelate,
hic fecerunt Ariani, et subscriptionem urg
in condemnationem Athanasii, antequam
quam aliud susciperetur ad tractandum. Ne
Catholici, sed omnium primo debere consti
fide Episcoporum, qui ad Concilium conven
ex horumque omnium unanimi sententia Eu
Episcopus Vercellensis Arianis Symbolum Ni
cæni proposuit subscribendum. Dionysius E
pus Mediolanensis primus accessit ad subsc
dum. Valens Mursensis chartam ei, et cal
eripuit, clamans, non ista ratione esse age
Auctor Sermonis 69. inter Opera S. Ambro
cit, Dionysium etiam in damnationem At
subscripsisse, sed ab hac deinde retracta

eodem Eusebio Vercellensi esse, cum simulasset, se quoque subscripturum fuisse, nisi sibi, qui ætate esset Dionysii pater, hunc anteposuissent, et Ariani ad locum primum dandum Eusebio Dionysii nomen delevissent. Quod tamen hujus tantum incerti auctoris nixum testimonio passim repudiatur a Criticis. *Sever. Sulpit. Hist. lib.* 2. *S. Hilarius Orat.* 2. *ad Constant.*

Non alium, quin etiam tristiorem exitum hoc concilium habuit priore. Namque Imperator solum egit, quod Ariani voluerunt, omnes Episcopos compellens ad subscribendum in condemnationem Athanasii, et ad communionem ineundam cum Arianis. His vero detrectantibus, et dicentibus, hoc sibi per Ecclesiasticos canones licitum non esse, Constantius, *Quod ego*, inquit, *volo, pro canone sit*. (Apud S. Athan. Epist. ad Solitar.) Orant Episcopi, ne Ecclesiastica vellet perrumpere, et hæresim Arianam conaretur in ecclesiam inducere. Ille vero excandescens gladium intentat, nisi subscripserint, quin quosdam jam statim duci ad supplicium jubet: quos tamen ex ira se recolligens tantum in exilium agi jussit. In his fuerunt Eusebius Vercellensis Scythopolim primum, deinde in Cappadociam, iterumque hinc in Thebaidem deportatus, Lucifer Calaritanus in Palæstinam, Dionysius Mediolanensis in Cappadociam. Mittitur edictum in omnes totius Imperii Romani provincias de Episcopis sedibus pellendis, et ejiciendis in exilium, qui subscribere in condemnationem Athanasii, communionemque inire cum Arianis detrectassent, multa etiam pecuniaria constituta magistratibus, si segnes in exequendo fuissent. Valens autem et Ursacius suis Clericis dederunt mandatum, ut atten-

derent, et inquirerent, eane, qua iis imperatum fuit, diligentia jussionem exequerentur. In Aegyptum Diogenes, et Hilarius Imperatori ab epistolis missi ad Syrianum præfectum exercitus, Imperatoris mandatum ei attulerunt. Quare Syrianus, militum caterva stipatus, Alexandriam venit, Athanasiumque urbe excedere jubet. Is sibi petit ostendi Imperatoris mandatum. Nam ab hoc se trinis epistolis esse revocatum, juratamque accepisse fidem de securitate manendi. Nihil vero speciatim de Athanasio erat in Imperatoris mandato. Instanter Clerus, et populus a Syriano petiit, ut saltem eo usque sineret Athanasium manere, donec aliquos ad Imperatorem misissent, deque ejus voluntate accuratius constitisset. Aequum agnoscens Syrianus, quod petebatur, juravit per salutem Imperatoris, se has inducias servaturum. Attamen, quamvis nondum rediissent, qui missi erant, de improviso Ecclesiam S. Theonæ noctu, Episcopo, et populo sacras vigilias in ea agente, militibus cingit, eamque irrumpit. Alii ex populo gladiis cæduntur, alii impetu militum in terram strati, pedibus conculcantur. Pars vero militum se posuit ante Sanctuarium ad Athanasium comprehendendum. Qui, ut vidit vim, quæ fieret, præcepit populo, ut ex Ecclesia se subduceret, in tutumque reciperet. Quod etiam factum est, idque cum cantu Psalmi: *Confitemini Domino, quoniam bonus etc.* quem Diaconus præcinuit jubente Athanasio. Qui tamen ipse non prius exiturus erat, quam totus populus exivisset; nisi ipsum Clerici, et monachi apprehensum per medios milites, residuamque adhuc populi turbam eduxissent, non sine specie prodigii, quod a militibus, qui ideo venerant, ut eum comprehenderent, non observatus manus eorum, et oculos effu-

gerit. Ecclesia est deinde direpta per milites. Paucis diebus post Heraclius comes Gentiles immisit ad alteram Ecclesiam. Fugatus ex hac populus est fustibus, et lapidibus, direpta deinde Ecclesia, et confracta in ea omnia, ipsaque etiam sacra mensa, et combusta cum effraenata petulantia, et insultatione Religioni: neque tamen etiam absque manifesta Dei vindicta. Nam juveni, qui se in Cathedra Episcopi collocaverat, atque petulanter meretricium in ea somnum repræsentaverat, eamque deinde dissecare, et confringere cœperat, fragmentum cathedræ ita resiliit in ventrem, ut erumpentibus visceribus postridie mortuus sit. Alter juvenis cum fronde naribus admota, quod fiebat a Gentilibus erga idola, in Ecclesiam intrans ad insultandum Christianis repente oculis captus, et mentis impos factus est. Ista Gentilibus metum incusserunt, eorumque frænarunt audaciam. *S. Athan. Epist. ad Solitar. Apolog. de Fuga, et ad Constant.*

Anno 356. hæc, quæ modo narrata sunt, acciderunt. Eodem anno paucis diebus ante Pascha in locum Athanasii novus Alexandriam advenit Episcopus, iterum Antiochiæ ab Arianis ordinatus. Pecunia hunc ad Episcopatum conduxerunt. Fuit antea procurator porcinæ carnis pro militibus, homo rudis, sed audacissimus, et paratus ad omne facinus, quin nequidem Christianus credebatur esse. Georgius vocabatur, natione Cappadox. Ecclesiis per Arianos occupatis Catholici in campo conventum instituerunt ad officia Religionis peragenda. In hos turba militum armata immissa est. Alii diffugiunt, alios comprehensos Ariani accenso rogo, hujusque terrore ad communionem secum ineundam impellere ni-

tun-

tuntur. Cumque invicti adversus omnes terrores stetissent, virgines quædam sic ab his cæsæ in faciem sunt, ut speciem sui vultus omnem amiserint, viri vero quadraginta aculeatis palmarum frondibus ita verberati sunt, ut infixis carni profunde aculeis ex vulneribus quidam etiam mortui sint. Iidem per domos discurrebant quærentes Athanasium, easque deprædabantur, neque tantum viri, verum etiam Arianæ feminæ ritu bacchantum. Athanasius autem ubi evasit ex Ecclesia, quemadmodum demonstratum est, in eremum se recepit, ubi delituit usque ad mortem Constantii annis septem. *S. Athan. Epist. ad Solit. de Synod. Sozomen. l.* 4. *c.* 8.

Dum Episcopi alii per alios tentantur, et qui minis, atque terroribus vinci non poterant, in exilium mittuntur, substitutis in eorum locum Episcopis Arianis; Liberium Rom. Pont. et Osium Cordubensem per seipsum adgressus est Constantius. Instigantibus Arianis id eum fecisse, ut horum exemplo idem fieret ab aliis Episcopis, docet S. Athanasius *Epist. ad Solitar.* Itaque per Eusebium eunuchum Liberio munera mittit cum suis ad eum literis, quo eum et alliceret, et terreret. Respuit insidiosa munera, minacibus ejus literis territus non est: cumque dona Eusebius in basilica S. Petri deposuisset, hinc quoque ista Liberius ejicienda curavit. Dat deinde Constantius Leontio urbis Præfecto in mandatis, ut quacumque ratione, et sive vi, sive dolo captum Liberium Mediolanum ad se mittat. Noctu in silentio captus, et abductus est. Ubi ad Imperatorem deductus est, *Multa usus loquendi fiducia* sunt verba ejusdem Athanasii cit. loc. *Desine*, inquit, *Christianos persequi, nec nostra opera*

conc-

eris impietatem introducere in Ecclesiam. Su-s sane ad omnia toleranda parati potius, quam iomanitæ (significat furore, et amentia Arii citos) *audiamus: ne nos, qui Christiani su-s; cogas Christomachos effici.* Missus est Be-am in exilium Thraciæ civitatem. Quingentos eos Imperator, totidem Imperatrix mittit iti-is subsidium. Nihil acceptavit. In locum Li-ii Ariani Felicem Diaconum ordinarunt in pa-o Imperatoris populo obsistente huic ordinatio-in Ecclesia. Clerus vero universus Romanus e jure jurando obstrinxit, vivo Libero alium iscopum se non recepturum. *Theodoret. l.* 2. *E. c.* 16. *Socrat. l.* 2. *c.* 37. *Sozomen. l.* 4. 11.

Osium deinde Imperator ad se accersit Me-lanum. Sic vero iste rem coram Imperatore t, ut victus rationibus intactum reverti in Hi-niam ad Ecclesiam suam permiserit. At vero n quieverunt Ariani, donec Imperator denuo grederetur Osium: nam quamvis Episcopos jam am plurimos exterminassent, (Athanasius in ologia ad Constantium in sola Aegypto memo-, fuisse Episcopos sedecim portatos in exilium, septvaginta autem, qui partim acti in fugam t, partim simulate communionem inierint cum ianis) tamen nihil esse factum stante Osio: nc enim esse, qui Symbolum Nicænæ fidei com-suerit; hunc esse principem synodorum, cujus tum observent alii Episcopi omnes propter ejus ctoritatem; ab hoc se pro hæreticis esse habi-, et traductos. Dat literas Imperator ad Osium naces, et vehementes. Respondit Osius (super-it literæ apud S. Athanasium in epistola ad So-ir.) Confessionis munus jam se explevisse, dum

Ma-

Maximianus ejus avus persecutus esset Christia-nos: quippe Faustina mater Constantii, filia fuit Maximiani: Si vero et ipse pergeret persequi Christianos, paratum se ad ferendum quidvis po-tius, quam ut veritatem prodat. Monet, ne Va-lentem, et Ursacium audiat, qui, dum Athana-sium insectantur, non aliud quærant, quam hæ-resim suam, illo submoto, stabilire. Hos Romæ coram Romano Pontifice, et Clero confessos ult... esse, falsa omnia esse, quæ ei illata sint crimin... Tam hos, quam ceteros ex eadem factione Episco-pos suæ causæ diffisos, e Concilio Sardicensi tur-pem inivisse fugam. Quare desineret miscere ... rebus Ecclesiasticis: Imperium ei a Deo commis-sum esse; sibi, quæ sunt Ecclesiæ, concredita.

Denuo Osium Imperator ad se jubet veni... Sirmium, non cessantibus Arianis eum urgere a... versus Osium. Postquam venit, si putamus cre-denda, quæ vulgo de eo feruntur, unius an... mora, et retentione fractus, et insuper verbe... tus, et tormentis excruciatus, ut communion... cum Arianis iniret, cessit, et formulæ fidei su... scripsit, quam post multas alias novam rur... Ariani composuerant Sirmii. In hac tam H... mousion, quam homoeusion fuit rejectum, qu... alterum in locum Homousii sibi Ariani in ante... ribus suis formulis assumpserant: omiserunt ... tem, quod crederent hac ratione se Orthodo... facilius inducturos ad abjiciendum etiam Hom... sion ex Symbolo Nicæno. Nec tamen eo mi... formula hæc quamvis homoeusion abjecisset, q... significat similis esse substantiæ, fuit apertis... virus habens Arianum, utpote Patrem filio p... dicans majorem non tantum paternitate, et no... ne, verum etiam honore, dignitate, clarit...

ma-

ajestate. Atque hoc Osius fecisse dicitur in extrema jam ætate annos natus centum, et postquam annis sexaginta Episcopatum cum summa gloria gessisset. Hoc de eo legitur apud Socratem 2. c. 31. Sozomenum l. 4. c. 12. Philostorgium 4. c. 3. quin apud S. Athanasium quoque *in Epist. ! Solitar.* et *Apologia de Fuga*, et in S. Hilarii l. *de Synodis*, et Epistolis. Faustinus vero, et arcellinus in libello ad Theodosium Imp. habent, sium, cum post proditam fidem remissus esset Hispaniam, ab ejusque communione abhorruet Gregorius Illiberitanus Episcopus, ad Clementinum Vicarium Imperii in Hispania venisse titum, ut Gregorium ageret in exilium, sed jus hoc petere volentis os repente distortum ita, ut loqui non potuerit.

Hanc narrationem, quam et ego secutus am in mea priore editione Historiæ Ecclesiasti-, ego in Dissertatione X. in Select. argum. st. Eccl. magis suscepi expendendam, postquam li, superiore seculo a quibusdam Criticis, hanc o vera agnitam non esse. Sunt autem hæc, quæ e quoque permoverunt ad eundum in eamdem ntentiam. Neque enim veram habuit jam S. Austinus l. 1. contr. Epistol. Parmeniani cap. 4. locutus Donatistis, istud de Osio asserentibus: *uod de Osio dicunt Cordubensi, quondam Caolico Episcopo, flagitandum est, ut probent.* lpicius Severus æque *Hist. Sacr. l.* 2. dicit, inionem quidem hanc de Osio fuisse, sed hoc credibile visum esse. Etiam S. Phæbadius Epipus Aginnensis in Gallia apud Gallandium Tom. Biblioth. Patrum pag. 256. quamvis hoc de io objectassent Ariani, non tamen huic assens est. Ex S. Epiphanio quoque *Hær.* 73. intelligi-

ligitur, hoc Arianos de Osio tantum venatos esse per epistolam, quam ejus venditaverint esse. Nam hocne sic venando comparare Osio debuissent crimen, si aliunde constitisset? In Ariminensi Concilio Ariani Episcopi omnia conquisiverunt, et nihil intentatum reliquerunt, quo Catholicos Episcopos permovere possent, et inducere ad ineundam secum communionem abjecto homousio. An ne omisissent Osium, cujus talis fuit auctoritas, afferre in exemplum, istoque eos urgere? Athanasii autem, et Hilarii testimonia, ostendi in eadem dissertatione mea, esse tantum per interpolationem iis data: Faustinum autem, et Marcellinum nullam fidem mereri. Quae nunc breviter dicta sunt de hoc argumento, plenius tractavi in eadem Dissertatione mea. Hoc tantum solum adhuc adjiciam, quod S. Athanasius de Osio, et Liberio conjunctim in Apologia de Fuga dicit: *Sunt enim forma, et exemplar posteris nostris, ut pro veritate usque ad mortem decertent.* Taline encomio ornari ab Athanasio potuisset si illo se crimine foedasset?

Liberius a. 355. actus est in exilium: anno duobus post reditum obtinuit a Constantio Imp. Dum post superatum Magnentium Constantius Romam venisset, triumphumque egisset, hunc a matronis Romanis exoratum esse, tradit Theodoretus l. 2. H. E. c. 16. Aliter rem narrat Sozomenus l. 4. c. 11. Imperatorem nonnisi sub conditione, si consensisset in communionem cum Arianis, et eorum Symbolo subscripsisset, ad preces matronarum pollicitum esse, se Liberii reditum concessurum ab exilio. Sirmium deinde discessisse, huc ad se Liberium venire jussisse Beroea, ubi exulavit, huncque ubi venisset, rursus

us sibi intentatis minis ab Imperatore, succubuisse, et subscriptionem fecisse, ad quam impellebatur. Idem habet Philostorgius l. 4. c. 3. Faustinus, et Marcellinus in libello ad Theodosium Imp. S. Athanasius quoque, Hieronymus, Hilarius, quin ipse quoque Liberius solet proferri testis hujus de se rei. Hoc quoque argumentum ego jam tractavi in eadem Dissertatione mea decima, in qua egi de Osio: asseruique, Liberium nulli formulæ fidei Arianorum subscripsisse, nec communionem cum his unquam iniisse, sed invictissimum semper perstitisse. Demonstravi autem his argumentis: Sozomenum l. 4. c. 15. testari, Aetianos fuisse (secta hæc ex Arianis pullulavit) qui hunc rumorem sparserint de Liberio; Rufinum vero l. 1. H. E. c. 27. declarasse, non se compertum habere, Liberiumne Constantius remiserit quia ejus acquieverit voluntati; vel ad populi Romani preces. Sulpicium Sev. *l.* 2. *Hist. Sacr. c.* 4. Socratem l. 2. c. 37. hanc unam tantum etiam afferre causam, cur Liberium Constantius Romam redire permiserit, quod populus Romanus seditionem fecerit incensus desiderio Liberii, Felicemque aversatus, qui in ejus locum intrusus erat. Nihil etiam de subscriptione facta a Liberio, initа communione cum Arianis esse a Theodoreto memoratum, sed qui his potius eum encomiis exornaverit, dum reditum ejus descripsisset, *virum egregium, omnique laude dignissimum, et admirandum, gloriosumque veritatis athletam.* Sed neque ullus posteriorum Scriptorum Græcorum, quamvis Liberium, ejusque exilium memorassent, ne Photius quidem, qui certe hoc in Romano Pontifice non dissimulasset, pro sua in Romanos Pontifices inimica voluntate, aliquid de hac subscriptione Liberii, et inita communione

cum

cum Arianis habent. Ipse quoque Sozomenus
perstitit in eo, quod prius dixit, fuisse, cu
berium Constantius reduxerit de exilio, sed
de ejusdem libri 4. cap. 15. pro causa affe
ditionem gravissimam, quam populus Ro
excitaverit propter Liberium, quem impense a
repetierit. Philostorgius fuit Arianus, cujus
inde testimonium nec idoneum esse potest i
quæ pro Arianismo est. Faustinus et Mar
nus sunt æque testes non optimæ fidei, u
schismatici, et adversarii Apostolicæ Roman
dis: sed nec in horum libello aliud est, qua
xisse Constantium, dum populus Romanus
rogasset, ut Liberium remitteret: *Habetis*
rium, qui qualis a vobis profectus est,
revertetur. Quando hoc Constantius dicitur di
antequam Roma Sirmium discessisset, ubi
tur, postquam Roma Constantius eo venisset
berius fecisse, quod de subscriptione, et co
nione cum Arianis ei tribuitur. Athanasii,
ronymi, Hilarii, et ipsius Liberii de se tes
nia, quæ proferri solent, pro lapsu ejusde
berii, non sunt authentica, hoc est, non
vera, et sincera illorum, sed vel per inter
tionem, vel suppositionem iis tributa. Id,
demonstravi, in eadem illa Dissertatione me
cima, in qua me hoc argumentum de Li
jam tractasse, dixi. Nam tantummodo hoc,
de Liberio, conjunctim cum Osio Athanasius
dicat: *Sunt enim forma, et exemplar po*
nostris, ut pro veritate usque ad mortem d
tent, quod jam supra etiam productum a m
pro Osio, velim consideretur. Hocne de Li
ex vero dici potuisset, nisi invictus usqu
mortem, hoc est, toto vitæ suæ tempore in
renda, et tuenda veritate perstitisset? In e

d

sertatione mea protuli elogia, quibus Liberium lebrant Sancti Patres, non tantum Athanasius, jus jam testimonium protuli, verum etiam Ba-lius, Epiphanius, Siricius, Ambrosius. Cum nstantio, et Arianis non successisset in Libe-, quemadmodum nec in Osio, ut se eorum mmunioni sociaret; tamen hoc de utroque men-iter sparserunt, conati horum quasi exem-alios orthodoxos Episcopos inducere ad in-dam secum communionem. Hoc est, quod S. rius *lib. contr. Constantium* dixerit, Nescire utrum Constantius majore impietate Liberium gaverit, quam remiserit, videlicet infamando de inita communione cum Arianis, frau-que struendo per calumniam nequissime im-itam Liberio, ad seducendos orthodoxos os.

§. 69.

ix ad Pontificatum intrusus, Liberio misso in exilium, evaseritne legitimus Pontifex. Aria-ni identidem sibi cudunt novas fidei formulas. Ipsi inter se confligunt. Unde iidem dicti sint Semiariani. Anomœorum, vel alio nomine Eunomianorum nova, quæ ex Arianismo pullulavit secta.

Postquam Liberius ab exilio rediit, Felicem, m Ariani in ejus locum ordinaverunt Romæ copum, protinus Senatus, et populus Roma-urbe expulit testimonio Marcellini, et Fau-in libello ad Theodos. Imp. cumque tentas-redire, denuo majore cum dedecore ejectus In suo prædiolo extra Romam hunc deinde vixis-

vixisse tradunt annis octo usque ad a. 365. Felix idem iste et in Catalogo Romanorum Pontificum, et in Martyrologio inter Sanctos positus est ad diem 29. Julii. Dum de correctione Martyrologii a. 1582. Romæ esset actum, jamque eo inclinassent sententiæ eorum, quibus hæc correctio fuit demandata, ut ejus nomen expungeretur e Martyrologio, pridie ejus diei, quo ejus memoria notata est in Martyrologio, in Ecclesia SS. Cosmæ et Damiani sub ara, quam quidam suffoderant thesaurum quærentes, repertum, atque erutum est monumentum hanc habens inscriptionem: *Corpus S. Felicis Papæ, et Martyris, qui damnavit Constantium.* Quæ res fecit, ut ejus nomen retineretur in Martyrologio. Attamen Felix legitimus Pontifex non fuit, utpote ab Arianis intrusus, quique vivente Liberio neque esse potuerit legitimus Pontifex, et quo revertente ab exilio is etiam pulsus Roma, et ejectus sit. Ad Catalogum vero Romanorum Pontificum nomen ejus irrepsit ex Actis ipsius apocryphis, in quibus est a Constantio Imperatore capite plexum esse propterea, quod eum damnavisset ob Baptismum secundo susceptum ab Eusebio Nicomediensi. Quæ vera esse non possunt. Nam Constantius non nisi a. 361. qui idem extremus vitæ ejus fuit, nec ab Eusebio, qui jam mortuus viginti annis ante fuit, sed ab Euzoio Episcopo Ariano: dumque, ut est in libello Faustini, et Marcellini, Felix vixerit usque ad a. 365. nec a Constantio interfectus est, qui post mortuum Constantium adhuc annis quatuor ulterius vixit. Sed neque ullum etiam vestigium est apud Scriptores, Felicem a Constantio occisum esse. Quare nec illa monumenti inscriptio alia, quam falsa esse potest.

Aria-

Ariani et jam prius symbola fidei sibi comsuerunt complura, id, quod se credere proebantur, semper reformantes, et rursus anno 9. quod inter ea, quæ Sirmii sunt ab iis nfecta, fuit tertium: in quo, abjecta, et reobata homousia de Dei filio cum Patre, quod mmune fuit omnibus ipsorum symbolis, profesnem posuerunt, *Filium Patri similem esse r omnia, ut sanctæ dicunt, et docent Scriptu*. Dum autem alia super alia sibi fidei symbocomponerent, et quod prius sibi assumpserunt edendum, identidem mutarent, et transformant, factum est, ut dum alii aliis sapientiores beri vellent in eo, quid tenendum, et credenm esset, constituendo, hancque determinatiom suo quisque judicio asseruisset, et stare voisset, non potuit non sequi, ut in sententias abiint diversas, et unde sit factum, ut alii ab aliis ssentirent, atque inter se ipsos confligerent. ec hoc tantum contigit apud Arianos, sed in erisque aliis sectis, etiam quæ nunc adhuc exant. Talis nova secta pullulans ex Arianismo fuit , quæ dicta est Anomaeorum. Aetium habuit ctorem. Auri fabrilem artem adolescens didirat: quod opificium deinde reliquit, cum pro onili aureo, quod reparandum acceperat, æneum auratum reddidisset, et fraude detecta verberis mulctatus fuisset, seque transtulit ad dialeicam Aristotelis percipiendam. Hinc nactus aliuam scientiam disputandi, de cetero ita rudis, indoctus, ut Scriptores Ecclesiasticos ne de noine quidem notos haberet, non tantum et ipse m aliis de Religione disputabat, sed etiam rem perduxit, ut novæ inter Arianos sectæ evadet conditor. Nonnisi autem id, quod jam Arii it, magis provexit asserendo, Dei Filium crea-

tum

tum esse, et factum e nihilo, Patrique dissimilem et unde Anomæorum etiam nomen venit, quo ipsi, ejusque sectatoribus datum est. Nam ἀνόμοιος dissimilem significat. Erat a Leontio Episcop Ariano Antiochiæ ad diaconatum promotus. Alexandriam se deinde contulit ad Georgium pseudo episcopum. Mortuo autem Leontio, qui eum diaconi munere propter vitæ licentiam privaverat quamvis nihilo melior illo, rediit Antiochiam Eudoxiumque, qui Episcopus antea Germaniciæ in Syria, sedem Antiochenam occupaverat, mentitus, se ab Imperatore missum, cum in suam sententiam pertraxisset, obtinuit ab hoc, ut synodo etiam celebrata decerneretur Dei Filium Patri nequidem similem esse. Adversus hoc concilium alii Ariani aliud concilium Ancyræ in Galatia habuerunt, atque in prioris concilii Episcopos, qui Dei Filium Patri dissimilem asseruerunt anathema conjecerunt, a Constantioque Imperatore suæ dicisionis approbationem petierunt, obtinuerunt.

Hac Arianorum facta scissione in partes duas ii, qui Dei Filium Patri similem in substantia confitebantur, vocari cœperunt Semi-Ariani opposite ad Anomoeos, qui eumdem etiam dissimilem haberent. Anomoeis autem et Eunomianorum datum fuit nomen ab Eunomio Aetii præcipuo discipulo, et istius sectæ propagatore. Hi fuerunt et hæc dogmata: Religionis officium omne positum esse in sola Dei cognitione cum obligationem observandæ legis, et præstandi quidpiam opere: Dei autem cognitionem ita claram atque perfectam sibi arrogabant, ut ne ipsum quidem Deum majorem sui cognitionem habere dicerent. In formula Baptismi Filium, et Spiritum

m sanctum apertissime creaturam profitebantur. ebaptizabant omnes, quicumque se illorum see adjunxisset, ipsosque etiam Arianos. Quos baizabant, pedibus sursum porrectis, capite deorm verso in aquam immergebant, jusjurandumle ab his exegerunt, se numquam recessuros hac eorum secta. *Sozomen. l. 4. c. 12. Socrat.* 2. c. 35. *Theodoret. l. 2. H. E. c. 28. S. Epiphan.* *ær.* 76. *S. Gregor. Nyss. lib. cont. Eunom.*

§. 70.

e Concilio Ariminensi, et Seleucensi. Constantii Imp. obitus.

Tam ad lites componendas, quæ inter Semianos, et Anomoeos vehementissimæ fervere inperunt, et ad Catholicos etiam traducendos ad ianismum, Constantius Imp. constituit, Epiporum universale Concilium convocare Nicæ, sic sperans fore, ut Catholici hujus decreta ncilii facilius susciperent, siquidem etiam futuessent Nicæna, proindeque hæc decretis, et isionibus prioris Concilii Nicæni substitui pos. Sed Episcopis Arianis jam ipsum nomen æ urbis invisissimum fuit. Igitur Nicomediurbem æque in Bithynia sitam, designat. Jam nt Episcopi in itinere, dum gravissimo terræ tu urbs tota corruit, et ignibus e terra erumtibus ejus vastata sunt omnia. Dum rursus aliurbem, sed jam in Occidente, designare vult, ens, et Ursacius, aliique Episcopi Ariani ei persvaserunt, ne uno tantum in loco, sed bus, alteroque Orientis, altero Occidentis, cilium fieret: quod eo consilio factum ab ipsis

est, ut si fortasse succumberent in uno loco, adhuc superesset alter, hujusque concilium, si in eo ipsi prævaluissent, possent opponere concilio alteri. Ariminum Italiæ urbs in Occidente, Seleucia urbs Isauriæ designata est ad habendum concilium in Oriente. Statuta, et decisiones Imperator ex utroque concilio, priusquam solverentur, et decem legatos ad se voluit mitti. Anno 359. hæc acta sunt concilia.

Ariminum Episcopi convenerunt plures quadringentis. Octoginta ex his erant Ariani, reliqui omnes Orthodoxi. Ariani, quorum antesignani erant Valens, et Ursacius suam protulerunt formulam fidei, quæ tertia ab ipsis Sirmii fuit tantum paulo ante confecta, obtuleruntque Episcopis subscribendam: siquidem hanc ipse etiam Imperator approbasset: adversusque homousion aperte insurrexerunt: esse enim vocabulum obscuræ intelligentiae, quod neque exstet in Scriptura. Orthodoxi responderunt, novo fidei symbolo nihil opus esse: nec alia de causa se ad concilium convenisse, quam ut fidem, quam a Majoribus acceperunt, tuerentur, et novitati resisterent. Petunt ab Arianis, ut Arii dogma missis ambagibus damnent palam. Legitur Symbolum Nicænum, et interdicitur, ne quis audeat quicquam in eo carpere. In Valentem, et Ursacium, et quosdam alios, quorum audacia major fuit in obstrependo, etiam nominatim sententia damnationis lata est, atque Symbolum, quod obtulerant in irritum missum. Ex parte Episcoporum Orthodoxorum decem deinde Episcopi ad Imperatorem, quemadmodum voluerat, mittuntur, exposituri, quid actum in Concilio sit. Etiam vero ex parte totidem legatos Ariani miserunt, in hisque Va-

lentem, et Ursacium: qui celeritate usi cum
ores venissent, effecerunt, ut legatos ex parte
thodoxorum missos Imperator nequidem in con-
ctum admiserit, sed Adrianopolim eos ire,
que manere jusserit, donec ex bello rediisset
rsico, expeditionem, et profectionem ad bel-
n afferens pro impedimento, cur legatos ab Or-
doxis missos admittere nequeat, cui vacabat,
um se tradere Arianis. Valens deinde, et Ur-
ius in Oppido Thraciæ, cui nomen Nice, con-
um Episcoporum instituerunt, atque idem illud
nbolum, quod Ariminensibus Episcopis obtru-
ant, lingva Græca istius in hoc Oppido Nice
iti concilii nomine ediderunt, *Eo consilio*, in-
it Socrates l. 2. c. 37, *ut nominis similitudine
pliciores deciperent, dum putant eam esse fi-
n, quæ apud Nicæam Bithyniæ urbem conscri-
i fuisset*: cumque legatos etiam illos decem,
imino ab Orthodoxis Episcopis ad Imperatorem
sos, ad idem oppidum Nicen perduxissent;
partim minis, et terrore Imperatoris, partim
sionibus, dicendo, non esse aequum, ut unius
abuli causa tanta inter Episcopos sint dissidia,
nque perinde sit, dicere, Filium similem esse
ri secundum Scripturas, atque illud sit, quod
vellent habere, induxerunt ad suscipiendum
d symbolum, quod antea Arimini sibi oblatum
naverant cum ceteris omnibus Orthodoxis Epi-
pis:

Legati ab Orthodoxis Episcopis missi cum sic
ucti essent, et remissi statim Ariminum, re-
runt quoque Valens, et Ursacius cum ceteris,
ab Arianorum parte venerant ad Imperatorem.
vero literas etiam dedit ad Taurum Præfe-
m prætorio, quem curatorem constituerat Sy-

 nodi,

nodi, eique mandavit, ne prius Episcopos sineret discedere Arimino, quam subscripsissent eidem symbolo, renuentesque subscribere, nisi hi plures quindecim essent, in exilium agerentur. Legatos, qui subscripserant Symbolo in Oriente, ubi redierunt, Concilium excommunicavit. Non eo minus Valens et Ursacius, et reliqui Ariani urgebant Orthodoxos, ut et ipsi subscriberent. Dicebant; nihil esse in hoc Symbolo, quod non esset orthodoxum, quin etiam libertatem ipsis dederunt addendi quidquid vellent, si ita ipsis visum esset, se enim consensuros in omnia: postquam Oriens hoc symbolum jam suscepisset, si se hunc ipsi in Occidente pergerent opponere quis finis discordiarum sperari possit. Turbabat Episcopos inprimis illud, quod ipsis erat denunciatum, nullam sibi spem esse posse abeundi, domumque revertendi, priusquam suum consensum eidem Symbolo adjecissent. Incipiunt nutare, cedunt quidam: hos alii sequuntur, primum non ita multi, postea vero ita frequentes, ut nonnisi viginti adhuc superessent, qui consentire nollent. Sed et hos Taurus obtestando, ne suæ tantum prudentiæ inniterentur, sed intuerentur tot aliorum, qui jam consensissent, exemplum, prostravit. Serpebat interim, dum Episcopi sic ab Arianis attraherentur, per civitatem rumor, fraudibus agere Arianos. Valens quasi de injuria sibi facta publice questus, negat se esse Arianum: idem fit ab aliis Arianis. Claudius Episcopus provinciæ Piceni legit ea, etiam in præsentia populi, qui ex urbe tota ad Ecclesiam concurrerat. Valens negat ista sua esse, et in eum, qui negaret Christum Deum et Dei Filium, ante secula ex Patre genitum esse atque Patri similem secundum Scripturas, atque Filium Dei diceret, creaturam, ut sunt ceteræ crea-

:eaturæ, huncque esse de nullis exstantibus, et on de Deo Patre, fuisseque tempus, quando non ierit Filius, de quibus incusabatur, magna voce nathema dicit, ceterisque etiam omnibus anathe- na conclamantibus. Fit omnium plausus, etiam otius multitudinis, quæ ex urbe convenerat. Re- ocant, et retractant, quam de Valente, ceteris- ue Arianis quasi sinistram hactenus habuerint pinionem. *His ita gestis*, ait S. Hieronymus Dial. cont. Luciferian. *concilium solvitur, læti mnes ad provincias revertuntur.*

Videbatur pax, et concordia esse facta his, qui in concilio erant. At vero brevi viderunt se er Arianos deceptos esse. *Valens enim, et Ur- acius*, sunt verba ejusdem Hieronymi cit. loc. *ceterique nequitiæ eorum socii, egregii scilicet Christi sacerdotes, palmas suas jactare, dicen- es, se Filium non creaturam negasse, sed simi- em ceteris creaturis. Tunc Usiæ nomen aboli- um est, tunc Nicænæ fidei damnatio conclamata st. Ingemuit totus orbis, et Arianum se esse niratus est.* Nempe sic hæc jactabantur ab Aria- is de Usiæ nomine quasi abolito, et de fidei Ni- cænæ damnatione. Nam sic certe quidem non enserunt orthodoxi Episcopi qui in Concilio Ari- minensi præsentes non fuerunt, et factum eorum piscoporum, qui ei interfuerunt, damnaverunt: ed neque ab his sic conclamatum fuit, de quibus erum idem Hieronymus cit. loc. *Concurrebant*, nquit, *qui Ariminensibus dolis irretiti sine con- cientia hæretici ferebantur, contestantes Corpus Domini, et quidquid in Ecclesia sanctum, se ni- il mali in sua fide suspicatos. Putavimus, aje- ant, sensum congruere verbis. Decepit nos bo- a de malis existimatio. Non sumus arbitrati Sa-*

cer-

cerdotes Christi adversus Christum pugnare, taque alia, quæ brevitatis studio prætereo, tes asserebant, parati et subscriptionem p nam, et omnes Arianorum blasphemias c mnare. Ingemuit tamen totus orbis, dum pe anos traduceretur veluti. Arianus, quique se factum esse, eorumdem videlicet Ariar jactatione, miratus est, quem non sineret d re propria conscientia, sibi nihil commun cum impietate Ariana.

Ariminense Concilium, si numerus Epis rum spectetur, posset conferri cum concili nerali. Nec illud, ne esse potuerit gen debet obstare, quod coactum fuerit solum do ex Occidente. Nam et concilium Co tinopolitanum I. quamvis perinde constite Episcopis solius Orientis, evasit tamen ge Fuerunt autem et alia concilia, quæ, quoa vocationem Episcoporum fuerint generalia, men invicte pro veritate non steterint, sed psa sint: quale fuit Ephesinum II. Constanti litanum Iconoclasticum, alterumque hujus nis sub Photio. Neque tamen non ideo E perstitit, adversus quam portæ inferi præ nequeunt. Etenim Episcopi congregati eti generali concilio solummodo repræsentant u sam Ecclesiam, non concilium generale univ Ecclesiam in se comprehendit. Nam seque tam Episcopos absentes a concilio, quam o reliquam Fidelium multitudinem, futuros Ecclesiam. De Concilio Ariminensi sic scr est a Damaso Papa ad Episcopos Illyrici Theodoretum lib. 2. H. E. cap. 13. *Numerus scoporum, qui erant Arimini in unum cong ti, præjudicii vim habere non debet, præ cum formula illa composita sit, neque Ep*

no, cujus sententia præ ceteris omnibus ex-nda erat, neque Vincentio, qui tot annis ›patum integre gesserat, neque aliis eisdem ›tientibus.

'oncilium Seléucense anno eodem, quo Ari-se, sed jam ad finem vergente habitum est. nerunt Episcopi centum, et sexaginta. Ex niariani erant centum et quinque, Anomoei aginta, Orthodoxi nonnisi quindecim. In-›s fuit etiam S. Hilarius Pictavorum in Gal-iscopus quartum jam annum exul in Phrygia b causam, quod communionem fugiens cum ıino Arelatensi Episcopo, nec non cum Va-et Ursacio Arianis, in eos etiam excommunica ı pronunciaverit, qui cum his communionis ·tium servassent. Nam hi conciliabulo habi-terris in Gallia cum Hilarium vicissim da-ssent, fecerunt, ut ab Imperatore relega- Semiarianorum primipili erant Georgius :enus, Eleusius Cyzicenus, et Macedonius ıntinopolitanus. Anomoeorum capita fue-ıcacius Caesareensis in Palæstina, qui Euse-ıesareensi successit in Episcopatu, Georgius ndrinus, et Eudoxius Antiochenus. Leonas ›eratoris aula cum Lauricio præfecto exerci-rator erat constitutus concilii. Concilium to-ctum est meris altercationibus inter Semia-ı, et Anomoeós, Catholicis, cum admodum essent, nihil, quidquid conarentur, profici-ıs. Dum autem ab illis inter disputandum :m talia proferrentur de Deo, quæ nec au-ossent honestis auribus, quale fuit, si Deus ex se genuisset Filium, opus igitur habitu-'uisse commercio feminae, et plura ejusmo-uæ sunt non tantum in hominibus, verum

etiam

etiam in brutis generationis instrumenta, ingemiscebant Orthodoxi, tam absona dici posse de Deo, et S. Hilarius ista referens in libro contra Constant. *O miseras*, inquit, *aures meas, quæ tam funestæ vocis sonum audierunt, hæc de Deo ab homin dici, et de Christo in Ecclesia prædicari!* Anomoei voluerunt novum fidei Symbolum condi. Repugnarunt Semiariani, illudque proposuerunt, et contenderunt debere valere, quod in Synodo Antiochena erat confectum. Hoc illud fuit Symbolum, quod sibi composuerunt in Antiochena su Synodo, et Nicæno substituerunt. Dum autem Acacius, Anomoeorum signifer, Symbolum ejusmodi protulisset, in quo damnabat, ὁμοούσιον esse Filium Patri, quod Semiariani profitebantur, una autem etiam poneret Filium ὅμοιον Patri, id est, similem, Semiarianique ex eo quæsivissent, quonam modo ista secum consentanea dicerentur, respondit Acacius, Filium sola voluntate similem Patri esse, non vero in natura, et substantia. Disputationes inter Semiarianos et Anomoeos tam pertinaces fuerunt, ut ipse Leonas jam adesse ultra in concilio noluerit dicens: *Ego adesse non possum. Abite ergo, et in Ecclesia garrite. Ap. Socrat. l. 2. c. 4.* Exitus is fuit concilii, ut hæ duæ factiones se invicem excommunicaverint, atque anathemate confixerint.

Ex concilio utraque pars misit legatos ad Imperatorem Constantinopolim. Ubi cum altera adversus alteram continuasset insurgere, et apud Imperatorem accusare, allatumque esset Symbolum, quod Sirmii tertio fuit ab Arianis confectum, et ab Ariminensis Concilii Episcopis omnibus subscriptum, compulit Imperator tam Semiarianos Seleuciensis concilii, quam Anomoeos eidem Symbolo sub-

scribere. Fit denuo Constantinopoli concilium. cius nequitia usus in hoc symbolo mutatio- fecit, Filium Patri similem ponens, sed supnendo vocabulum *unius substantiæ*, intelligens um Patri similem esse sola voluntate, non ad naturam. Imperator cum credidisset, moeos consensisse cum Semiarianis, cum ei- Symbolo subscripsissent, jamque antea Ariensis etiam Concilii Episcopi Catholici, persvait sibi rem eam esse perfectam, quam volebat, otus mundus conveniret in unius, ejusdemque anismi professione. Legatos utriusque partis e euciensi concilio euntes Constantinopolim etiam Hilarius secutus fuit: et quoniam prævidebat iarianorum partes suscepturum Imperatorem, us libellis ei oblatis petiit, ut ipso præsente a his disputandi facultas sibi concederetur. Seriani averterunt Imperatorem ab hac concesie, verentes congredi cum Hilario, sed ei erunt, ut hominem, qui solummodo turbas itaret in Oriente, remitteret in Gallias ad su- Episcopatum. Ita Hilarius redeundi ab exilio ltatem obtinuit. Formula illa fidei ab Ariminens subscripta, itemque Constantinopoli a Seminis, et Anomoeis, sed per Acacium dogmati moeorum adcommodata missa est ad omnes vincias Romani imperii cum Imperatoris man-, ut Episcopi omnes, qui subscribere ei noluis-, in exilium pellerentur. *Omnes tum Ecclesias*, Sozomenus l. 4. c. 26. *ubique ejusmodi persecutio*, *smodi olim sub ethnicis Imperatoribus grasfuit, occupavit*. Liberium Papam in hac caitate se abdidisse ad suburbana coemeteria in ue latitasse usque ad obitum Constantii, do- Baronius ad a. 359. ex Actis quibusdam anissimis Liberii. Non diu duravit hæc procel-

la.

la. Nam. die 5. Novemb. a. 361. hic Imp
aeternus, qualem se praedicabat in suis
prorsus nondum matura ætate annum quipp
tum adhuc agebat quadragesimum, et qui
vivere desiit. Dum adversus Magnentium
ctus in expeditionem esset, Gallum, patı
suum, Caesarem creaverat, Orientique pr
rat, id quod §pho 67. demonstratum est.
e medio sustulit anno quarto post ob nimia
vitiam. Galli frater fuit Julianus. Hunc q
cum Caesarem creasset, isque re bene ge
Gallia adversus Alemannos ab exercitu Imp
fuisset salutatus, hancque dignitatem assum
non habito consensu Constantii, exortum in
est bellum. Alter adversus alterum ducebat
citum. Constantius ab Oriente tendens in
dentem cum Tarsum venisset, Ciliciæ urbe
bri correptus est. Continuavit tamen adhu
Ad fines autem Ciliciæ cum pervenisset,
ingravescente progredi ulterius non potuit.
periculum vitæ advertisset, *Qui ad finem*
sunt verba S. Athanasii lib. de Synod. *pern*
in impietate, hæreticus fuit, deinde morie
luit non a piis viris, sed ab Euzojo, non
sed sæpiús ob Arianam hæresim deposito, r
que baptizari. Ecclesiam vehementer tur
multaque detrimenta Religioni intulit, eaqu
merita comparavit, ut dignum se fecerit, c
ter præcipuos Ecclesiæ persecutores numer

§.

§. 71.

Juliano Imp. et iis quæ egerit, factus apostata, adversus Christianam Religionem.

Mortuo Constantio universum imperium in ianum recidit. Patre Julio Constantio, qui ;er fuit Constantini M. natus est. A teneris in ·istiana Religione educatus est. Dum Constan-, imperium adeptus, cognatos suos occidisset, ımvis nullam hi ei suspicionem præbuissent alius periculi, Gallumque morbus, quo labora-, unde videbatur moriturus, Julianum pueriætas, quippe octennis tantum erat, ex cæde mit. Ambo deinde in Cappadociæ quadam vilnon longe Caesarea educati, et literis exculti a tantum humanioribus, verum etiam sacris, ro quoque adscripti sunt, et lectorum munere ıcti in Ecclesia. Dum autem philosophiæ opea Julianus dat Constantinopoli, Maximus Ephes, quo usus magistro in philosophia est, hunc Christiana Religione ad paganam superstitionem luxit, si hoc fecisset, quasi deorum oraculo ei ındens Imperatoriam dignitatem, cujus cupido a eum incesserat, cum ejus indoles imperio dia jam coepisset vulgi sermonibus celebrari. Sed idcirco veniret in periculum apud Constanti-, comam sibi rasit, monachumque induit. Cre- hæc cupiditas Imperii in eo, postquam Gallum lit Caesarem factum: Græciamque peragrans, iolos, et aruspices consulebat, ominaque capiet de suo imperio. Quodam in loco a sacrificulo productus ad templum, cum ad hujus præstigidaemonum larvæ ei apparuissent, et Juliano ucis signum supra se formante ex more Christiæ Religionis, spectra disparuissent, seque timore

more excusasset ob crucem a se formatam virtute daemones diffugerint, sacrificulus inquit, *hoc credas. Non enim timuerun ut tu censes, sed factum tuum abominati serunt.* Apud Sozomen. l. 4. c. 2. Idemque etiam Theodoretus lib. 3. H. E. cap. 3. S. rius Naz. quoque Orat. 1. in Julian. de ho *luit*, inquit, *signaculum, cedunt daemone luntur timores.*

Imperator factus aliquantisper adhuc s laverat Christianum. Sacrisque etiam inte Ecclesia in festo Epiphaniæ: brevi autem professus est, deorum gentilium se culto se: quorum templa adiit, victimasque in molavit, omnem immunitatem, et emolu quibus sub ethnicis Imperatoribus fruel sacrificulis concedens. Refert Sozomenus l. cum quadam die Constantinopoli in templ sacrificasset, Marim Episcopum Chalcedo senem, et oculos habentem suffusione affe curasse ducendum ad idem templum, et objecisse defectionem a fide. Qui vero Epis caecitatem illudens, *Numquam profecto, Galilæus Deus tuus te sanabit.* Cui cum pus respondisset: *At ego gratias ago De quod luminibus orbatus sim, ne te videam, pietate excidisti:* Julianum autem nihil ul ponentem abscessisse. Idem Gregorius N *cit.* refert, ad Baptismi lavacrum extergend manusque suas ab incruento illo sacrifici quod nos Christo, ipsiusque passioni, et tati communicamus, eluendas, victimarum ne se abluisse. In publicis imaginibus sic s vit fingendum, et pingendum: ut jam Jupi ronam, atque purpuram ei porrigeret, jan

Mercurius hilari vultu, oculisque blandis eum
ıeretur. Martem, et Mercurium sibi appositum
ua imagine ad scientiam rei militaris, et elo-
ntiam venditandam de se voluit valere. As-
ıpsit habitum philosophi, ex horumque institu-
professus est se imperaturum undique, philo-
hos, et magos accersens in suum palatium.
n totus in eo esset, ut Christiana Religione ex-
minata, deorum falsorum cultum vel confirma-
, vel reveheret; hoc tamen erga Christianos
ratione existimabat se perfecturum quam ea
gvinaria, quam adhibuerunt anteriores Genti-
Imperatores. Sperabat nempe, hoc se ratio-
his et argumentis effectui daturum. Hac de cau-
librum etiam composuit adversus Christianam
ligionem. Evangeliorum veritatem in eo im-
gnavit, sic ostendere conatus Christianæ Reli-
nis falsitatem. Etiam dolis, atque astu conatus
Christianos inducere ad falsorum deorum cul-
n Donativum dederat militibus. Quod qui ac-
perant, thus adolebant in arula in loco, ubi
ativum dabatur collocata more Romanis usita-
Id quod fiebat erga deos pro Imperatoris sa-
t. Milites Christiani, ne hoc deberent facere,
a donativo abstinuerunt; alii non advertentes,
thuris illa incensio dirigeretur, cum aurum
epissent, thus adoleverunt. Hi deinde cum læ-
derent, et biberent, vinumque propinantes
singula pocula Christum nominarent, *Mirum*
dpiam patimini, dixit his quispiam alter, *Chri-*
n invocantes, quem paulo antea negavistis
e, cum donativum accipientes a Principe, thus
focum imposuistis. Apud Sozomen. l. 5. c. 17.
nus cum advertissent, quod admiserunt, exi-
nt, clamore magno, et lacrymantes testantur,
Christianos esse: si manus per ignorantiam sa-
cri-

nec non Jerosolymam incolentes omnes Christianos bestiis, arte etiam sævioribus, objiceret, eorumque laniatu spectaculum sibi faceret. Permulti etiam a plebe, quæ adhuc idolis erat addicta, vexati miserrime, et interempti sunt connivente Juliano. Id, quod in iis præsertim locis accidit, in quibus Christiani, cum ethnicis prævalere numero coepissent, se deinde verterant ad idolorum evertenda simulacra, et fana. Ascalone et Gazæ in Palæstina ethnici ventres Sacerdotum et feminarum, quæ virginitatem suam Deo consecraverant, disciderunt, atque in hos hordeo impletos porcos immiserunt. Licentiam scortandi, quam quasi rem religiosam erga deos suos exercere consveverant, quæ iis per Constantinum interdicta fuit, sic ultum iverunt. Similia plura legere est apud Socratem l. 3. c. 15. Sozomenum l. 5. c. 7. etss. et apud Theodoretum l. 3. H. E. c. 7. Ab iisdem Gentilibus sub Juliano furentibus in Christianos etiam sublatus est Georgius pseudoepiscopus Alexandrinus. Hic Alexandriæ templum Mithræ everterat, ut eodem in loco Ecclesiam ædificaret. A Persis hoc numen acceptum fuit, sicque hoc Mithræ nomine sol colebatur, idque humanis victimis: iisque, qui se initiandos ejus cultui obtulerunt, per multa cruciamenta transeundum erat testibus Porphyrio *l.* 2. *de Animalium abstinentia*, et Lampridio *in Commodo*. Incidens Georgius in subterraneum profundum illius templi adytum, hincque calvarias hominum, qui illi erant mactati, protulit cum multis instrumentis, quibus in Mithræ sacris excruciari solebant homines, spectandaque dedit ad ludibrium Gentilium. Quamobrem hi cum in alios sævierunt, tum in Georgium eumdem maxime exarserant, cameloque alligatum, et per urbem raptatum deinde in ignem

iem una cum camelo injecerunt, et combusse-
nt. Quæret fortasse quispiam, num etiam hic
iristi martyr habendus sit. Afferam sententiam
. Cypriani, et Augustini, ex qua hoc possit in-
ligi. *Esse Martyr non potest*, ait S. Cyprianus
. de Unit. Eccl. *qui in Ecclesia non est. - - -*
deant licet flammis, et ignibus traditi, vel ob-
ti bestiis animas suas ponant, non erit illa
ii corona, sed pœna perfidiæ, nec religiosæ
tutis exitus gloriosus, sed desperationis inter-
s. Occidi talis potest, coronari non potest.
Augustini Epist. 123. ad Donatum sunt hæc
rba: *Extra Ecclesiam constitutus, et sepera-*
a compage unitatis, et vinculo charitatis æ-
no supplicio punireris, etiamsi pro Christi no-
ie vivus comburereris. Cæsareæ Philippi, quæ
itas vetustiore nomine Paneas fuit appellata,
ilier Christo statuam æneam statuerat, quae
xu sangvinis ab eo liberata erat. *Matth.* 9., *v.*
quemadmodum est apud Eusebium *lib.* 7. *H.*
c. 18. Dum Gentiles sub Juliano in Christianos
charentur, oculos etiam attentius intenderant,
deprehendentes, cujus esset, de ea Julianum
tiorem fecerunt. Is hanc amoliri, suamque in
 locum substitui jussit. Christi statuam Gentiles
tando per urbem confregerunt. Simul autem
ue Juliani statua constituta in eodem loco est,
nén e cælo delapsum caput statuæ cum collo
ussit, pectus ejus diffregit. Sozomenus l. 5.
21. testatur, se vidisse, sua adhuc ætate,
gmenta statuæ æneæ Christi, a Christianis col-
ta, et in sacrario templi conservata.

Quamvis Julianus sævitiam in Christianos non
nper aperte exercuerit affectatione moderatio-
cujusdam philosophicæ in imperando; hanc

posterum his non fruerentur, sed etiam
tuere cogerentur, quod ad illud tempus
rant. Mulctam imposuit pecuniariam
qui diis non sacrificarent, cujusque ex
servabatur severissime. Legem tulit, ne
nus in palatio ullum gereret militare mu
magistratum, nec non et in provinciis
prætendens, illicitum esse Christiano, u
in eos, qui capitalem pœnam commerui
ter eos, qui tunc cingulum militiæ dep
fuerunt etiam Jovianus, Valentinianus
lens, qui postea omnes adscenderunt
Imperatoriam etiam dignitatem. A Val
illud quoque factum est, antequam d
aulam. Dum Imperatorem, pergentem
ptum Genii, pro officio suo, et obsec
Imperatorem antecederet. et gutta aqu
lis, qua æditius in foribus templi ads
peratorem, in eum cecidisset; is pugnu
impegit, dicens, se inquinatum, non p
ejus adspersione esse. Valens, et Val
relegati sunt. Iovinianus, etsi libertate
tenda Religione usus fuisset vel maxim
retentus in munere suo ab Juliano est
bellum adversus Persas. Illius se privar
et opera in hoc bello noluit. Omniu
inum Juliani inventum hoc fuit ...

;ticis Gentilium expeditius respondere possent. ɔcrat. l. 3. c. 13. Sozomen. l. 5. c. 18. Theodor. 3. H. E. c. 16. E Christianis, qui tum scholas ıblice docuerunt, docendique munus dimiserunt, S. Hieronymo in Chronico celebratur Proareus Sophista Atheniensis, et Marius Victorinus ıtione Afer, qui Rhetoricam Romæ docuit, et ; fidem perderet, quemadmodum de eo S. Auıstinus ait lib. 8. Confess. c. 5. loquacem schom deseruit. Hic tantum paululum ante, jamque ıliano imperante sic ob doctrinæ præstantiam ıit in omnium admiratione, ut statua etiam ei omæ in foro a Senatu collocata sit. Simplicias huic erat familiaris postea Mediolanensis Ecesiæ Presbyter, et S. Ambrosii in Episcopatu ıccessor, cumque hoc sæpe colloquens de Relione, ejusdem svasu Scripturam sacram, aliosue a Christianis editos libros lectitabat. Sic perıctus ad agnitionem Christianæ Religionis Simiciano dixerat aliquoties: Noveris jam me Chrianum esse. Non credam, responderat Simpliınus, nec te inter Christianos deputabo, nisi lero in Ecclesia Christi. Cui Victorinus, Erne parietes faciunt Christianum? Incidit postea eum Evangelii locum, ubi Christus dicit, se ınc negaturum in cælo, qui se coram hominiıs confessus non esset Matth. 10. v. 32. Nihil tra cunctatus, Eamus, ait Simpliciano, in Ecsiam. Volo Christianus fieri. Nomineque dato ıristianæ Religioni, fidei professionem postea, ıamvis etiam submissiore voce facere potuisset, ıta, et altissima fecit summo Christianorum nnium gaudio, et gratulatione. S. Augustinus :. loc. nondum tunc in Ecclesia, fatetur, hujus ri tali exemplo sibi quoque stimulum esse adtum ad id, quod postea et ipse fecit.

Inter artes, quibus nocere Julianus R
ni Christianæ studuit, et exitium ei afferr
quoque fuit. Episcopis omnibus, et Cleric
discrimine, et sive orthodoxi essent, sive l
doxi cujuscumque sectæ, concessit redit
exilio. Quamvis enim Ecclesiæ nihil opt
esse potuerit, quam suos recipere Episcopo
pro religione fortissime steterant; *Tamen*
ait Sozomenus l. 5. c. 5. *non miseratione*
sus jussisse dicitur Julianus, sed ut ex
inter illos contentionibus Ecclesia civili bel
flictaretur, et a suis institutis descisceret.
testante etiam Ammiano l. 22. c. 5. diss
Episcopos, quin et ipsam plebem in Re
dissidentem ad palatium vocare solebat, et
ri, ut suam quique sectam studerent eveh
pra omnes alias. Tunc inter alios Christi a
etiam Athanasius iterum Alexandriam red
triumphatorem suum, ut S. Hieronymus a
cont. Lucifer. cap. 7. Aegyptus recepit. S
gorius Naz. *Orat.* 21. hunc ejus reditum i
scribit, ut cum multis jam obviam prodit
etiam Principibus, factique concursus hor
nullius tamen occursionis major frequentia
atque splendor memoretur. Ivisse eum int
tissimas confertæ multitudinis acclamatione
gventa fuisse profusa, luminibus totam
colluxisse, convivia publica, et privata pe
versam Aegyptum acta esse. Prima ejus cu
reparare damna Religionis. Arianos ex E
populus ejecit, easque Athanasio tradidit,
nonnisi in obscuris, vilibusque ædibus,
apud Socratem l. 3. c. 4. hi locum ad egei
conventicula reperire potuerint, Lucio q
in locum Georgii sublati, episcopo sibi con
Socrat. l. 3. *c.* 4.

§. 72.

usebii Vercellensis, et Luciferi Calaritani reditus ab exilio. Controversia unane, vel tres hypostases dicendæ essent de Deo. Schisma Luciferianum. Hujus auctor sitne Lucifer Calaritanus. Dissidium Antiochenum inter Catholicos.

Eusebius Vercellensis, et Lucifer Calaritanus : Thebaide ab exilio revertentes, de Religionis parandis damnis etiam in Oriente solliciti, conituerunt alter eorum prius ire Alexandriam, alr Antiochiam. Erant in his urbibus duæ totius rientis primæ Episcopales sedes. Baronius in nnalib. ad a. 362. quo res hæc acta est, censuit, usebium, et Luciferum hoc fecisse ex munere gationis, sibi a Romano Pontifice impositæ. Sed on probat aliquo idoneo testimonio, nec tale ppetit. Suo igitur tantum studio erga Religioem hoc fecerunt. Alexandriam ivit Eusebius. bi habitum est deinde concilium. In hoc constitutum est, ut Episcopi, aliique Clerici, si ab hæesi reverterentur ad Ecclesiam, reciperentur recto ipsis etiam gradu, in quo fuerunt Clericas muneris, iis solis exceptis, qui in hæresi fuisent, aliorum antesignani, et duces. Fuit tunc a etiam controversia, essentne dicendæ in Deo es hypostases, vel una, dum alii tres, alii tanm unam contenderent esse dicendam, et profiendam. Athanasius sapientissime diremit litem, trosque jussit dicere, et exponere, quid vocaulo hypostaseos intelligerent. Ii, qui asserebant es esse in Deo hypostases, declararunt, hoc vobulo a se inteltigi πρόσωπα, *personas*; alteri, qui nam asserebant hypostasim, responderunt se

hoc

hoc verbo intelligere οὐσίαν, *substantiam*. Ita apparuit, esse controversiam de solo nomine, quoad rem autem utrosque convenire. Attamen non ita sedata est nunc hæc contraversia, ut etiam desierit. Nam postea adhuc ipse etiam Hieronymus in hocce dubio ad Damasum Papam recurrit Epist. 57. professus se id secuturum, quod ab eo constitutum, et definitum esset.

Antiochiæ, quo se Lucifer contulit, in ejusmodi statu erant res. Eustathio sanctissimo Episcopo ab Arianis iniquissime ex Episcopatu dejecto, (supra §. 60.) Catholici carebant Episcopo. Ariani enim nonnisi Arianos in locum Orthodoxorum Episcoporum ad Episcopatus intruserunt. Eudoxio autem, eodem illo, de quo jam fuit sermo §. 69. ad Episcopatum Constantinopolitanum se transferente, iidem Ariani Meletium ordinarunt Episcopum Antiochenum, putantes esse Arianum, qui tamen erat apprime orthodoxus. Quam ob rem hunc iidem Ariani etiam in exilium egerant, Euzojumque alium Episcopum ordinaverant. Data facultate Episcopis ab Juliano redeundi ad suas Sedes, Meletius quoque reversus est Antiochiam, et Catholicorum egit Episcopum, non tamen omnium: siquidem pars Catholicorum se cum hoc conjungere noluerit, eo quod ordinatus esset Episcopus ab Arianis. Hujus partis Catholici, dicti Eustathiani, caruerunt ad hoc usque tempus Episcopo, tantumque a Paulino Presbytero regebantur. Dum ergo Lucifer venisset Antiochiam, iisdem his Eustathianis Catholicis ordinavit Episcopum hunc eumdem Paulinum. Ita factum est, ut tres Antiochiæ essent Episcopi, Euzojus Arianorum Episcopus, Catholicorum vero duo, Meletius, et Paulinus; quique quemadmodum

in duos Episcopos haberent, ita etiam divisi ent ab invicem in partes duas. Alexandria Anchiam Luciferum secutus est Eusebius. Quo cum aisset, Luciferi factum non probavit, judicans, ortuisse eum potius partes Catholicorum, æ ab invicem erant sejunctæ, conciliare, et in um corpus componere, non novo superaddito iscopo fomentum divisioni dare. Moleste tulit cifer factum suum ab Eusebio non esse approtum, vicissimque reprehendit ea, quæ in Sydo Alexandrina de recipiendis ad communiom Ecclesiæ hæreticis erant, suffragatore Euse›, constituta. Sunt, quemadmodum sequetur, i dicant, eousque Luciferum in hac sua alietione ab Eusebio processisse, ut se ab hujus am communione separaverit. Postquam Luci· pervenit in Sardiniam, non diu superstes fuit. *crat. l.* 3. *c.* 5. *etss. Sozomen. l.* 5. *c.* 12. *Theret. l.* 3. *H. E. c.* 4.

Ab hoc Lucifero secta quæ Luciferianorum t appellata, nomen accepit. Ecclesia etiam Arinensis, Concilii Episcopos, qui cum Arianis nmunionem iniverant, facti sui pœnitentes, in ım receperat communionem, atque ipsos etiam ianos, ejurata hæresi ad Ecclesiam revertentes. ic improbarunt Luciferiani, et a communione segregarunt eorum, qui sic egissent sive erga ianos, sive ipsos etiam Ariminenses, atque eo a communione totius Ecclesiæ. Hujus scismis, et schismatis, quod nomen a Lucifero hare nemini dubium est, ipsene etiam Lucifer ctor sit, vel tantum alii, conditores istius hisma[illegible]s, ejus nomine abusi sint ad concilianım suo schismati auctoritatem, habet controrsiam. Cardinalis Orsi, Bollandistæ ad diem 20.

Ma-

Maji, pluresque alii susceperunt Luciferum de dendum adversus hanc incusationem. Nimium premitur testimoniis tam Historicorum, q etiam Patrum. Rufinus l. 1. c. 30. *Regre inquit, ad Sardiniæ partes Lucifer, sive cito morte præventus tempus sententiæ muta non habuit, sive hoc animo immobiliter ins rat, parum firmaverim. Ex ipso interim L ferianorum schisma, quod licet per paucos ac volvitur, sumpsit exordium.* Sulpitius Sev Hist. l. 2. *Lucifer*, ait, *non tantum eos, qui mini fuerunt, condemnavit, sed etiam se ab rum communione separarat, qui eos sub s factione, et pœnitentia recepissent.* Aeque S. brosius Orat. funebri de Satyro fratre suo, *L fer*, inquit, *se a nostra tunc temporis commu ne diviserat*, laudatque eumdem Satyrum, in schismate non existimaverit esse fidem. I dicunt de Lucifero S. Hieronymus *Dialog.* *Luciferian. c.* 7. et S. Augustinus *lib. de Ha cap.* 81.

Illius vero memoriam inter Cælites colit ritana Ecclesia. In quo tamen animadverten est, immunem ab errore tantum esse univers Ecclesiam: deinde si errore Lucifer coleretur i Cælites, futurum hunc errorem solummodo cti, non fidei: de quo quæstio etiam esse p qualis fuerit, bonusne vel malus, dum obi quamvis schisma fecisset: siquidem mori p tens potuerit. Schisma hoc brevi tempore vit, jamque sub Theodosio M. exstinctum neque ullum uspiam exstat vestigium, quem ex Episcopis Calaritanæ Ecclesiæ post Lucife fuisse in hoc schismate. Jamne vero, qui eum Episcopi Calaritani Catholici fuerunt,

fer

um pro Sancto coluissent, si schismaticum fu-
e credidissent? Calari exstitit etiam Ecclesia
memoriam S. Luciferi ædificata, inventum
oque ejus corpus est cum sanctitatis indiciis,
racula etiam, quæ ejus sanctimoniam testen-
:, referuntur a Bollandistis, testimoniis com-
)bata, ad diem 20. Maji, et apud Spondanum
a. 362. Natalis Alexander Sec. IV. cap. 5. art.
. hunc Luciferum, quem Calaritani pro Sancto
luerint, asserit, fuisse Calaritanum Episcopum,
umque ex iis, qui eo tempore, quo Hunneri-
s afflixit Ecclesiam, fortissimus in fide defen-
nda fuerit. Nihil vero habet, quo assertionem
ım probaret. Nec probabile est, Luciferum,
em virum, asserere voluisse, idque pertinaci-
·, et contra id, quod factum viderit semper
n antea etiam in Ecclesia, Arianos, si deposi-
hæresi recipi peterent ab Ecclesia, et eo ma-
Ariminenses, qui tantum decepti cum Arianis
mmunionem iniverant, quos putabant orthodo-
sentire, esse arcendos ab Ecclesia, et denegan-
m veniam, quamvis poenitentiam egissent. Po-
tne ignorare, esse hoc damnatum in Novatia-
, et esse hunc hæreticum errorem? Tamne
tur levis fuisset, et præceps; ut qui tam invi-
ıs adversum Arianos in fide defendenda fuit,
ilium pertulit, nec mortem ejus causa reformi-
vit: se obstinate in errorem, quo ab Ecclesia
enaretur, conjicere voluisset?

Quid igitur? solummodo proinde dissensit ab
ısebio, aliisque Episcopis quoad modum, et
tionem, qua recipi deberent et Ariani, et qui
, cum his ineundo communionem contaminas-
nt, qualesque erant Ariminenses, quin hos
ımnando, et pro excommunicatis habendo, se-

que

que ab his alienando ipse in alienationem hanc inciderit ab Ecclesia. Nondum igitur eo usque devenit ut schismaticus fieret: quamvis hi, qui eum sectati sunt, ulterius usque ad ipsum etiam schisma deinde processerint: dumque jactassent mendaciter, Luciferum in hoc sibi esse auctorem, iste per eos in opinionem ipsius schismatis apud alios venerit. Nam hos ab Lucifero quidem, ejusque facto sumpsisse sui schismatis principium, quod tamen nonnisi ipsi perfecerint, inde quoque apparet: siquidem et alia assumpserint, quæ fides orthodoxa respuit: videlicet, animarum a parentibus in liberos fieri traductionem, et non valere Baptismum, qui per hæreticum esset administratus, quorum alterum constat ex S. Augustino *lib. de Hæres. cap.* 81. alterum ex S. Hieronymi *Dialogo contr. Luciferian. cap.* 9. Et ne ego videar hoc tantum mea adstruxisse opinione, en verba Sozomeni l. 5. c. 13. *Lucifer contumeliæ loco ducens, quod Eusebius ordinationem Paulini non probasset, communicare illi detractavit, et altercandi studio ea, quæ Alexandriæ in Synodo decreta fuerant, reprehendere conatus est. Atque ea res occasionem præbuit sectæ illorum, qui ex ejus nomine Luciferiani sunt appellati. Etenim ii, qui una cum illo ob eas res indignati sunt, seipsos ab Ecclesia præciderunt. Ipse vero, quamvis exulcerato prorsus animo esset; tamen quoniam per Diaconum, quem una cum Eusebio miserat, se Alexandrinæ synodi Actis consensurum promiserat, cum Ecclesia Catholica consentiens, in Sardiniam rediit.* Pariter Socrates l. 3. c. 9. dicit, Luciferum Ecclesiasticam retinentem fidem in Sardiniam ad propriam sedem recessisse: illos vero, qui una cum ipso primum fuerant exulcerati, hactenus ab Ecclecle-

...ia segregatos manere. Nam dum de istis hoc ...posite dicit ad id, quod factum ab Lucifero ...t; sequitur, Luciferum ab Ecclesia segregatum ...m fuisse, ac proinde neque schisma fecisse.

Illa vero Orthodoxorum Antiochiæ in partes ...nas scissio, cui Lucifer Paulinum ordinando quasi ...eum camino addidit, satis diu, ad annum videli...t 413. duravit, quamvis et ipse populus ex utraque ...rte fuisset pro compositione. Valens Imperator, ...m etiam Catholicos acerbissime persecutus es..., secta Anomoeus, Meletium in exilium ejece..., Paulino pepercerat, quod in summa apud ...nes fuisset veneratione. Valente sublato, Me...tius reversus ab exilio egit cum Paulino, ut in ...am, eamdemque Ecclesiam convenirent, con...nctimque administrarent Episcopatum, donec ...lteruter eorum mortuus esset, atque ita per ...ortem alterius Episcopatus ad unum rediisset. ...ulinus autem consentire noluit eo, quod Mele...us ordinatus Episcopus ab Arianis esset. Atta...en populi ambæ partes sponsionem sibi mutuam ...derant, mortuo altero Episcopo, alteri sese ...bjecturas, et in unum corpus coituras, atque ...uper a Presbyteris etiam jus jurandum exege...nt, se Episcopatum non suscepturos, donec ...æsentium Episcoporum aliquis superesset. Anno ...1. Meletius mortuus est: neque tamen ii, qui ...b hoc Episcopo erant, Paulino se subjicere vo...erunt, dumque his etiam favissent Syriæ, et ...læstinæ Episcopi, Flavianus in locum Meletii ...piscopus ordinatus est. Paulinus quoque mori...undus a. 389. Evagrium, qui sibi succederet in ...piscopatu, per seipsum ordinavit. Celeriter de...ssit. Cavit quidem Flavianus, et impedire vo...it ne successor Evagrio daretur, obtinere ta-

men

men non potuit, ut ea pars Orthodoxorum, qui Paulinum secuta erat Episcopum, se se ei subj ceret; siquidem neque Meletiani hanc prius co ditionem, mutuo consensu initam, servass Eadem disjunctio continuata est sub Porphyri qui mortuo Flaviano in ejus locum se se intru rat clandestina ordinatione, nihil minus quam gnus Episcopatu. Post hunc a. 313. Alexander ctus Episcopus dissidium sustulit sua prudent Postquam partes dissidentes blandis verbis ad co cordiam sæpius hortatus esset, jamque inclin ad hanc omnium animos vidisset, cum suæ p tis Clero, et populo ivit ad Ecclesiam partis a rius, omniumque unam psalmodiam instituit, c que cantu omnes ex hac Ecclesia producens, c his deinde processit ad Ecclesiam totius urbis m ximam, tali, ut perhibet Theodoretus l. 5. H c. 35. festivitate qualem nemo mortalium vid unquam, populi immensa multitudine ejusque vii instar, qui urbem alluit, se se per urb tendente, totaque hac cantu personante, dum terim Ariani, Judæi, et Gentiles, quos jam modum paucos superfuisse dicit, ringere livoreque, ac invidia striderent.

§ Eusebins Antiochiæ ab Lucifero divulsus, star medici præstantis, ut ait Socrates l. 3. c provincias Orientis peragravit, eosque, quos pererat infirmos in fide, sanavit. In Illyri postea venit, demumque in Italiam delatus, que damna, quæ observavit Religionis, rep vit. Ad ejus reditum, teste Hieronymo *in Di cont. Luciferian.* Italia lugubres vestes mu Idem in Gallia S. Hilarius post suum reditum exilio fecit: cujus opera etiam Synodus Pa fuit celebrata, in qua sanatis iis, qui Ariani

era

nt affecti, ceteri perpauci, qui redire ad sa-
tem noluerunt, inter quos fuit Saturninus
iscopus Arelatensis, dejecti ex Episcopatu
t. Sulpitius Sev. lib 2. Hist. hoc ei elogium
buit: *Illud apud omnes constitit, unius Hila-*
beneficio Gallias nostras piaculo hæresis li-
atas.

§. 73.

Athanasii iteratum exilium. Judæi hortante Juliano templum Jerosolymitanum restaurare conantur, sed incassum. Julianus in bello contra Persas perit.

Alexandrinorum lætitia ob redditum sibi Atha-
sum diuturna non fuit. Audivit Julianus, mul-
Gentiles opera Athanasii fieri Christianos. Da-
gitur literis ad Editium præfectum Aegypti
dat, ut Athanasium expellat Aegypto. Refert
omenus l. 5. c. 15. dum pelleretur Alexandria,
turbam populi Christiani circum se plorantem
isset, dixisse: *Bono animo estote. Nubecula*
n est, quæ cito præteribit. Theodoretus vero
l. H. E. c. 9. et Rufinus l. 2. Hist. c. 3. memo-
prodidit, Julianum dedisse etiam mandatum
Athanasio occidendo. Secundum hos, Navi-
flumine Nilo tendebat in Thebaidem, audiit
ex nuncio, prope esse, qui insequatur, ut
interimat: perterriti viæ comites svaserant
fugam accelleraret. Quibus vero ille, *Nolite,*
ait, *o filii deterreri. Eamus magis in occur-*
percussori nostro, ut sciat, quia longe ma-
est, qui nos defendit, quam qui persequitur.
nus: *Sic igitur* (apud Theodoretum) *cum con-*
tra

tra persecutorem ipsum navigarent, occurrit i[...] qui mandatum cædis acceperat, et quantum i[...] abesset Athanasius, sciscitatur. Ille, haud pr[...] abesse eum, respondit : eoque dimisso Alexandri[...] profectus, reliquo tempore Juliani ibi delituit.

Quod ex libertate Julianus quæsivit, q[...] sectis omnibus concessit, quæ se ab unitate Ec[...] siæ separarunt, ut quemadmodum sperabat, [...] tuis se se morsibus conficerent, idem eum [...] ad Judæos quoque excitandos, et exstimula[...] ut suum e ruinis templum Jerosolymæ su[...] rent. Nec tantum ad hoc eos hortatus est, [...] rum etiam sumptus pollicitus est, et præ[...] Confluunt Jerosolymam undique Judæi, et m[...] admovent operi adjuvantibus quoque Gentili[...] quin et Christianis Judæi ubique locorum i[...] tant, atque Imperatoris erga se favore freti e[...] Ecclesias incendunt. Nam *quantas Ecclesiæ* [...] *silicas*, ait S. Ambrosius Epist. 28. *Judæi te[...] re imperii Juliani incenderunt!* speciatimque [...] morat duas, quas Damasci incenderint, præt[...] quas Gazæ, Ascalone, Berithi: quodque fec[...] fere in omnibus locis, ubi habitarunt. F[...] illud Juliano in molimine hujus templi. V[...] efficere irritas eas prædictiones, quæ sunt f[...] per Danielem c. 9. v. 27. de templi Jerosoly[...] ni desolati nulla secutura unquam instaurati[...] ut est apud Philostorgium l. 7. c. 9. At vero [...] rillus Jerosolymitanus Episcopus (apud Socr[...] 3. c. 20.) non dubitavit asseverare palam, fut[...] brevi ut in templo, quod Judæi molirentur, [...] pis non maneat supra lapidem. Jam nudata [...] antiqua templi fundamenta, instabatque die[...] his erutis nova statuerentur, cum nocte a[...] dente terræ motu tam ea disjecta sunt, qu[...]

ra ex parte supererant fundamenta, et lapies, calx, omnisque materia, quarum rerum vis m ingens erat comportata ad exstruendum temlum, displosa est: multique Judæi ruina ædium int oppressi. Fortuita hoc tempestate factum sii persvadentes Judæi, haneque jam præteriisse iti, ad eos, qui erant oppressi, effodiendos conniunt. Tum vero ignes ab imo eruperunt neue tantum semel, sed eadem illa die identidem, dæosque, qui ut hos ignes effugerent, dispersi gà sunt, incenderunt, et oppresserunt. Et ne su tantum hoc factum esse videri posset, insente nocte crux in omnium Judæorum vestis apparuit, itemque una fulgens in aere. Jui tentare ultra ausi non sunt opus, quod cœpent. Sozomenus l. 5. c. 22. refert, ad hoc prodiium multos, ex Judæis conversos esse ad Christiam Religionem, reliquos etsi idem non fecerint, men confessos esse Christum Deum esse, cui temli ædificatio displiceat. Præter Sozomenum rem nc testatur etiam Socrates l. 5. c. 20. Theodoret. l. H. E. c. 20. Rufinus l. 1. c. 37. S. Gregorius Naz. Orat. Julian. S. Chrysostomus Orat. 2. in Judæos, quin Ammianus Marcellinus l. 23. c. 1. scriptor Gentilis.

Anno 363. ineunte vere Julianus ivit in belm adversum Persas, missis antea legatis Delos, Delum, Dodonam, ad aliaque oracula scitatum de belli eventu, quæ omnia victoriam i spoponderunt: habuitque fixum, et deliberam, post suum reditum vires suas omnes contere adversus Galilæos: quo nomine Crinos designavit: siquidem et Christum per ntemptum appellaverit Galilæum. Ditiones Perum ingressus pervenerat jam Chtesiphontem sidis urbem. Hic vero magnam sensit difficul-

tatem

tatem videns adversus hanc urbem nec vi, obsidendo quidquam se profecturum. Veni Julianum Persa, simulans se transfugam: pol tur se, eum ducturum usque ad interiora Per rebus omnibus refertissima, ut nec annonam dem secum pro exercitu debeat vehere. Cre Julianus. Sequitur. Venit ductu illius trans ad interiora Præsidis, sed incultissima, et v Transfuga disparet. Persæ incipiunt ipsum pr re undique. Conatur reducere exercitum, n reat fame. Occurrunt infestis armis Persæ. mani horum magna edita strage perrum Cautius deinde Persæ insequuntur. Oritur it pugna. Dum autem Julianus suos hortatur ad nue pugnandum, telo ancipiti per pectus t ctus est: quod conatus evellere manum ita s ut ipsos nervos etiam inciderit. *Ajunt vu accepto*, sunt verba Theodoreti l. 3. H. E. *illum statim haustum, manu sua sangvin cœlum jecisse, hæc dicentem: Vicisti Gal et uno, eodemque tempore tum victoriam co sum esse, tum blasphemiam vomuisse.* Pe vel Romanus miles hoc in Julianum telum c cerit, fuit debitatum. Libanius Sophistes G lis in Oratione funebri de Juliano convitios contulit in Christianum, tantum inde, quod stianis fuerit invisus. Post ejus interitum C in civitate Mesopotamiæ fanum reclusum est quo sacrificaverat proficiscens ad bellum, q que fanum deinde clausit obsignatis etiam fo et apposita costodia, prohibuitque, ne quis antequam ex bello rediisset, aperiret. Hic r ta est mulier capillis suspensa ventre dissect hoc videlicet extispicio omen cepit de exitu Antiochiæ vero, ferunt, ait Theodoretus l. E. c. 27. plurimas arcas in palatio repertas

I

nas humanis capitibus, multos etiam puteos ca-
eribus refertos.

§. 74.

tanus Imperator revocat ab exilio Episcopos Catholicos. Coercet delatores Athanasii. Aca-cius, ejusque gregales fidem Nicœnam ample-ctuntur.

Exercitus altera statim die post mortem Julia- Jovianum acclamavit Imperatorem. Res enim manorum pessimo erant loco. In Pannonia fuit us Singiduni patre Varroniano a. 331. At ille, o, inquit, *cum Christianus sim, talibus viris perare non possum, nec Juliani exercitum re-re, nefariæ doctrinæ præceptis imbutum.* Apud eodoret. l. 4. H. E. c. 1. Hortantur, ne dubi- suscipere Imperium: nam Christianis impera-um esse: breve Juliani imperium (fuit anni us, mensium septem, dierum viginti septem) r potuisse habere vim ad labem in deceptorum inum mentibus altius defigendam. Delectatus eorum responso suscepit Imperium. Res tam rcto posita statim faciem accepit aliam. Per-um Rex ultro de pace mittit legatos ad Jovia-n. Hæc fit in annos triginta. Idem cibaria Ro-is præbuit, forumque rerum venalium in de-o iisdem instruxit. E bello reversus *Simul at-fines imperii sui ingressus est,* sunt verba doreti cit. loc. *primam omnium legem tulit, et Episcopos ab exilio reverti jubebat, et Ec-as iis restitui mandabat, qui Nicœnam fidem latam servassent. Scripsit etiam literas ad vasium, egregium illum Nicœnæ fidei defen-*

Clericis concessas a Constantino M. aliaq
ficia assignata tam iisdem Clericis, quam
viduis, virginibus, et pauperibus, subt
ro ab Juliano, restituit. *Sozomen. l.* 6. c

Sectarum omnium Episcopi, alii
prævertere studentes, ad Jovianum vener
taruntque pertrahere quisque ad suar
Quibus vero omnibus respondit, sibi e
esse, qua Dei Filius Christus creditur Co
tialis Patri. *Socrat. l.* 3. *c.* 24. Ariani,
tabant Alexandriæ, tribus vicibus ven
eumdem Jovianum cum querimoniis adve
nasium: quos vero ille semper rejecit
*Discedite, et quiescite; et qui fidei ve
scit, discat ab Athanasio.* S. Athan. To
2. pag. 782. Eodem Athanasio perhibe
Ariani tamen adhuc quæsivissent se ins
animum Joviani per aulicos auro a se c
hique aures Imperatoris obsedissent, has
tum istis non patefecit, verum etiam qu
his, patrocinantes Arianis, torqueri ju
cens: *Hæc patietur, quisquis voluerit
nos deferre.* Athanasium autem honorific

ax Acacianorum ingenium omnibus patefactum st: qui quidem manifeste declararunt, quanto-ere ad nutum, et sententiam eorum, qui rerum otiebantur, flectere se semper soliti sint. Acaci-s Caesareensis in Palæstina Episcopus erat, et rimas inter Anomoeos tenebat. *Supra* §. 70. Nam-ue Acacius, ejusque gregales Antiochiam ad Mè-tium venerunt, et quem prius etiam ex Episco-atu exturbaveruut, hujus communionem, alio-amque Homousianorum expetiverunt. Fit hac de ua Antiochiæ concilium Episcoporum viginti se-tem. *Communi ergo consilio Consubstantialis do-trinam amplexi* (Socrat. cit. loc.) *Nicænam fi-em confirmarunt, et libellum a se compositum nperatori obtulerunt.* Placuit Imperatori, et lau-avit hunc Acacianorum reditum ad concordiam dei, si tamen hi ex animo rem hanc fecerunt, non magis Imperatoris benevolentiæ captandæ atia. Purpuram istos, et non Deum colere, iam Themistius philosophus ethnicus apud eum-em Socratem satis sagaciter dixit. Etiam templa entilium ubique claudebantur, ipsique daemo-um sacerdotes, sunt verba ejusdem Socratis l. 3. ;24. variis in locis, ubi quisque poterat, se ab-ebant. Sed et philosophi pallium deponebant, et lgarem habitum sumebant.

At vero hæc lux ex tam bono, tamque Reli-oni addicto, ejusque studiosissimo Principe non aturna fuit. Agebat iter Constantinopolim. Cum nisset Dastanam, qui locus Bithyniam distin-it, et Galatas, exanimatus inventus est nocte. rtur enim recenti calce cubiculi illiti ferre odo-m noxium nequivisse, vel extuberato capite pe-sse succensione prunarum immensa, aut certe colluvie ciborum avida cruditate distentus. De-

 ces-

Valentinianus, et Valens Imperatores seductus ab Eudoxio, et factus Aria sequitur Ecclesiam. Athanasius mo succedit Petrus in Episcopatu. Luci nus Episcopus Alexandriæ, et in grassatur in Catholicos. Schisma Damasus Papa defenditur adversus Basnagii.

Fuit Joviano filius Varronianus noi cum ob teneram ætatem nondum aptus esset, exercitus Valentiniano Imperiun Hic autem in consortium imperii Valei trem assumpsit, Orientemque ei tradi Occidentem servavit. Id factum est a. 36 tem Eudoxius, idem ille, de quo jam fu maeorum signifer, jamque hoc temp scopus Constantinopoli venatus est, in sectam pertraxit, dumque eum baptizas dum enim erat baptizatus, *Jure jurando,* ba Theodoreti l. 4. H. E. c. 13. *miserui obstrinxit, ut in impietate dogmatis per et contraria sentientes omnibus locis* Hinc igitur secutum est incendium pei non tantum adversus Catholicos, sed e omnes, quicumque ab Anomoeis disside

i etiam Semiariani, inque locum eorum intru-
pantur Anomoei, in provinciarum rectores, ce-
osque magistratus gravi etiam mulcta constitu-
si in exequendo remissius egissent. *Sozomen.*
6. c. 12. Dum præfectus Aegypti idem adgre-
ur agere adversus Athanasium, interposuit in-
cessionem suam populus. Viderat Præfectus
litionis periculum. Abstinet igitur ab eo ejici-
lo, sed dat literas ad Imperatorem. Paucis die-
s post, Athanasius noctis primis tenebris obor-
clam se ex urbe subduxit. Eadem nocte Præ-
tus Ecclesiam, et domum habitatam ab Athana-
, militibus circumdat, rimatur omnia, subque
is tectis Athanasium quærit, illud volens per-
re etiam in hunc, quod sibi in Episcopos ge-
ratim imperatum habuit. Quatuor mensibus,
stquam latitasset in sui parentis sepulchro, ad
ras Valentis, quibus Præfecto Aegypti respon-
, ut suam Ecclesiam Athanasius retinere permit-
etur, reversus est. Socrates l. 4. c. 13. docet,
lentem veritum populi seditionem, hac indul-
itia esse usum erga Athanasium. Usque ad
rtem deinde in pace, et tranquillitate fuit. An-
373. decessit. Morti propinquus interrogatus
suo successore, in Petrum, quem fidissimum
uit socium suorum laborum omnium etiam in
lio, suam ostendit esse voluntatem: qui ei quo-
e successit in Episcopatu summa omnium con-
sione.

Simul vero atque auditum est, mortuum esse
hanasium, in ejusque locum Petrum esse crea-
m Episcopum, Euzojus Episcopus Arianus, ab
peratore missus Antiochia cum Magno, qui di-
itatem Comitis sacrarum largitionum in aula ob-
ebat, Alexandriam advolat. Ab his Petrus com-
pre-

prehensus in custodiam ponitur, Lucius, quem in locum Georgii Ariani sibi Episcopum posuerant, sed cui nulla relicta erat a Catholicis Ecclesia *Supra* §.71. ad auctoritatem reponitur, omnesque Ecclesiæ Catholicis eripiuntur, et Lucio traduntur. Cum autem populus se sè opposuisset, cedereque Ecclesias noluisset, immissæ sunt copiae, quæ ejusmodi violentiam exercuerunt, ut res speciem habuerit urbis captæ ab hostibus, et vastatæ. *Alii fugiebant*, inquit Sozomenus l. 6. c. 19. *alii a persequentibus capiebantur*, *et in vincula conjecti custodiebantur*, *alii e carcere producti*, *pars ungulis ferreis*, *et loris bubulis*, *pars ardentibus facibus perusti cruciabantur*. *Instarque miraculi videbatur post tormenta supervivere. Mori vero, antequam hujusmodi cruciatus inferrentur, aut exilio damnari, optabile censebatur.* Plura alia adhuc nefanda, quæ perpetrata tunc sint partim petulantissime perque inauditam lasciviam, partim feritate tali, ut etiam liberi necarentur, quod parentes suos flevissent excruciatos, vel occisos, memorantur a S. Gregorio Naz. *Orat.* 23. et a Petro in Epist. ad Orthodoxos apud Theodoret. l. 4. H. E. c. 22. Idem quod Alexandriæ, factum est per totum Aegyptum. *Multi tunc temporis*, ait Sozomenus l. 6. c. 20. *admirabiles viri regionum illarum monasteriis præerant*, *omnesque pariter opinionem Arii aversabantur*. *Quorum testimonio adhærens multitudo vulgi eamdem cum illis doctrinam fidei profitebatur*. Quamobrem istos quoque adgressus est Lucius: primum svadendo, deinde etiam vi. Nihil vero profecerat, his ad omnia perferenda paratis pro tuenda Nicæna fide. Eo ipso tempore, quo jam dispositi milites irruere parati erant in monachos, allatus est homo membris captus, utpote arefactis, a monachis-

nachisque petebatur, ut huic misero subvenirent. Hi hominem postquam oleo unxissent, in nomine Jesu, quem Lucius persequeretur, jubent surgere, et domum abire. E vestigio, qui pedibus uti prius non poterat, consurrexit sanus. Neque tamen tam evidens veritatis demonstratio Lucio etiam et Arianis tribuere mentis sanitatem potuit, potiusque auxit eorum furorem. Quæ tunc ab istis perpetrata adversus monachos sunt, Socrates l. 4. c. 22. testatur, superare omnem dicendi facultatem. Cumque hi superiores tormentis, et in expugnabiles fuissent, impositi sunt ad naves, et deportati ad quamdam insulam, quæ tota idolorum cultui adhuc erat dedita. Hanc insulam iidem monachi ad fidem in Christum perduxerunt. Res cum percrebuisset etiam Alexandriæ, atque invidiam Lucio creasset etiam apud Arianos, monachos occulte revocavit, et suo more vivendi in solitudine facultatem iisdem restituit.

Valenti autem non erat satis, dedisse mandatum præfectis provinciarum, et magistratibus de Episcopis Orthodoxis undique ejiciendis, Arianisque in eorum locum constituendis, verum ipse etiam per se, quacunque contigerat eum iter facere, hoc egerat. Cum Antiochiam venisset, sunt etiam hæc verba Socratis l. 4. c. 17. eos, qui Arianam opinionem aversabantur, hostiliter vexavit. Nam cum Homousianos per universas fere Orientis provincias Ecclesiis expulisset, ea re minime contentus, variis insuper suppliciis eos affecit, multoque tunc plures, quam antea e medio sustulit. Edessam civitatem Mesopotamiæ cum venisset, vidissetque multitudinem ingentem eorum, qui homousian profitebantur, ad Ecclesiam convenientem; iratus, Modesto præfecto prætorii pugnum

gnum impegit in faciem, cujus negligentia Homousiani nondum in hac urbe suppressi essent. Hi si adhuc postea ausi essent ad Ecclesiam convenire, mandat, ut primum fustibus eos dispellendos curet; et si dicto audientes non essent, severius etiam in eos animadvertat. Denunciat Modestus, et monet Edessenos, ne in Ecclesiam tentarent ultra convenire. Conveniunt altera die omnes. Cingitur Ecclesia militibus. Observat Modestus mulierem citato gradu per medios milites contendentem ad Ecclesiam, filiolumque secum ducentem. Quærit, quo misera properaret in suum exitium. Respondet: Eo, quo et alii. Et nonne, inquit, audisti, omnes, qui ibi reperti fuerint, esse occidendos? Audivi, ait: atque hoc est, cur eo properem. Ille: Et quare parvulum etiam tecum fers? Ut et hic, inquit, martyrii consors fiat. Rem Modestus ad Imperatorem retulit: qui visa tali constantia, et ne talis tam multorum cædes fieret, ceteros intactos reliquit, solum Episcopum, et Clericos, qui octoginta erant, in Thraciam relegavit, imposito urbi alio Episcopo Ariano. *Theodoret. l. 4. H. E. c. 17. ets. Socrat. l.* 4. *c.* 18.

Tomis in Scythia Pontica Episcopus erat Vetranio. Huc etiam Valens cum venisset, Ecclesiam ingressus, svadere Vetranioni coepit, ut cum Arianis communionem iniret. Negat Vetranio se hoc facturum. Veram enim Christi fidem esse Nicænam: atque hoc dicto abit, in aliamque Ecclesiam transit, Episcopumque secuta est tota fidelium multitudo. Hoc Imperator ignominiosum sibi ducens, Vetranionem curat comprehendendum, et agit in exilium. Quem tamen paulo post revocavit, veritus, ne gens bellicosa, atque in finibus imperii

i posita, vicinisque se populis jungens, quidpi-
m rerum novarum moliretur. *Sozomen. l.* 6. *c.*
1. Eudoxius, Episcopus Constantinopoli Arianus,
sectæ Anomoeorum præcipuus a. 370. mortuus
t, Demophilum Béroea in Eudoxii locum Ariani
onstantinopolim transtulerunt. Catholici autem
agrium sibi Episcopum constituerunt. Hic ve-
r in exilium a Valente illico pulsus est. Ariani
ro Constantinopoli multo ferociores adversum
tholicos facti sunt, injustisque exactionibus pres-
rant, multasque alias et graves injurias intule-
nt. Octoginta ordinis Ecclesiastici viros hi ad
lentem Nicomediam miserunt, questum de in-
riis, imploratumque ejus æquitatem. Libellis ho-
m supplicibus acceptis, dissimulavit, qua erga
s voluntate esset. Deinde clam Modesto manda-
m dat de his omnibus supplicio perimendis. Is
s ad navim imposuit quasi mittendi essent in
lium: nautas vero instruxit, quid facere debe-
nt. Hi postquam provecti in altum sunt, navim
cenderunt, illisque quos vehebant, in navi re-
is ad certum exitium, ipsi scaphis ad portum
dierunt. Invenerunt supplicium apud eum, cu-
s æquitatem implorarunt. Nefas morte pian-
m fuit, etiam solummodo queri de injuriis sibi
Arianis illatis. *Socrat. l.* 4. *c.* 15.

Insigne vero præsertim S. Basilii Episcopi
aesareensis in Cappadocia certamen adversus Va-
ntem fuit. Hunc Caesaream pergentem, et ap-
pinquantem Modestus, ut solebat, præcurre-
s Basilioque svasit, ut Religionem sequeretur,
m et ipse Imperator teneret, quæ conjunctio
Religione cum Imperatore ipsi honorifica futu-
sit. Respondit Basilius: *Vos præfecti quidem*
, atque etiam illustres non inficias eo: mi-
nime

nime tamen præstantiores Deo. Terrere deinde volenti minis proscriptionis, exilii, c tuum, et mortis, *Si quid aliud*, inquit, *i id nobis minitare; horum enim, quæ adhu memorasti, nihil nos attingit.* Non enim p ptioni se obnoxium esse, cui nihil sit præt ceros, et detritos pannos, paucosque libello exilium se ullum agnoscere, qui sciat nun que se peregrinum esse in terra. Ad to ne corpus quidem sibi suppetere, nisi f ad primam recipiendam plagam. Ob jeju duitatem sic emaciatus erat, ut pelle tant ossibus constare videretur. Denique mort futuram beneficii instar, quæ sit missura ad ad quem properet. *S. Gregor. Naz. Orat.* s mo adhuc, dicebat Modestus tali verborum tate locutus est, et ad Valentem reversu *isto*, inquit, *Antistite victi sumus: mini rior est, sermonibus firmior, verborum bl fortior.* Theodoret. l. 4. H. E. c. 19. Vale de ipse venit. Cum hoc Basilius multa de na fidei locutus est. Valens ejus admiratus c tiam, et oratione flexus, pulcherrima præd Caesareæ habuit, Basilio pro pauperibus c Altera die etiam in Ecclesiam venit in fes phaniæ, et dona obtulit, in admirationem viso ordine, quo Sacrum fiebat, et pietate qua populus intererat, auditoque Psalmoru cherrimo concentu, et maxime videndo B quemadmodum totus in Deum defixus re nam peragebat, perculsusque sacro timore tremens in terram collapsus fuisset, nisi cis sustentatus esset. Habuit Valens filiolu cum spem imperii. Hic morbo correptus grotavit, ut de ejus salute inciperent de Ad puerum accersitur Basilius: quo præse

elius incipit se habere. Spondet Basilius, hunc cturum, si sibi iste daretur baptizandus. Nonum enim erat baptizatus. Mortuus vero est, cum piscopo Ariano commissa esset ejus, baptizatio. t vero Arianos vehementer perculerat affectus, dem Valens Basilio ostenderat, metusque incesserat, ne fortasse etiam transiret ad Religionem atholicam. Quamobrem revocant ei in memoriam jusjurandum, quo se in Baptismo obstrinxet, hujusque religione non tantum in Arianismo tinent, verum etiam impellunt ad exilium Basio decernendum. Tres adhibuit calamos ad subribendum exilii decretum. Nullus horum atramentum reddidit: etiam dextra subito tremore ncuti coepit. Metu exterritus chartam discerpsit, a Basilio turbando ulterius abstinuit. *S. Gregor. lyss. in Vita S. Basilii. Theodoret. loc. cit.*

Petrus successor Alexandri in Episcopatu Alendrino elapsus aliquo modo e custodia, ad quam Arianis erat positus, Romam confugit ad Episcopum urbis Romæ, ait Sozomenus l. 6. c. 19. iberius mortuus est a. 366. Damasus ei successit. a, quae tum acta sunt Alexandriæ, cum etiam etrus vim passus ab Arianis est, acciderunt a. 73. Igitur Damasus fuit, ad quem Petrus congerat. De hoc, dum electus esset, et factus omanus Episcopus ita scribit Rufinus l. 2. Hist. 10. *Damasus post Liberium per successionem acerdotium in urbe Romana susceperat. Quem rælatum sibi non ferens Ursicinus quidam, ejusm Ecclesiæ Diaconus, in tantum furoris erut, ut persvaso quodam satis imperito, et agreli Episcopo, collecta turbulentorum, et seditiorum hominum manu in basilica, quæ Sicinii ppellatur, Episcopum se fieri extorqueret, legibus,*

bus, et ordine, et traditione perversis. Quo ex facto tanta seditio, imo vero tanta bella coorta sunt, alterutrum defendentibus populis, ut replerentur humano sanguine orationum loca. Episcopum, qui Ursicinum ordinavit, fuisse Paulum Tiburtinum, est in in libello Faustini, et Marcellini. Ammianus Marcellinus lib. 27. hominum centum, et triginta septem factam esse tunc caedem memoriae prodidit. Postquam Damasus jam factus esset Episcopus, ab Ursicino seditionem esse concitatam non tantum Rufinus, cujus jam verba sunt allata, verum etiam S. Hieronymus *in Chronico*, et Sozomenus l. 6. c. 23. docent. Faustinus vero, et Marcellinus dicunt, Ursicinum fuisse, qui electus sit prior, Damasum vero seditiose in hunc insurrexisse, hominibus ad seditionem faciendam idoneis, pecunia conductis, fustibusque armatis bacchatum per triduum, et illarum caedium auctorem, quae dictae sunt, fuisse. Basnagius in Annalib. ad a. 366. de eo, quod a Faustino, et Marcellino de hac seditione est scriptum in libello ad Theodosium Imp. sic pronunciat: *Qui licet Ursicini partium essent, quin historiam, quod attinet, audiri non debeant, nulli videmus, eo magis, quod ea commemorent in suo libello ad Imperatores oblato, in quo ab omni fraude alienum ostendere animum, cura, diligentiaque fuit adhibenda.* Fatetur, Faustinum, et Marcellinum Ursicini partium fuisse: quomodo igitur nihilo minus homo criticus, et acutus, nullus vidit, istorum, qui parti, in cujus favorem scripserunt, erant addicti suspectum debere esse testimonium, dumque alii his contradicunt, qui absque partium studio scripserunt, etiam falsum habendum esse, et repudiandum? Sunt autem contrarium asserentes testes S. Hieronymus, Rufinus, et Sozomenus.

Sed

d Faustinus, et Marcellinus ad Imperatores istud ipserunt, in quo ab omni fraude alienum ostenre animum, cura, atque diligentia adhibenda it. Quid vero, si ii, qui quidpiam sibi quænt apud Principes adversus partem sibi advera, omnes potius curam, et diligentiam adhint, ad hos lingva falsa circumveniendos? Qui nus, quam hi verum audiunt? Ergo ne vera bebunt esse etiam omnia illa, quæ toties de hanasio ad Constantinum detulerunt Ariani?

Idem Basnagius etiam mensæ, atque deliciam luxum Damaso illinit, inde autem, quod mmianus causam contentionis de Pontificatu in Damasum, et Ursicinum tribuat delicatæ, et luptariæ vitæ, quam Romani Praesules viverent, quod Prætextatus Præfectus Urbis, teste S. ieronymo *Epist.* 52. ethnicus solitus sit Damaso lens dicere: *Facite me Romanæ urbis Episcom, et ero protinus Christianus.* Non est dum, quin sicut aliarum multarum Ecclesiarum magis etiam Romanæ magni proventus fuerint oblationibus fidelium, ex legatis, aliisque do. Paulo ante vidimus, Valentem quoque, quam infestum Catholicis, tamen in Ecclesia Caesansi Catholica obtulisse donum, et Basilio hujus clesiae Episcopo pulcherrima, quæ Caesareæ hait, prædia donasse. Qui ex Episcopali munere norem tantum, et proventum quærunt, ideoe hoc ambiunt; non est sperandum, ut prontus, quorum administrationem assequuntur, n aliorsum derivent, quam quo oporteret: et c fuisse Prætextato, qui se dixerat, Christiam protinus futurum si eum fecissent Romanæ bis Episcopum, hoc Ursicino ambienti eumdem iscopatum, ultro Basnagio concedemus. Hinc

vero

vero nondum sequitur, talem etiam fuisse sum, qui sibi Romanæ urbis Episcopatum erit adversus Ursicinum in eumdem Episc inique, et seditiose invadentem. Sed nequ mianus, neque Prætextatus, de luxu ipsius si quidquam dicit. Unde ergo habet Ba hoc de luxu, quo infamat Damasum? Et aliis scriptoribus videre potuisset, qualis Damasus. Theodoretus lib. 2. H. E. c. 22 hunc virum omni genere virtutis ornatum, sus l. 5. c. 2. Virum sanctitate vitæ consp quique pro Apostolica doctrina nihil non atque agere paratus esset. S. Ambrosius E eumdem ornat elogio Romanæ Ecclesiæ S tis, Dei judicio electi. Faustinus, et Mar calumniam Damaso instruxerunt, quia Ursi hæserant, ejusque schismati. Horum igit testimonio Basnagius non debuisset, ne crisim incideret, id, quod horum testim Damasum contulit, contulisse tantum ex quo erga Romanos Pontifices esset.

Quod ad rem de Ursicino attinet, is cu cipuis suæ factionis Urbe ejectus est. Ad su vero preces schismaticorum a Valentinian redeundi in Urbem facultatem obtinuit su ditione, ne aliquas denuo turbas excitaret cum non servavisset exturbatus iterum est. factio perstitit usque ad Siricium Papa etiam ultra, in cujus electione post mort masi adhuc Ursicinus quæsivit ad Episc Romanæ Ecclesiæ pervenire, sed etiam tun ejus conatus in irritum cecidit. *Biblioth. P. V. pag.* 671.

§. 76.

Basilii, aliorumque Orientis Episcoporum in afflicto statu suarum Ecclesiarum sollicitudo. Aliorum etiam quorumdam libertas in asserenda Religione coram Valente. Hujus in bello cum Gothis interitus.

S. Athanasius tametsi relictus sit a Valente in Episcopatu, tamen quoad vixit, in illa temporum acerbitate non destitit conferre curas suas omnes, et cogitationes in Ecclesias ceteras, quæ affictabantur, etiam extra Aegyptum, suam dioecesim, Petrumque miserat per Asiæ civitates ad Orthodoxos, qui suis carebant Episcopis, Arianosque sibi habebant datos, solandos, in fide confirmandos. Idem iste Petrus videtur esse qui ei successit in Episcopatu. Exstat epistola S. Basilii, quæ ejus duodecima est, in qua ejus Petri, ab Athanasio missi mentionem facit, et dicit, hunc a se quoque susceptum esse cum studio. Idem Basilius cum Athanasio, Meletio Antiocheno, et Eusebio Samosateno (Samosata urbs Syriæ fuit ad Euphratem) pluribusque aliis Episcopis consilium tractavit, quanam ratione subveniri posset rebus afflictissimis Ecclesiarum in Oriente. *Visum est autem mihi,* scribebat Basilius Epist. 52. ad Athanasium, *consentaneum, ut scribatur Episcopo Romæ, ut, quæ hic geruntur, consideret, detque consilium. Et quoniam difficile est, ut communi, ac Synodico decreto aliqui hinc mittantur; ipse sua auctoritate in ista causa usus viros eligat ad ferendas quidem itineris molestias idoneos, verum juxta ad hoc quoque accommodatos, ut mansvetudine, et facilitate ingenii eos, qui distorti, et obliqui apud nos sunt,* cor-

corrigant. At vero quid spei esse poterat, quamdiu Valens imperaret, tam acerbus, in Orthodoxos? Erat et illud malum, quod conturbaverat Episcopos Orientis. Episcopi Semiariani. et Macedoniani (quales hi fuerint, adhuc postea declarabitur) pressi et ipsi ab Anomoeis, qui tunc grassabantur fulti Valentis Imp. opibus, ex Lampsacena Synodo in Hellesponto a. 365. legatos miserant Romam ad Liberium Papam, ad communionemque recipi petierunt, eamque impetrarunt oblata fidei suæ professione juxta fidei symbolum Nicænum: sed quod non ex animo fecerunt, solummodo ficte, ut ex simulata conjunctione cum Homousianis fortiores evaderent ad resistendum Anomoeis. Nam hi deinde, communione sua subreptitia usi sunt ad Orthodoxos etiam decipiendos, et inducendos in sua hæretica dogmata. Id quod pariter constat ex Epistola 74. S. Basilii, ad Occidentales data. Damasus Papa postdatis literis ad Orientales suam misit sententiam de haereticis, qui ab Apostolica Sede. condemnati, aliis etiam omnibus essent vitandi. *Tom. III Mans. Collect. col.* 427.

Non est prætereundum, quid Eusebius Samosatenus quoque egerit, cujus paulo ante facta mentio est, illo tam afflicto statu Ecclesiarum in Oriente. Is, quamvis etiam ejectus e suo Episcopatu, et expulsus in Thraciam; tamen ut auxilium ferret Ecclesiis, quas intellexit orbatas esse Pastoribus, habitum militarem, et galeam indutus, Syriam, Phoeniciam, et Palæstinam peragravit, et cum alios Clericos, tum etiam Episcopos ordinavit in iis civitatibus, et locis, ubi deerant. Samosatæ in Eusebii locum Eunomius quidam erat impositus Episcopus ab Arianis. A

hoc

c autem Samosatenses sic abhorruerunt, sicque nc fugerunt, ut nequidem in balneas lavandi isa quisquam descenderet, in qua Eunomius or lavisset, nisi aqua ante emissa, et alia imısa. Non tulit Eunomius hanc tantam erga se minationem, urbemque reliquit. Huic alium cium nomine substituerunt Episcopum Ariani. cidit, ut iste asino vectus iret per locum, in ɔ pila pueri ludebant, et pila ceciderit intra ıi pedes. Hanc quoque pueri per ignem tradu-'unt purificandi causa. Res hæc acta a pueris pila pueriliter, ostendit tamen, quanta in his rit detestatio Arianismi. Eusebius deinde Dolie in Syria, dum idem continuat facere, jam ım post suum reditum ab exilio sublato Vatè, mulier Ariana mortem ei attulit lapide su- ejus caput misso ex loco, infra quem transi-t. Letali vulnere accepto intercessit Eusebius, hoc damno mulieri esset. *Theodoret. l. 4. H. c.* 13. *etss. l.* 5. *c.* 4.

Sed et in faciem exprobrata est Valenti imıbitas, quam exercuit adversus Ecclesiam. Goregionem ad mare Balthicum incolentes, cum c expulsi ab Hunnis essent, recepti a Valente p. in Thraciam sunt. Natione bellicosa sibi ıncta putabat se Imperio consulturum. Quod ıtra accidit. Nam hi victus penuria pressi, Lupicinus, et Maximus, duces Valentis, caua dederunt sua avaritia, deprædati provincias ıt Romani Imperii. Ad eos compescendos missunt copiæ a Valente. Quibus superiores Gojam ipsa etiam suburbana Constantinopolis i sunt infestare Urbi, ut subveniret, Antiochia nstantinopolim ipse Valens accurrit, et Trajanum liducem objurgatum munere privavit: qui ve-

versum hostes in Armenia reverso Co
polim dedit Valens optionem petendi,
let. Is non aurum, non prædia, aut ali
hujusmodi petiit, sed tantum ut una E
nis Ecclesia Constantinopoli concederetu
Religionis peragere officia possent. Val
lum has continentem preces, cum ir
cum indignatione discerpsit, et Teren
aliam petere jussit. Ille vero collectis
fragmentis, *Accepi*, ait, *O Imperator*
donum, quod petii: nec aliud petitu
Deus, qui universorum judex est, de
meæ petitionis judicabit. Theodoret. l
c. 32. ets.

Bellum contra Gothos cum gestum
bono successu non esset, ipse Valens ad
lum ivit. Constantinopoli movens, atq
in itinere pertransiens, unde non lon
monachus suam cellulam habebat, ab I
tus est, ut Ecclesias, quas Orthodoxi
restitueret: non enim aliter victorem d
futurum, sed in bello periturum. Ille
tum monitionem contempsit, sed Isaci
iratus duci in carcerem jussit, et serva
se victore reverso e bello, suæ pr

m villæ casam deportatus est. Huic Gothi ignem ·cumdederunt. Hoc incendio Valens periit anno 8. *Theodoret. l.* 4. *H. E. c.* 34. *Sozomen. l.* 6. 40.

§. 77.

bertas redit Ecclesiæ per Gratianum Imp. Theodosius Imprator Orientis. Hujus edictum adversus hæreticos. Reflorescit Religio etiam Constantinopoli. Concilium Constantinopolitan. II. œcumenicum.

Valens per Valentinianum fratrem suum adeis imperium Orientis est: quemadmodum sua §. 75. demonstratum est. Occidentis vero imritum sibi Valentinianus retinuerat. Fuit orthoxus, et apprime favit Religioni. Itaque protis Episcopi Ariani cedere coacti sunt Ecclesias, as sub Constantio Imp. occupaverant, nisi quod nen quidam, simulantes se Catholicos esse, inserint, qualis fuit Auxentius Mediolani: quo ortuo S. Ambrosius factus Episcopus Mediolansis est. Dum igitur Orientis Ecclesiæ dirissim a Valente sustinerent persecutionem, in pa, et tranquillitate summa fuerunt Ecclesiæ Occentis. Valentinianus ab a. 364. quo post Jovianum exercitu salutatus Imperator fuit usque ad a. 5. rexit Imperium. Quadi, et Sarmatæ, rupta ce, in Pannoniam irruperant, eamque depolari cœperant. Adversum hos duxerat exercin. Illi rebus suis diffisi ad pacem petendam verant. Primum eorum legatos admittere in suum aspectum noluit: cum tamen eos postea admisset, ira, ad quam proclivis erat, in eos ita ex-

canduit, ut vena, et arteria ruptis, cum profluvio sangvinis animam etiam profuderit. Duos habuit filios, Gratianum, et Valentinianum. Jam a. 367. Gratianus a patre suo ad consortium imperii assumptus fuit. Valentinianum ejus fratrem, annos nonnisi quatuor adhuc natum, sexto post obitum parentis die copiarum duces Imperatorem proclamarunt.

Valente sublato Orientis imperium ad Gratianum devenit. Statim vero atque hoc factum est, edictum dedit, quo religioni, quæ erat pressa vehementissime a Valente, libertatem restituit, omnesque Episcopos Catholicos, ejectos e suis Sedibus, et in exilium pulsos, poena exilii solvit. Heterodoxis permisit, ut suos conventus agere possent, exceptis tamen Manichæis, Eunomianis, iidem hi sunt, qui Anomoei, et sub Valente grassabantur in Orthodoxos, et Photinianis. *Socrat. l. 5. c. 2. Sozomen. l. 7. c. 1.* Photinianorum auctor fuit Photinus Sirmiensis Episcopus, post Sabellium docuit nonnisi unam in Deo personam, et Christum cum Paulo Samosateno purum esse hominem, qui neque exstiterit, antequam ex matre natus esset. Non tantum in Concilio Mediolanensi a. 346. fuit damnatus ab Orthodoxis Episcopis, sed ab ipsis etiam Semiarianis, et ejectus ex Episcopatu in Sirmiensi eorum concilio. a. 351. Photinus significat in Græca lingua luminosum. Hinc is per ludicrum a quibusdam vocatus est Scotinus, quod significat tenebrosum. *S. Epiphan. Hæc. 71. S. Hilar. in Fragm. pag.* 411.

Dum aliis in locis Episcopi orthodoxi, expulsi a Valente, Sedes suas repeterent, mansit tamen

ıen orba Episcopo Constantinopolis: quin Paulo atholico Episcopo pulso per Constantium Imp. t in exilio strangulato ab Arianis neque habuit piscopum Catholicum annis quadraginta. Quare ec uspiam alibi tam prostrata jacuit Religio. Greorius Nazianzenus a patre suo Gregorio Episcoo Nazianzeno Presbyter fuit factus. Hunc S. Balius Cæsareensis Episcopus induxit, ut se ab eo ateretur consecrari Episcopum Sasimorum. Tyaa civitas Cappadociæ ad dignitatem elevata est etropoleos, quod attinebat ad gubernationem oliticam. Hinc Anthimus Episcopus Tyanensis anım arripuit excutiendi subjectionem erga Basiım Cæsareensem Episcopum, metropolitam toius Cappadociæ, sibique ipsi jus etiam metropoiticum asserendi. Damnum Basilius ut sarciret piscopatuum, qui ab ejus jurisdictione erant subacti per Anthimum, Sasimis novum erexerat piscopatum. Dum vero Anthimus etiam hunc ad trahere idque vi, atque armis, parasset, hunc simorum Episcopatum adire, et suscipere reuit: sed Episcopum patrem suum ætate, et viibus fractum in administratione muneris Episcoalis adjuvit. Quo mortuo ad Seleuciense monaerium se recipit. Dum igitur Basilium eumdem æsareensem, Meletium Antiochenum, aliosque rthodoxos Episcopos cura, et sollicitudo affecist de Episcopo orthodoxo Constantinopoli ponen o, et circumspexissent, quem talem, quali tum ræsertim ibi opus erat, possent reperire, neoque occurrisset ipsis Gregorio Nazian. aptior; unc permoverunt, ut ad reparanda damna Reliionis Constantinopolim iret, ibique Episcopale unus susciperet. Sic erat Constantinopoli desota Religio, ut cum eo venisset, nequidem locum ppererit, in quo pauculos Orthodoxos, qui su-

pere-

pererant in tanta urbe, congregare ad officia Religionis potuerit. Quare in domo privata cujusdam Nicobuli cognati sui, in qua hospitium ceperat, agere ea, quæ sunt Religionis cœpit. Hoc in loco cum postea exstructa fuisset Ecclesia, hæc dicta est Anastasia: quo vocabulo resurrectio significatur, sive quod hic per Gregorium, quasi a morte suscitata sit Religio; sive quod mulier prægnans cum ex ejus altiore loco decidisset, et mortua esset, vitæ restituta sit, factis pro ea precibus ad Deum a Gregorio, et a Fidelibus. *Sozomen. l.* 7. *c.* 5. Tantumque brevi tempore effectum est opera Gregorii in incolis hujus urbis ab errore revocandis, ut tum primum Constantinopolitani sibi viderentur facti esse Christiani. *Rufini l.* 2. *Hist. c.* 9. Fremebant vero Ariani, in errore suo pertinaces, ita ut lapidibus ab his in publico etiam appeteretur Gregorius: iidemque sicarium in ejus domum miserint ad eum occidendum; sed qui repente mutans mentem, rem, ob quam venerit, Gregorio confessus est, et veniam ab eo petiit: quemadmodum ipse Gregorius hoc perhibet in Carmine de Vita sua.

Gratianus cum ejus frater Valentinianus ob ætatem nondum idoneus rebus gerendis esset, ab hostibus vero impeteretur Imperium tam in Oriente, quam Occidente, Theodosium ex Hispania accitum, virum cum aliis dotibus, tum belli et fortitudine sibi perspectum, atque notum, in consortium imperii assumpsit, Orientemque ei tradidit quinto post Valentis interitum mense. Dum Constantinopolim Theodosius tendit, Thessalonicæ in morbum incidit, et ab Ascholo ejus civitatis Episcopo baptizatus est, non tamen prius, quam ex eo percontatus esset, qualinam doctrinæ fidei

ad-

ictus, isque se Nicænæ fidei una cum sua tota lesia semper addictum mansisse, testatus esset, n convaluisset, ex eadem urbe Thessalonica lis misit Constantinopolim, quibus edixit, *Vele, ut omnes populi sui imperii eam Religioi teneant, quam Petrus Apostolorum Princeps nanis ab initio tradidit, quæ ex eo appareat, d hodieque ibi conservetur, nempe fidem, quam masus Romanæ urbis Episcopus, et Petrus xandrinus servarent, utque eorum dumtaxat lesia, qui divinam Trinitatem æquali honoplerent, Catholica nominaretur, qui vero alisentirent, hæretici dicerentur, infamesque nt, seque scirent supplicio afficiendos.* Sozom. . c. 4. Cod. Theodos. de Fide Cath. leg. 2. Deæ tunc cristæ Arianis sunt. Constantinopolim tquam venit, Demophilo illic Ariano Episcosvasit, ut ad concordiam Religionis, et Niæ fidei rediret. Quod cum ille se facturum neset, *Si pacem*, inquit Theodosius, *et concorm fugis, te quoque ex Ecclesiis fugere jubeo:* imque Ecclesiæ omnes traditæ Catholicis sunt. *omen. l.* 7. *c.* 5. Demophilus in aliquem suburlocum se receperat. Etiam vero hinc pulsus oeam se contulit. *Philostorg. l.* 9. *c.* 19. Ad lesiam, quæ Constantinopoli maxima erat, ipse odosius Gregorium deduxit. *Gregor. Naz. m.* 1.

Dum autem sectæ ab Ecclesia divisæ iste m Theodosii edicto tantummodo hæreseos inia notatæ essent, neque idcirco etiam exstin; Episcopos sui Imperii Constantinopolim ad odum convocavit, ut et Nicæna fides confiretur, et Urbi Episcopus daretur. Nam Greius Episcopatum retinere noluit, cujus admini-

nistrationem susceperat, solummodo ut suppleret Episcopum, qui Constantinopolitanis deerat; quique in Carmine de Vita sua testatur, se omnem semper fugisse Episcopatum. Movit eum ad hoc et is dolor. Maximus, patria Alexandrinus e philosopho sectæ Cynicæ factus Christianus venerat Constantinopolim, quem non tantum hospitio recepit Gregorius, sed in hujus laudem quoque publice in Ecclesia sermonem habuit, inter alia et illud memorans, quod sub Valente Trinitatis propugnator ad sangvinem usque fuerit: qua etiam de causa hominem summo affectu complexus erat. Ille autem aliquid moliebatur, quod brevi apparuit. Paucos enim post dies adveniunt ex Aegypto tres Episcopi, a Petro Alexandrino Episcopo missi: qui, dum Gregorius domo abest, et in suburbio versatur, jamque quosdam Maximus e Clero auro in partes suas allexisset, eumdem Maximum in Ecclesiam deducunt, in sedeque Episcopali collocatum Episcopum ordinant: quam tamen in Ecclesia perficere non potuerunt, concursu facto hominum omnis ordinis ad Ecclesiam, qui Maximum ex ea expulerunt cum Episcopis, a quibus ordinabatur. Quamobrem hi in domum cujusdam choraulæ, et tibicinis confugerunt, ordinationemque in Ecclesia coeptam perfecerunt. Nec id satis fuit Constantinopolitanis. Maximum ex Urbe etiam ejecerunt una cum Episcopis, qui eum ordinaverant. Confugit Thessalonicam ad Theodosium Imp. Ab hoc repulsam passus est. Cum rediisset Alexandriam, et minatus esset Petro Episcopo, illius se occupaturum Sedem, nisi sibi assereret Episcopatum Constantinopolitanum. Hinc quoque pulsus perrexit Romam, et quasi injuria ei facta esset, quæsivit reponi a Damaso Papa ad Episcopatum.

Con-

Concilium Constantinopoli, ad quod Episco-
Orientalis Imperii fuisse convocatos a Theo-
o Imp. supra demonstratum est, agi cœpit a.
. In hoc Meletius Episcopus Antiochenus uni-
partis Catholicorum, mortuus est, et quamvis
linus alter etiam Catholicus Episcopus superes-
Antiochiæ; tamen Episcopi in hoc concilio in
ım Meletii, vita functi, ordinaverunt Flavia-
ı. Erat igitur altera controversia de Flaviano,
hic, vel Paulinus pro legitimo habendus esset
scopo, de qua a Damaso Papa scriptum fuit
Theodosium Imp. Gregorius autem, postquam
cimus irrepere tentasset ad Episcopum Constan-
ıpolitanum ea ratione, qua demonstratum est,
hoc abire illico voluit, neque nisi difficillime
ineri potuit. In Concilio Episcopatus Maximo
udicatus est, hac in eum prolata sententia,
*c esse, nec fuisse unquam Episcopum, nec Cle-
os esse, qui ab eo ordinati essent, cuncta de-
ue, quæ sub illo, aut ab illo facta fuissent,
ita esse.* Sozomen. l. 7. cap. 9. Præeunte Im-
atore, et declarante, se cupere Gregorium,
us virtutes, et eloquentiam admirabatur, ha-
e in Episcopatu Constantinopolitano, Episco-
um omnium, qui jam aderant in Concilio,
ıma consensione, plaudenteque tota urbe Epi-
patus ad eum delatus est, tandemque, post-
ım refragando, et lacrymis nihil profecisset,
m etiam assensum dedit. *S. Gregor. Naz. Carm.*
Neque tamen permansit in Episcopatu. Non
lto post Meletius mortuus est, et contra obte-
ionem Gregorii Flavianus in ipso concilio in
s locum Episcopus Antiochenus ordinatus est.
lorem cepit vehementissimum, dum scissionis
endæ, quæ erat Antiochiæ inter Catholicos in
tes duas propter duos Episcopos, occasio data
esset,

esset, nec tamen hæc sublata esset, sed con
ta. Advenit deinde ad Concilium Timotheus
Petro in Episcopatu Alexandrino successera
Episcopis Aegypti. Hi telam, quam orsi su
dinando Maximum, adversus Gregorium,
ulterius iverunt eo nomine ejus Episco
Constantinopolitanum impugnantes, quod j
terius Ecclesiæ fuisset Episcopus, transitus
ab uno ad Episcopatum alium esset adversu
nones. Ordinatus autem solummodo fuit E
pus, sed Episcopatum proprio nomine nullu
huc gesserat Gregorius. Timotheum vero,
gyptios illa etiam incenderat invidia, quod
ipsis positus ad Episcopatum Constantinopoli
esset. His de causis Gregorius primum e Sy
deinde autem ex domo etiam Episcopali ex
suamque missionem ab Episcopatu petiit. Al
scopis consensum haud difficulter obtinuit,
quoque, quorum voluntate, ac studio Epi
fuit factus Constantinopolitanus. Succen
enim ei, quod Flaviani ordinationem, qua
cerant, improbasset. At non ab Imperator
facile. Consternatio autem totius Urbis tali
est, quæ verbis satis explicari non potest.
quam Imperatorem suis precibus expugnass
Synodo ad Episcopos ejusmodi orationem h
qua his, suæque Ecclesiæ Constantinopolita
ledixit, quæ legi absque lacrymis non pote
dignissimum profecto, hunc virum, cujus
merita erant ob Urbem ab hæresibus repurg
quibus tantopere foedata, et corrupta erat
rum, a quibus etiam ei gratia habenda fi
ferre debuisse invidiam. Nectarius in ejus
Episcopus in ipsa synodo creatus est. A
urbe Ciliciæ fuit oriundus vir ordinis Sen
et prætura jam etiam functus, adhuc tantu

is, et nequidem baptizatus. Mores ejus mitissi-
i, vultusque modestia, et gravitas digna Epi-
opo Imperatorem movit, ut e candidatis, sibi
ir Episcopos oblatis, hunc elegerit: inter quos
at relatus, quod nemo dubitaverit, Baptismo
se initiatum. *S. Gregor. Naz. Carm. de Vita*
ta. Socrat. l. 5. *c.* 8. *Sozomen. l.* 7. *c.* 7. *ets.*

Causa altera, ob quam Concilium convocave-
t, fuit Theodosio, ut Nicæna fides tantopere ab
ereticis oppugnata, stabiliretur, hæresesque ex-
irparentur. Hunc in finem Episcopos etiam se-
æ Macedonianæ jusserat convenire ad Concilium,
ė ductus, fore, ut hi præ ceteris omnibus aliis
ereticis dociles se se præbeant ad ineundam fi-
ei cóncordiam cum Ecclesia Catholica. Macedo-
ianorum auctor, et caput fuit Macedonius, se-
ia prius Arianus, et Constantinopolitanus factus
piscopus per Constantium Imp. exturbato Paulo
atholico Episcopo viro sanctissimo, quemque
riani in exilio fame excruciatum strangularunt.
b Anomoeis autem, ubi Arianis prævalere coe-
ssent, cum dejectus ex Episcopatu Constantino-
litano esset Macedonius a. 360, posito in ejus
cum Eudoxio, qui inter Anomoeos primas tene-
t, quo magis his ægre, et contrarium faceret,
sumpsit dogma de Homousia Filii cum Patre;
amen ne etiam cum Catholicis conveniret, divi-
tatem Spiritus sancti, quam Ariani implicite,
ie aperte negavit, asserens, hunc nonnisi Dei
inistrum, et creaturam esse. Macedoniani dicti
nt etiam πνευματόμαχοι, *Spiritus oppugnatores*, et
arathoniani a Marathone Macedonii discipulo,
ui cum opulentus fuisset, non solum opera, ve-
um etiam pecuniis multum hanc sectam prove-
t. Dum sub Valente Imp. ab Anomoeis etiam

Ma-

tumque occultius tenuerunt. Ea tamen ve
ciem inita communio cum Catholicis spen
dosio fecerat, fore, ut hi non difficulter
ad reditum in communionem Ecclesiæ
Quæ eum tamen spes fefellit. Nam in Conc
ad quod centum et quinquaginta Episcop
lici convenerant, Macedoniani, qui trigint
affuerant in eodem concilio, omnibus tan
tionibus, et svasionibus, quam argume
struxerunt aures suas, quin etiam convic
per legatos, Romam a se missos, ultro
nionem a Liberio Papa expetiissent; eti
quam tunc confessi sunt homousiam Filii
tre retractarunt, nedum ut consentire v
in dogma de divinitate Spiritus sancti:
Concilio se se proripuerunt, atque literas
versum ad suos missitarunt, hortantes
Nicænæ fidei consentirent. *Sozomen. l.* 7

De fide quid actum sit in Concilio
hæresum errores, intelligitur ex literis, q
subsequente, Episcopi Orientis dum iter
venissent ad concilium Constantinopolim,
miserunt Damaso Papæ, et exstant apu
doretum l. 5. H. E. c. 9. Profitentur se fi

bellii morbus locum habeat confundendo hypouses, et tollendo proprietates, nec Eunomianon, et Arianorum, ac Pneumatomachorum blasemia vim ullam obtineat, substantiam, et na-am, ac deitatem dividens, et increatæ, et conbstantiali, ac coæternæ Trinitati recentiorem amdam, aut creatam, aut alterius substantiæ initatem superinducens. Incarnationis quoque mini nostri doctrinam incorruptam servamus, sine anima, nec sine mente, nec imperfeum carnis dispensationem admittentes, sed um scientes, ante secula quidem perfectum extisse Dei Verbum, in novissimis autem diebus opter nostram salutem perfectum hominem fam fuisse. Speciatimque hanc eos declaratiom fidei fecisse adversus Arii, Aetii, et Eunoii vesaniam, nec non adversus Sabellium, Phoum, Marcellum, Paulum Samosatenum, Madonium, atque Apollinarem idem Theodoretus cet cit. loc.

Marcellus, qui etiam inter hos errorum siiferos nominatur, fuit Ancyranus Episcopus in latia: qui cum ab Arianis deturbatus ex suo iscopatu esset eodem tempore, quo Athanasius mam ad Julium Papam confugerat, et tam ab lio in Concilio Romano, quam ab Sardicensi ncilio innocens judicatus est. Hujus vero dogma Basilius *Epist.* 74. docuit fuisse, Nec Filium opria et discreta hypostasi præditum, neque raclitum hanc propriam habere. At vero de c eodem Marcello sic scriptum est a S. Athana- Epist. ad Solitarios: *De Marcello autem Epipo Galatiæ supervacuum fuerit fortasse menmem facere, cum nulli non constet, Eusebianos eo de hæresi reprehensos, hæreseos recrimina-*

fuit, quod cum ab Arianis erroris Sabel
matus fuisset iis, qui reipsa errorem h
bantur, nomen datum Marcellianorum

Apollinaris fuit Episcopus Laodicen
primum amicitia summorum virorum in
Athanasii, Epiphanii, Basilii, ita ut Basi
in suspicionem erroris ejusdem, cum
fuerit tractus. S. Hieronymus *Epist.* 65
se ab eo in Sacris literis fuisse eruditu
chiæ, quin tamen ejus etiam contenti
gma amplexus sit. Cum ex Episcopatu
incertum per quos, et qua de causa, N
inceps doctrinam, ait Theodoretus l. 5
4. quam excogitaverat, palam prædicav
autem, ut est apud S. Augustinum *lib.*
cap. 55. Christum habuisse tantummod
non animam, cumque ab iis, qui adve
disputarunt eo deductus esset, ut a
Christum etiam animam habuisse, qui s
neque homo fuisset; tamen hanc perst
gare fuisse mente præditam. Fuit et is e
linaris Christum non sumpsisse carnem
sed hanc secum tulisse e cælo. *Greg.* N
46 Theodoretus perhibet l. 4 ...

lcirco S, Gregorius Naz. *cit. loc.* divinitatis scam vocavit, quæ non in cælum deducat, sed e elo dejiciat. Non tamen hæc omnia omnium Apolinaristarum fuerunt: ut vulgo in sectis contingit. am S. Ephiphanius *Hær.* 77. docet, Vitalem, num e præcipuis Apollinaris discipulis, confesm esse, Christum sumpsisse carnem ex matre ta Maria. Hunc Vitalem, antea Meletii Presbyrum Apollinaris iis, qui Antiochiæ ejus sectam quebantur, ordinavit Episcopum. Hic præsefebat etiam communionem cum Damaso Papa. Hoc st, quod a S. Hieronymo scriptum sit eidem Damaso: *Meletius, Vitalis, atque Paulinus tibi hærere se dicunt. Possem credere, si hoc unus: unc vero aut duo mentiuntur, aut omnes:* rursque Epistola alia: *Non novi Vitalem, Meletium respuo; ignoro Paulinum. Beatitudini tuæ, d est, Cathedræ Petri communione consocior. Super illam Petram ædificatam Ecclesiam scio.* Vitas sic eminebat inter Apollinaris discipulos, ut ab oc Apollinaristis etiam Vitallianorum alterum nomen inditum fuerit. Apollinarem cum ejus discipulo Timotheo (qui non debet confundi cum Timotheo Episcopo Alexandrino, cujus jam facta entio est) nec non ejus errores esse damnatos a Damaso Papa Romæ, testantur literæ ejusdem Damasi ad Orientales apud Theodoretum l. 5. H. E. c. 10. Error Apollinaris tam multos infecerat, t testimonio Sozomeni l. 6. c. 27. parum abfuerit, quin omnes Orientis provinciæ a Cilicia usque ad Phoenicen abreptæ in eum sint. De ceteris, adversus quorum errores facta fidei declaratio in hoc Concilio Constantinopolitano sit, jam st dictum antea.

§. 78.

De Symbolo hujus Concilii Constantinopolitani. De Canonibus ejusdem. Quis ei præsederit. Quomodo evaserit œcumenicum.

Cum Concilium hoc illud inprimis sibi habuerit propositum, ut adversus errores, qui plures tunc serpebant, Nicænam assereret fidem; Symbolum a Patribus Nicænis compositum stabilivit, et observandum dedit factis pluribus additionibus, ut tanto apertius novi, et orthodoxæ fidei contrarii errores configerentur. Quæ sint addita, demonstrabo. Primo, ubi in Symbolo Nicæno positum fuit, Deum factorem esse visibilium omnium, et invisibilium, hoc sic plenius positum est: *Factorem cœli, et terræ, visibilium omnium et invisibilium.* Adversum Manichæos, quorum error de Deo altero bono, altero malo conditore hujus universi, et hoc tempore, et postea diu duravit, hoc videtur factum esse. Additum est deinde in ulteriore parte hoc: *Natum ante omnia secula*, idque adversus Photinum, cujus error fuit, Christum non exstitisse, antequam nasceretur ex Maria Matre. Tertio istud: *De Spiritu sancto ex Maria Virgine*, adversus Apollinaris errorem, quo adstruebatur, Christum secum carnem tulisse e cælo. Quarto, ad id, quod in Symbolo Nicæno fuit tantummodo: *Passus est*, additum est: *Crucifixus etiam pro nobis sub Pontio Pilato mortuus, et sepultus est.* Quinto, post verba: Adscendit in cælum, additum est: *Sedet ad dexteram Patris, iterum venturus est cum gloria judicare vivos, et mortuos, cuius regni non erit finis.* Denique omnia, quæ sunt in Symbolo, post verba: Et in Spiritum sanctum, sunt addita a Patribus

ibus hujus Concilii Constantinopolitani, exceto hoc: *Filioque*, quod quando accesserit, postr suo loco demonstrabitur. Hujus Symboli a se nfecti mentionem faciunt iidem Constantinopotani Patres in epistola Synodica ad Damasum Paam sub nomine libelli fidei. Patres Chalcedonens Concilii pariter *Act.* 2. profitentur primo Symlum Nicænum, deinde hoc a centum quinquanta Patribus Constantinopoli editum a se suscis. S. Gregorium Nyssenum fuisse compositorem ajus Symboli, docet Nicephorus l. 12. c. 13.

In numero Canonum, qui constituti sunt ab c Concilio Constantinopolitano, nec historici, c Collectores Canonum conveniunt. Tres habet ionysius Exiguus, Isidorus Mercator septem, tidem sunt juxta Gentianum Hervetum, horum anonum interpretem, Paraphrasis Arabica quaor, Ms. codex Lucensis, quem Dominicus Manin sua Collectione edidit, habet quinque. Summa rum in his est: Omnium primo confirmatur des Nicæna, et hæreses omnes, anathemate fentur, quæ speciatimque etiam exprimuntur. ecipitur, ne Episcopi adversus Canones termis suarum regionum egrederentur, *Sed Alexaninus Antistes* juxta versionem Dionysii Exigui rba refero, *quæ sunt in Aegypto, regat somodo, et Orientis Episcopi Orientem tantum bernent servatis privilegiis, quæ Nicænis Caibus Ecclesiæ Antiochenæ tributa sunt. Asia quoque diœceseos Episcopi ea solum, quæ t in Asiana diœcesi dispensent: nec non et ti Episcopi ea tantum, quæ sunt in Ponto, et raciarum, quæ in Thraciis sunt, dispensent.* itoque insuper eo, ne Episcopi ultra suas diœes sive ordinationum, sive aliorum negotio-

rum causa nisi vocati, se se extenderent, deinde subjicitur: *Verum tamen Constantinopolitanus Episcopus habeat honoris Primatum post Romanum Episcopum, propterea, quod urbs ipsa sit junior Roma.*

Controversum est, utrum iste Canon de hoc honoris Primatu Episcopi Constantinopolitani sit sincerus ipsius Concilii hujus Constantinopolitani. Negat Baronius in Annalib. ad a. 381. et post hunc Severinus Binius in Notis ad hocce Concilium in Mansiana Collectione, et Gaspar Saccarelli in sua Historia Eccles. Affirmat Natalis Alexander, Basnagius, pluresque alii. Ego Dissertationis meæ II. in Selecta Argumenta Hist. Eccl. §. 3. eam etiam sententiam secutus sum, quæ negat, esse sincerum ipsius Constantinopolitani hujus Concilii, et rationibus, quod cum Episcopi Chalcedonensis Concilii hunc Canonem allegassent ad comparandam eminentiam Episcopo Constantinopolitano supra omnes Episcopos totius Orientis, ipsumque etiam Alexandrinum, et Antiochenum, et Legati Romani Pontificis negassent hunc contineri inter Synodicos Canones; his aqua hæserit, neque hunc sciverint proferre, et exhibere. Deinde quod neque in Actis Concilii Constantinopolitani exstiterit, quæ ab hoc Concilio missa sunt ad Apostolicam Sedem, quemadmodum est in epistola 88. Leonis M. ad Anatol. Theodoretus pariter l. 5. H. E. c. 8. quamvis attulisset statuta, quæ fecerit hoc Concilium de fide, et Ecclesiastica disciplina, tamen nihil meminit, de hoc statuto ad Constantinopolitanum Episcopum, ejusque evectionem pertinente, quamvis tam notabile fuisset. Meletius Episcopus Antiochenus est subscriptus huic Concilio in Mansiana Collectione. Mortuus est

Con-

ncilio. Nonnisi post hujus mortem Gregorius z. se abdicavit Episcopatu Constantinopolitano: quem talis ambitio se se efferendi supra omnes os Episcopos Orientis non cadit: qui in Carmide Vita sua testatur, se fugisse omnem semr Episcopatum, quodque re ipsa etiam declara-. Ubi ad Concilium advenit Timotheus Episcos Alexandrinus, non tantum præsedit Concilio, od postea adhuc demonstrabitur, sed insurrexit etiam in Gregorium Naz. ejusque Episcopan valere noluit Constantinopolitanum, qui ei a ncilio fuit confirmatus. Istene sibi anteferri siset Episcopum Constantinopolitanum? Anatolius iscopus Constantinopolitanus in Concilio Chalcenensi ambitiose quæsivit se se attollere. Iste faber t istius Canonis, quem prætexendo posset facis assequi, quod arroganter concupiverat. Socra-l. 5. c. 8. Sozomenus l. 7. c. 7. et Nicephorus l. 12. 13. hunc quasi hujus Constantinopolitani Concilii ionem suæ historiæ inseruerunt: at non nisi ex a ejus allegatione, facta in Concilio Chalcenensi, per Episcopos Orientis, eumdem sumrunt. Hoc enim est, quod deinde Collectores nciliorum post hos historicos euntes in verbis, ibus conceptus iste canon sit, non conveniunt, l solummodo historice etiam sensum illius exmant.

Concilium hoc convocatum esse a Theodosio p. et dumtaxat ex Imperio Orientis, nullam hadubitationem: idque constat etiam testimo-Socratis l. 5. c. 8. Sozomeni l. 7. c. 7. et Theoeti l. 5. H. E. c. 7. ets. Etiam ipsi Patres hujus ıcilii in epistola ad Theodosium Imp. hoc tecantur. Præsedit Concilio Meletius primum, nde Timotheus Episcopus Alexandrinus, post-

 quam

quam advenisset ad Concilium. Hoc pariter tradit Sozomenus *cit. loc.* Photius *in lib. de Synodis.* Etiam in Synodo oecum. VIII. act. 6. leguntur hæc verba: *Timotheus primus factus est prædictæ sanctæ Synodi* (hujus Constantinopolitanæ) *præsidens, utpote Alexandriæ Patriarcha, et una cum Episcopis, qui secum erant, provexit Nectarium Constantinopoleos Patriarcham.* Primus præsidens Synodi hujus dicitur Timotheus, quod inter præsides eminuerit, idem tamen præsidendi honor etiam reliquis Patriarchis fuerit communicatus. Dum autem hoc Concilium neque fuerit generaliter convocatum, sed neque Romanus Pontifex ei per se, vel per legatos suos præsederit, et tamen inter oecumeniea concilia numeretur, quonam modo id factum est? Bellarminus *l.* 1. *de Concil. c.* 5. inde existimavit hoc esse factum, quod dum Constantinopoli actum esset hoc Concilium, aliud fuerit institutum Romæ ab Episcopis in Occidente, quæque duo concilia in definiendis rebus fidei animis, atque sententiis fuerint secum conjuncta. Ea, quæ acta sunt in Concilio Constantinopolitano de fide, sunt omnino postea a Damaso Papa confirmata. Attamen eum in finem, in quem institutum est concilium Constantinopoli, non est actum alterum Romæ, sed potius ad ea corrigenda, quæ erant acta in concilio Constantinopolitano, et Damaso Papæ non satis probata, qui idcirco ad aliud concilium Romæ habendum Episcopos Orientis evocaverit. Id, quod deinde demonstrabitur. Ipse vero etiam Photius *lib. de Sept. Synodis* hanc Constantinopolitanam numerans inter oecumenicas synodos, vim, et auctoritatem synodi oecumenicæ, quam assecuta sit, ponit in confirmatione illius per Damasum Papam. *Secunda Synodus:* sunt ejus verba, *Eo congregati*

t centum quinquaginta Episcopi. Princi-
ıt, Timotheus Alexandrinus, Meletius
ınus, Cyrillus Hierosolymitanus. - - -
non multo post tempore etiam Damasus
s Antistes, eadem confirmans agnoscebæ-
ıentaneus decretis factus. Idem certum
ex S. Gregorio M. l. 6. epist. 31. Roma-
n Ecclesia, inquit, eosdem canones, vel
nodi illius hactenus non habet, nec acci-
loc autem eam Synodum accepit, quod
ıam contra Macedonium definitum. Reli-
ıo hæreses, quæ ibi memoratæ sunt, ab
Patribus damnatas, reprobat. Tantum
ıst, ut quasi iisdem de causis instituta
duo Concilia, Constantinopolitanum, et
m; ut hoc Romanum etiam adversum id,
tum fuit in Concilio Constantinopolitano,
ıo indictum in alterum annum, et cele-
ıit. Qua de re sic est apud Sozomenum
ı1. Postquam in locum Meletii, vita fun-
ıvianus in ejus locum fuisset ordinatus
ıs, in Antiochena Ecclesia ingentem per-
nem factam esse, neque tantum Antio-
erum etiam per provincias, et regiones
, quam plurimas aliis huic adhærentibus,
lino, qui alter Catholicorum fuit Episco-
iochiæ. Verum, pergit deinde Sozomenus
ıtione, Episcopus Romanus, et reliqui
talium partium Sacerdotes non mediocri-
ınabantur. Et ad Paulinum quidem, tam-
piscopum Antiochiæ, consvetas scribebant
ı, quas Synodicas appellant: ad Flavia-
ıo nullas dabant. Quin et Diodorum Tar-
ıcacium Beroeæ Episcopos, qui illum or-
ınt, in crimen vocabant, et ab eorum
ione abstinebant. Itaque ut his de rebus
cogno-

cognosceretur, tum ipsi, tum Imperator Gratianus ad Orientales Episcopos scripserunt, eos in Occidentem convocantes. Videbimus adhuc postea, Concilium quoque Constantinopolitanum, inter oecumenica quintum, hac eadem ratione, quamvis Vigilius Rom. Pont. nec per se, neque per suos legatos ei præsedisset, solummodo, per illius consensum in ea, quæ erant ab hoc acta, et constituta, adeptum esse vim, et auctoritatem oecumenici concilii.

§. 79.

Theodosii Imp. edictum contra hæreticos. Romæ indicitur Concilium etiam Episcopis Orientis. Quid actum in hoc concilio sit.

Patres hujus Concilii peracta Synodo Theodosio Imp. scripserunt: *Rogamus tuam Clementiam, ut per literas quoque tuæ Pietatis ratum habeatur Concilii decretum, ut sicuti literis quibus nos convocasti, Ecclesiam honore prosecutus es; ita etiam finem eorum, quæ decreta sunt, obsignes.* Labbe Concilior. Tom. II. col. 941. Ut intelligatur, qualis confirmatio sit petita Concilii ab Imperatore, et talisne, ut nisi hæc accessisset, vim non habuissent, quæ erant constituta, attendendum est ad verba harum literarum ad Imperatorem: *Rogamus, ut per literas quoque tuæ Pietatis ratum habeatur concilii decretum.* In Dissertationibus meis in Select. Argumenta Hist. Eccl. Tom. II. pag. 493. 497. non tantum exemplis primorum Conciliorum, verum etiam Tridentini ostendi, Ecclesiam suas decisiones, et statuta ultro communicare cum Principibus, ut his faveant

suo-

ioque ista muniant præsidio, non quasi jam ex ipsis vim, et robur non haberent. Præstitit hoc gregie Theodosius Imp. Nam sanxit suo edicto, *Ut fides eorum, qui Nicææ olim convenerant, rata esset, utque omnibus in locis Ecclesiæ iis aderentur, qui in trium Personarum subsistentia, honore ac potestate æqualium unam, eamdemque Deitatem confiterentur Patris, ac Filii, et Spiritus sancti. Hos autem esse definivit, qui Constantinopoli quidem communicarent cum Nectario, in Aegypto vero cum Timotheo Episcopo Alexandriæ, in Orientis autem provinciis eos, qui communicarent cum Diodoro Episcopo Tarsi,* atque sic porro plures designavit Episcopos, cum quibus qui communionem servarent Orthodoxi haberentur. *Cod. Theod. l.* 6. *de Hæretic.* Hinc autem Basnagius in Annalib. ad a. 381. sic argumentatur, vel potius argutatur: *Damasum lex mittit in Episcoporum enumeratione, quibus cum communio Præsulibus est ineunda, ut Ecclesiarum potiantur, maximo argumento in Pontificis Romani auctoritate rem Christianam non recumbere.* Iterumque: *Ex lege Theodosii luce clarius est a Pontificis Romani nutu rem Christianam non pependisse, neque centrum communionis, ut qui amant, existimatum fuisse. Secus solum Damasum Theodosius proposuisset ad sequendum.* Luce clarius statim Basnagio, ceterisque ejusdem generis hominibus est, etiam quod non videtur: iisdem oculi cæcutiunt ad videndum ea, quæ sunt aperta. Edictum Theodosius statim ut factus est Imperator, fecerat, ut omnes populi sui Imperii eam Religionem teneant, quam Petrus Apostolorum Princeps Romanis ab initio tradidit, quæ ex eo appareat, quod hodieque ibi conservetur, nempe fidem, quam Damasus Romanæ urbis Episco-

sco-

scopus, et Petrus Alexandrinus servarent: quod a me § 77. jam allatum est, et ipse etiam Basnagius produxit in Annalib. ad a. 380. Anne igitur in hoc edicto non potuit videre, non tantum a Theodosio non esse omissum Damasum, cujus Fidem oporteret sequi, et tenere, sed etiam ubi idem Theodosius centrum communionis posuerit edicens, ut omnes populi sui imperii eam Religionem teneant, quam Petrus Apostolorum Princeps Romanis ab initio tradidit, quæque ex eo appareat, quod hodieque ibi conservetur, hoc est, quam Religionem a Petro Apostolorum Principe traditam ibi sit cernere, et reperire, quoniam ibi conservetur, quamque servet Damasus Romanæ urbis Episcopus, et Petrus Alexandrinus. Sed et ex Sozomeno l. 7. c. 9. videre potuisset Basnagius, cur Theodosius in edicto suo altero aliis Episcopis nominatis, cum quibus communio servanda esset, prætermiserit Damasum. *Istos enim*, ait Sozomenus, *tum Imperator ipse adprobavit, cum eos vidisset, et allocutus esset, tum egregia de illis constabat fama, quod Ecclesias suas sanctissime gubernarent.* Itaque hunc delectum Episcoporum, quos in hoc edicto nominavit, solummodo fecit ex iis Episcopis, qui aderant in Concilio, quosque per seipsum novit, et populis sui imperii dedit velut præsentes, ut eo facilius possent discernere, idque in Orientis imperio, pro quo edictum fecit, ubi, et apud quos vera esset Religio, et cum quibus Episcopis, si juncti communione essent, scire possent, se etiam esse in vera Religione. Ad Romanam Ecclesiam oportet omnem, quæ ubique est, convenire Ecclesiam, hoc est, omnes, qui ubicumque sunt fideles, et jam etiam assertum a S. Irenæo l. 3. c. 3. contra hæreticos. S. Hieronymus quoque scribens ad Da-

ma-

sum: *Beatitudini tuæ, id est, Cathedræ Petri*
ımmunione consocior. Supra illam Petram ædi-
ıtam Ecclesiam scio. Quicumque extra hanc
num agnum comederit, profanus est, si quis
Noe arca non fuerit, peribit regnante dilu-
. Num Irenæus, et Hieronymus eidem Bas-
;io lumen etiam satis clarum non præbuerunt
videndum, ubi centrum Religionis, et quid
hoc jam antiquitus creditum in Ecclesia sit?

Est jam demonstratum superiore §pho, Epi-
pos Orientis esse Romam a Damaso Papa ad
ıcilium vocatos, hac eademque de causa a Gra-
ıo Imperatore Occidentis missas in Orientem
ras. Literæ hæ directæ sunt ad Theodosium
ientis Imperatorem, et ab eo petitum fuit, ut
iscopos sui Imperii juberet ire Romam ad
ncilium. Id, quod manifestum fit ex Episto-
Episcoporum Orientis scripta ad Romanum,
od deinde actum est concilium, in qua sic est:
ıoniam Vos, quo fraternam erga nos charita-
ı declararetis, concilio voluntate, ac nutu Dei
ımæ coacto nos velut membra propria per Deo
ıantissimi Imperatoris literas accersivistis. Illi
o non Romam profecti ad concilium sunt, sed
runt Constantinopolim, unde deinde hanc epi-
lam Romam miserunt per tres e suo numero
iscopos. In hac eadem epistola declarato suo
ıementi desiderio Romam eundi, sunt etiam
c illorum verba: *Constantinopolim convenera-*
ıs mandato literarum superiore anno a Reve-
ıtia vestra post Concilium Aquilejense ad Dei
ıantissimum Imperatorem Theodosium missa-
n ad iter dumtaxat Constantinopolim usque
iendum præmeditati. Atqui prius dixerant Ro-
m se fuisse accersitos a Damaso Papa, et ab

Oc-

Occidentis Episcopis per Imperatoris literas. Nunc autem in eadem epistola dicunt, mandato earumdem literarum Damasi, et Episcoporum Occidentis ad Theodosium Imp. missarum se Constantinopolim convenisse non præmeditatos iter, quod usque Romam ipsis esset faciendum. Non igitur hæc sibi consentanea sunt. Sed ita perplexe scripserunt, aliquam excusationem afferre volentes, cur Romam non iverint ad Concilium, quod declinaverunt. Nam declinasse eos concilium, ad quod Romam erant vocati, ipsis etiam datum vitio est in epistola Synodica ejusdem Concilii ad Theodosium Imp. quæ exstat Collectionis Mansianæ Tom. III. col. 631. Turbis dederant occasionem per ordinationem Flaviani in locum Meletii. Videbant hujus sui facti rationem sibi reddendam esse. Hoc fecit, ut Romam non irent, attamen Constantinopolim denuo convenirent anno post prius concilium subsequente; ne autem Imperatoris etiam literas, quibus jussi sunt ire ad Romanum Concilium, viderentur neglectui habuisse, ad concilium quidem convenerunt, sed Constantinopolim, prætexendo negotia Ecclesiastica, quæ haberent agenda, quemadmodum est apud Theodoretum l. 5. H. E. c. 8.

In epistola, quam Romam miserunt, exponunt, a se in Concilio suo esse ordinatum Nectarium, et Flavianum. Fuit quoad ordinationem etiam Nectarii iisdem vitio versum, quod causam de Episcopatu Constantinopolitano per Maximum Cynicum ad Romanum Pontificem delatam non exspectato hujus Judicio sibi sumpsissent Nectarium ordinare Episcopum. Nec tamen quomodo se hæc utraque ordinatio habuerit exhibent etiam sincere. Nam dicunt summa omnium

con-

ısensione ambos esse ordinatos, et Flavianum ım ab Episcopis illius provinciæ in unum conııentibus, totaque Antiochena Ecclesia suffraıte: quod et erga hunc falsum fuit, ut jam suı demonstratum est, et Nazianzenus in Carmine Vita sua docet, plerosque Episcopos fugisse ıstantinopoli, ne triste viderent spectaculum, ıentemque alium in ejus throno: videlicet Greıii Naz. Constantinopoli. Talis autem cum eoı fuisset epistola, seque præterea in hac lauısent ob Ecclesiam Constantinopolitanam ex hæıcorum blasphemia, velut ex ore leonis, a se ıptam, quæ non ipsorum, sed solius Nazianzeıota laus fuit, sic concludunt epistolam, ut ıerent Romanum Pontificem, ut his rebus, quas ıtime, et secundum Canones Ecclesiæ egissent, ıac etiam congratuletur. Epistola hæc exstat ıd Theodoret. l. 5. H. E. c. 9. et in Collectione ısiana Tom. III. col. 582.

· Romæ, quid actum in Concilio sit, dum ejus ıa non supersunt, investigandum nonnisi aliıe est. Paulinum Episcopum Antiochenum, de Episcopatu res primum cum Meletio, deıe cum Flaviano fuit, affuisse in Concilio, et ıphanium Salaminæ in Cypro Episcopum teıtur Hieronymus Epist. 27. ad Eustochium, et Principiam, utpote cum quibus et ipse Roıa iverit. Maximo Cynico non esse adjudicaıı Episcopatum, apparet ex Epistola Damasi ad ıholum Episcopum Thessalonic. apud Petrum ıstant. cujusque Damasus reprobat ordinatioıı, tametsi in ejus partem antea propenderit, ıd ab orthodoxis Episcopis ordinatus esset, et ıianzenus diceretur jam alterius Ecclesiæ fuisse ıscopus, nec Episcopi translatio ab alia Ecclesia

sia ad aliam esset licita per Ecclesiasticos can
Ex eo, quod a Damaso Papa scriptum As
sit, quid judicatum in Romano Concilio de
ximo sit, licet conjecturam facere, ab hoc n
catum esse Damaso, qualiter se ordinatio M
habuerit. Nazianzeno autem sponte ab Episc
tu recedente, iste ad solum Nectarium re
ad quem fuit ordinatus, ita tamen, ut The
sius Imp. ei Formatas a Romano Pontifice pe
literas, neque aliter firmum habuerit ejus Ep
patum, quemadmodum Innocentius I. Epist
ad Rufum testatur. Flavianus ex Socrate L
15. intelligitur fuisse excommunicatus: Nam
Theophili, qui Timotheo successit in Episc
tu Alexandrino, svasu, et patrocinio Dam
placatum esse Flaviano, communionemque r
tuisse: siquidem id viderit conducere dis
quod erat inter Orthodoxos Antiochiæ, tolle
qua in re a Flaviano etiam laboratum fuit.
quæ sunt de Fide Catholica tractata contra h
ses in Concilio Constantinopolitano, constat,
firmata esse a Damaso Papa testimonio Gre
M. et ipsius etiam Photii, ut est demonstr
superiore §pho.

§. 80.

Tractatum est Constantinopoli cum hæretic tentata eorum revocatio ad Ecclesiam. A res novarum sectarum, et errorum: Au Aerius, Priscillianus, Helvidius, Jovini Bonosus, Vigilantius.

Cum per edictum Theodosii Imp. quod moratum est superiore §pho, Ecclesiæ hær

fi

sent ademptæ, secutæ sunt pluribus in locis bæ. Deliberavit Imperator, quanam ratione ainibus istis persvaderi posset, se esse in ere. Quod si successisset, non dubitavit fore, ut modo non dolenter ferrent suarum Ecclesia-a amissionem, sed etiam ad Ecclesiam redirent. ac in finem a. 383. Episcopos omnium secta-a jussit convenire Constantinopolim. Consultat a Nectario, quomodo res cum his instituenda. t. Iste hoc negotium communicat cum Age-Novatianorum Episcopo: siquidem Novatiani octrina de homousia Filii a Catholicis non dis-issent. Adhibetur in consilium etiam Sisinni-Lector Agelii ob mentis perspicacitatem. Hic let, cum hæreticis non esse agendum disputa-ibus, quibus hi soleant adhuc etiam insolen-es fieri, sed simpliciore alia ratione. Quæren-i ex his esse, num veterum doctorum, qui runt in Ecclesia, antequam ipsi dissentire coe-ent, censerent, habendam esse rationem, vel ne etiam a se abjicerent. Quod si hoc alterum marent, ab iisdem petendum esse ut his doctori-veteribus Ecclesiæ anathema etiam dicant. Nam c fecerint, futurum ut ipsi eorum gregales in insurgant, et ab his alienentur, quoque pa-certa secutura sit victoria. Sin autem dixe-, se amplecti auctoritatem veterum doctorum lesiæ, horum prolatis testimoniis esse erroris vincendos. Hoc probato consilio atque re sic tuta, ad positam sibi quæstionem sectarum copi facti attoniti sunt, qui nihil tale exspe-ant, sed ad disputandum erant præmeditati, que secum dialecticos adduxerant, quorum ilio ad disputandum uterentur. Ubi vero se ex te perplexa collegerunt, neque tamen perspi-ant, quo res tenderet, responderunt, omnino

se

se doctores veteres, et Patres Ecclesiæ non
tum recipere, verum etiam his reverentiam
bere. Ergo, inquit Imperator, hos etiam r
gnoscent pro idoneis, ac fide dignis testibus
doctrinæ, quæ olim jam exstiterit in Ecclesia
vero non solum Episcopi cum alterius sectæ
scopis, sed etiam ejusdem sectæ bifariam ab
runt, atque inter se contenderunt, ostender
que nihil se habere certi, in quo figere po
assertiones doctrinæ suæ. Postulat deinde Im
rator, ut ad certum diem Episcopi cujusque
ctæ summam suæ doctrinæ scripto exhib
Quæ cum dies venisset, et illi hoc fecissent,
ceptisque eorum omnium scriptis Imperato
vicinum conclave transiisset, postque ali
moram rediisset, dixit, solam sibi placere
de homousia scriptaque, quæ sibi oblata er
sectarum Episcopis, discerpsit, nec ab eo,
decreverat de Ecclesiis hæreticorum recessit:
Novatiani erant excepti, eo quod homou
Filii credidissent. Sectarum vero reliquarum
scopi etiam apud suos in despectum venerunt
ut multi horum etiam sectam, in qua erant,
raverint: moestique domum remearunt. U
men [illegible] sectas collabentes sustentarent litera
serunt [illegible]quaversum ad suos, eosque horta
tur, ne aliquorum discesssu perturbarentur
multos esse vocatos, paucos electos. *Socrat.*
c. 10. *Sozomen. l. 7. c.* 20.

Præter eas sectas autem, quæ jam m
ratæ sunt prodierunt ad hoc usque tempus
res aliæ. Ex his notabiliores sunt, Aude
ab Audeo conflata. Fuit hic natione Syrus:
ves præseferebat mores, et quidquid in alii
servabat non satis exactum ad regulam m

'eprehendebat nimis audacter, atque libere, n in ipsis Presbyteris, et Episcopis. Retulit :l ob eam rem verbera. Quapropter se ab :opo suo separavit, et associatis sibi etiam instituit seorsim ab Ecclesia agere conventi- . Etiam in errores delatus est, rectæ fidei rarios. Deum posuit humana forma prædi- inde, quod sit dictum a Deo: *Faciamus ho- m ad imaginem, et similitudinem nostram.* . 1. *v.* 26. Eumdem Deum ex principiis Manetis vit omnium, quæ in hoc mundo sunt, con- rem. S. Epiphanius *Hær.* 70. docet eodem ›ore esse hanc natam sectam in Syria, et Me- tamia, quo Arius suam in Aegypto condidit. ›doretus l. 4. H. E. c. 10. ejus initium in tem- : ponit, quo Valentinianus, et Valens impe- nt. S. Hieronymus *in Chronico* ejus initium rt ad a. 381. Jam ineunte seculo sexto exaruit hæresis.

In Mesopotamia, eodemque tempore, quo ei prodierunt, exorta est secta etiam Messa- ›rum auctore Theodoreto l. 4. H. E. c. 11. No- eorum venit a voce Chaldaica *Metzalin*, quæ ficat *Precantes.* Quamobrem a Græ[illegible] quo- appellati sunt Euchitæ. Iidem Ent[illegible] sunt a vocati, quod se Spiritu Dei afflatos vendi- it. Principes hujus sectæ erant: Dadoes, ›as, Adelphius, Hermas, et Simeon. A la- manuum abstinebant, tantumque mendican- ictitabant manum semper gerentes porrectam :cipiendum. Iidem erant præditi absurdissi- erroribus, quos vero studiosissime occulta- :. Flavianus Episcopus Antiochenus, simulans ı erga illos magnum affectum induxit Adel- m ad pandenda omnia suæ sectæ arcana. Ha- be-

bebant, Baptismum nullius esse utilitatis, sed vi solius precationis liberari hominem a servitute diaboli, in quam genus humanum devenit per primi hominis peccatum, et accepto Spiritu sancto in ea perfectione poni, ut liber ab omni propensione ad malum, nulla jam alia re indigeat, insuper res futuras prævideat, atque ipsam etiam Sanctissimam Trinitatem suis oculis intueatur. Ejusdem Flaviani opera ex Syria extrusi cum se in Pamphiliam recepissent, ad eos opprimendos celebratum fuit concilium Sidense in Mysia a viginti, et quinque Episcopis præsidente Amphilochio Episcopo Iconiensi. Episcoporum vigilantia, ne serpere posset, brevi suppressa hæc secta est, ut ultra quintum seculum vix aliquæ ejus reliquiæ superfuerint. *Theodoret. l.* 4. *Hær. Fab. c.* 11. & *Epiphan. Hær.* 80.

Aërianorum fuit deinde rursus nova secta. Aërius eam condidit. Hic primum eremiticam vitam egit in contubernio cum Eustathio: deinde cum Eustathius ad Episcopatum Sebastenum in Armenia evectus esset, hunc vero ei invidisset Aërius, factus Presbyter ab eodem Eustathio venditabat, se velut æqualem Episcopo, asserens nihil interesse inter Episcopatum, et Presbyteratum: cumque plebis magnam partem ad se attraxisset, exorta nova per eum secta est. S. Epiphanius *Hær.* 75. dogma hoc illius supra hominis captum furiosum et immane vocat. Idem Aërius precationes, et pietatis opera pro vita functis cavillabatur, nec non jejunii disciplinam in Ecclesia, et Paschalis festi celebrationem. Itaque in diebus, quibus juxta morem Ecclesiæ jejunium fuit observatum, præsertimque in Quadragesima, Aëriani totis diebus heluabantur, et comissabantur.

r. Vergente ad finem seculo quarto hanc suam ctam Aërius instituit. Non magnos progressus sit, neque diu duravit. Viguit vero in hac am dogma Arii, utpote ex qua secta prodierit Aërius, et ipse etiam fuerit Eustathius Sebanus Episcopus. De hac præter Epiphanium scri: etiam S. Augustinus *lib. de Haeres. c.* 53.

Alia rursus secta exorta est Priscillianistarum, ctorem habens Priscillianum. Marcus quidam ex gypto in Hispaniam veniens errores ei instillavit, mptos e Gnosticorum, et Manichæorum disciplis quos Priscillianus propagavit in Hispania inter biles præsertim, et opulentos, adhærentibus etiam aliquot Episcopis. S. Augustinus *lib. de* *res. cap,* 70. istos Priscillianistarum recenset rores, Animas hominum ejusdem cum Deo esse bstantiæ: has e cælo descendere, dumque dendunt, incidere in manus Principii mali, a o ad corpora mittantur: a quo malo Principio m mundus conditus sit; homines ita nasci, ut o sint subjecti, quod suum cuique ab astris stitutum sit. Esum carnium, et conjugium mnarunt, etiam rescissis iis, quæ legitime inita nt connubia, dum tamen omnem licentiam dat vagæ exercendæ libidini. In Deo negarunt m post Sabellium distinctionem Personarum, Christum veram habuisse carnem. Ad occultas suas turpitudines, quarum sibi licentiam cesserant, hanc sibi fecerant regulam: Jura, Jura, secretum pandere noli. Condemnati sunt 380. in Episcoporum Cæsaraugustano concilio. iscillianus cum pluribus aliis ab Ithacio Sossu nsi, et Idacio Emeritano Episcopo delatus ad ximum, qui dignitatem Imperatoriam gessit, m invaserat, Trevirisque residebat, capite

poenas dedit. A quorum deinde communione, quod ad causam sangvinis influxissent, abhorrebant Episcopi alii, ipse etiam inter hos S. Martinus Episcopus Turonensis. Tametsi vero Conciliorum etiam deinceps plurium statutis, et Imperatorum quoque edictis fuisset hæc secta proscripta, et interdicta severe; tamen difficile fuit eam eradicare, quod Priscillianistæ etiam in judicium vocati, Catholicos se profiterentur, et ad ipsam etiam Eucharistiam sumendam accederent: sed quam solummodo in os reciperent, non deglutirent. His Phrygarum et Manichæorum nomen solet etiam tribui, utpote cum quibus plura habuerint communia. Præter S. Augustinum S. Leo M. *Epist.* 15. *ad Turribium Episcopum* scribit de Priscillianistarum erroribus plenissime, et Sulpicius Sev. *l.* 2. *Hist. Sacr.*

Alia rursus secta fuit Antidicomarianitarum, id est, Mariæ adversariorum. Hi ex Apollinaristis pullularunt, et Deiparæ virginitatem perpetuam negaverunt, male intellectis Scripturæ sacræ locis, in quibus fratres Christi memorantur. *S. Epiphan. Hær.* 78. Idem circa a. 382. fecit Helvidius in libello Romæ a se edito: insuper asserebat, Virginitatis meritum non esse majus, quam sit conjugii. S. Hieronymus librum composuit ad ejus errores refutandos. In Arabia circa a. 373. Collyridiani prodierunt. Hi Deiparam Virginem veluti Deam coluerunt, placentasque, quæ Græce Κολλυρίδες dicuntur, ei obtulerunt: unde ortum est etiam hujus sectæ nomen. Feminisque tantum permissum erat, hanc facere oblationem. *S. Epiphan. Hær.* 79.

Pau-

Paucis annis post Helvidium videlicet circa a.). Jovinianus prodiit etiam cum suis mercibus, nachus primum monasterii Mediolanensis, de- e abjecto hoc vitæ genere vitam voluptariam sectatus in victu, vestitu, totoque habitu cor- is sic, ut eum S. Hieronymus Epicurum Chri- norum esse dixerit. Ex ejus libro idem Hie- ymus in suis adversus eum duobus libris has assertiones profert: Virginitatem, et conju- n ejusdem meriti esse, eos, qui plena fide re- in Baptismo essent, a diabolo non posse sub- :i; inter abstinentiam ciborum, et eorum per- tionem cum gratiarum actione nullam esse di- tiam; unam omnium, qui suum servassent Ba- mum, et æqualem esse in cælo remuneratio- n. Præter hos autem in libro ejus proprio ex- ssos, testimonio S. Augustini *lib. de Hæres. c.* et S. Ambrosii *Epist.* 42. *ad Siricium Pap.* runt et hi Joviniani errores, Peccata, quem- nodum Stoici asserebant, esse omnia paria, et ginitatem Mariæ in pariendo fuisse corruptam; est quæ quidem virgo fuerit in concipiendo ristum, cui tamen virginitas decesserit, quan- Christum peperit. Jovinianum cum asseclis nnavit Siricius Papa in Synodo Romana a 389. a facta, et promulgata damnatione in literis Episcopos idem fecit post Siricium S. Ambro- in Synodo Mediolanensi, cujus sunt hæc ver- in epistola ad Siricium: *Jovinianum, Auxentium quos Sanctitas tua damnavit, scias, apud quoque secundum judicium tuum esse da- atos.*

Basnagius ad a. 400. de Toletana synodo scri- is, in qua statutum fuit, Clericos, ex Priscil- istarum secta redeuntes ad Ecclesiam, servan-

dos esse in eo Clericalis ordinis gradu, quem habuerunt, attamen exspectando, *Quid Papa, qui nunc est, quid Simplicianus Mediolanensis Episcopus, reliquique Ecclesiarum rescribant Sacerdotes*, talem deinde facit crisin, semper intentus ad lacessendum Romanæ Ecclesiæ Primatum: *In quibus* (in Actis Toletanæ Synodi) *observandum, Episcopis, qui Priscilliani partes deseruerant, tam Simpliciani Mediolanensis, quam Anastasii Romani Episcopi exspectandam esse communionem. Quod certe mirum, si pro Ecclesiæ totius Principe, atque Pastore, Anastasium, Toletani habuissent.* Qui vero hic tam vigil, et perspicax fuit ad faciendam crisin de Primatu Romani Pontificis, abdormivit, nullamque crisin fecit ad verba S. Ambrosii: Jovinianum, Auxentium, etc. quos Sanctitas tua damnavit, scias, apud nos quoque secundum judicium tuum esse damnatos. Nam cur non etiam hic exclamavit, *Certe mirum!* dum Ambrosius scripsit Anastasio, Priscillianum, et ceteros, qui ab eo erant damnati, a se secundum ejus judicium damnatos esse, sic scripsisse si eum pro Ecclesiæ totius Principe atque Pastore habuisset? At quoniam hinc, quod Ambrosius pro sui judicii norma posuisset judicium Anastasii in condemnatione Priscilliani, et ceterorum, clarum sit, Anastasium ab Ambrosio agnitum esse Principem, et Pastorem totius Ecclesiæ, cujus unius ductu professus est, se fecisse illam damnationem; hic abstinuit a crisi facienda, quod viderit, hujus ponderis tale, quod bilancem deprimat in partem alteram. At vero fuisset critici, atque æqui censoris, non tantum captare ea, quæ videri possent contraria Primatui Romani Pontificis, verum etiam non negligere, quæ sunt in partem aliam. Dum autem Toletani dicunt, in receptione Priscillianistarum

ad

ecclesiæ communionem expectandum esse; quid
on tantum Romanus Pontifex, verum etiam Sim-
icianus, et reliqui Ecclesiarum Sacerdotes rè-
ripturi essent quoad hanc receptionem; hoc ita
hil habet adversus Romani Pontificis Primatum;
cut hunc neque tollunt generalia concilia, quæ
elebrantur, quamvis decisiones controversiarum
unt etiam per solum Romanum Pontificem. In
s iisdem Actis Toletani concilii est, hos eosdem
oletanos Paternum Episcopum, ex Priscilliani-
arum secta revertentem, suscepisse in commu-
onem, eo quod *Sedes Apostolica rescripserit*:
que nulla facta mentione aliorum Episcoporum,
quorum etiam consensione hunc judicaverint
ecipiendum ad communionem. Sed neque hoc
magius proferre voluit: et estne obscurum, cur
oferre noluerit?

Ad Jovinianum adhuc redeo. S. Hieronymus
libris suis, quos libro Joviniani opposuit, ita
rginitatem commendavit, ut matrimonium plus
uo depressisse putaretur adeo, ut Pammachius
nicus Hieronymi istos contra Jovinianum libros
pprimere conatus sit, ut famæ illius consuleret.
ripsit deinde Hieronymus ejusdem Pammachii
rtatu Apologiam, ad illam suspicionem depel-
ndam quasi commendando virginitatem non
am laudem etiam reliquisset connubiis. Cumque
men sermo adhuc reperet, Hieronymum non
tuisse Joviniano respondere, nisi detrahendo
ptiis, et conjugio, S. Augustinus idcirco et ipse
brum composuit de Bono Conjugii. Adversus
oviniani errores scripsit quoque S. Ambrosius in
istola ad Vercellenses, dum quidam ex asseclis
viniani Vercellas venissent, ut illic suos spar-
rent errores. Jovinianus ab Honorio Imp. plum-
bo

bo onustus missus est ad Boam Dalmatiæ insulam ubi ad extremum inter luxuriosas epulas animam eructaverit, quemadmodum scriptum est a Gennadio cap. 75. Conventicula etiam omnia ejus asseclis sunt interdicta, nec non et ipsi dissipati, et dispersi.

Circa idem tempus Bonosiaci exorti sunt auctore Bonoso Episcopo Sardicensi. Horum errores fuerunt, Mariam Deiparam post editum Christum alios genuisse liberos, et non mansisse virginem; iidem in Christo duos posuerunt filios, quorum alter exstiterit jam ante omnes res alias creatas, non tamen ab æterno; alter cœperit esse, quando a matre conceptus, et natus est. Iidem et rebaptizabant. In Dacia, Macedonia, et Illyrico locum sibi reperisse horum errores, atque hinc etiam proserpsisse in Gallias refert S. Ambrosius *lib. de Institut. Virg.*

Ultimo decennio hujus quarti seculi etiam Vigilantius suos spargere errores cœpit. Fuit Presbyter Ecclesiæ Barcinonensis, sed natione Gallus e civitate Convenarum. In Orientem peregrinatus, et a S. Hieronymo in Palæstina cupidissime susceptus, ibidem primum prodere errores suos cœpit nihil proficiente Hieronymo ad eum retinendum, ne præceps continuaret ire, quo jam ire cœperat: quin abscedens ab Hieronymo, hunc etiam velut Origenistam traducebat. Imperitus cum esset, et verbis, et scientia, et sermone inconditus, ut eum describit S. Hieronymus eo suo libro, quem adversus hunc scripsit; tamen affectabat famam ingenii, et eruditionis, secum etiam vehens librarios, et notarios, dum iter faceret. Vigilantii hi fuerunt errores: Martyrum reliquias non

n esse venerandas, ausus etiam eos, qui has nerarentur, idololatras, et cinerarios vocitare; c Sanctos vita functos, et eorum patrocinium ad Deum esse implorandum; carpebat etiam libatum Clericorum et abdicationem bonorum nporalium per vitæ monasticæ professionem.

Basnagius in Annalib. ad a. 406. dum ad Vilantium venit, sic loquitur: *Plebeja Reliquiarum ligio, quæ complurium mentes opplebat, ac nditiis quibusdam veluti pietatis alliciebat, non nibus cordi erat. Priscis seculis ignorabatur eliquiarum et translatio, et cultus. Impressis ulis, accensisque cereis nihil honoris Martyn ossibus exhibebatur: quæ, quantum licebat, nestis exequiis sepulcro condebantur. Ac fræno idem opus fuisse, quo propensi in Reliquias pulorum animi retinerentur, monet Carthaginenum decretum. a. 400. promulgatum. Nulla meoria Martyrum probabiliter acceptetur, nisi t ubi corpus, aut aliquæ certæ reliquiæ sint, t ubi origo alicujus habitationis, vel possessios, vel passionis fidelissima origine traditur. am quæ per somnia, et per inanes quasi revelationes quorumlibet hominum ubique constituntur altaria, omnimode reprobentur.* Meras sentias fundit, in quibus omnibus summa est valoquentia, et falsitas. Plebejam hanc dicit Reuiarum religionem esse. Anne vero plebejum lummodo fuit, quod omnium Ecclesiarum poli, quod omnes Episcopi, quod Imperatores, nstantinus M, et Arcadius erga Reliquias Sanrum fecerunt? Nam hoc est testimonium S. Hienymi in libro adv. Vigilant. *Ergo sacrilegi sus, quando Apostolorum basilicas ingredimur. crilegus fuit Constantinus Imp. qui sanctas reliqui-*

liquias Andreæ, Lucæ, et Timothei transtulit Constantinopolim, apud quas dæmones rugiunt; sacrilegus dicendus est et nunc Augustus Arcadius, qui ossa Beati Samuelis longo post tempore de Judæa transtulit in Thraciam. Omnes Episcopi non solum Sacrilegi, sed et fatui judicandi, qui rem vilissimam, et cineres dissolutos in serico, et vase aureo portaverunt. Stulti omnium Ecclesiarum populi, qui occurrerunt sanctis Reliquiis, et tanta lætitia, quasi præsentem, viventemque Prophetam cernerent, susceperunt, ut de Palæstina usque Chalcedonem jungerentur populorum examina, et in Christi laudes una voce resonarent. Idem ex testimonio quoque S. Gregorii Nyss. Orat. de Theodoro M. cognosci potest. *Quod si quis*, inquit, *etiam pulverem, quo sepulcri locus obsitus est, auferre permittat, pro munere accipitur, ac tamquam res magni pretii reposita terra ista servatur. Nam ipsas attingere reliquias, quando aliqua ejusmodi prospera fortuna contigerit, quam optabile sit, et summis votis expetitum munus, norunt, quicumque sunt experti, et hoc suo desiderio potiti. Hi enim tamquam vivum ipsum corpus, et florens videntes osculantur, et ad oculos, ad os, ad aures, ad omnes sensus admovent: deinde Martyri, quasi integer esset, ac præsens, supplicant, ut pro ipsis intercedat.* Fraeno opus dicit Basnagius fuisse, quo propensi populorum animi in Reliquias retinerentur. Ipse igitur etiam dat, et recognoscit, populos plane effusos fuisse in hanc venerationem Reliquiis Sanctorum tribuendam. Hoc frænum ponit in canone concilii Carthaginensis, quem produxit. Quam vero apte, quis non videt? dum hic canon agat nonnisi contra incertas reliquias, et quæ dum exceptio fit quoad incertas reliquias

isto

canone etiam confirmetur mos, et institutum
nævæ Ecclesiæ Sanctorum reliquias colendi.
n Basnagius *cit. loc.* duas affert etiam appari-
es, harumque alteram per somnium, atque
nis probat, Sanctis displicuisse, si eorum re-
iæ corporum ab invicem essent distractæ; qui
en eumdem canonem concilii Carthagiensis
lit, quem jam vidimus, ad cavendum, ne qua
noria Martyrum acceptaretur, quæ tantum
nio inniteretur. Creditne vel ipse has appa-
nes veras fuisse, tantummodo somniatas? Est-
hoc igitur argumentari vel somniare? Non mul-
nactus est Vigilantius sectatores, de quo in
o contra Vigilantium S. Hieronymus: *Asse-
t,* inquit, *repertos esse nonnullos, qui faven-
vitiis suis, illius blasphemiis acquiescant.* Ex
, etiam manifestum est, quam illud firmiter,
apud omnes obtinuerit, adversum quod insur-
it Vigilantius.

§. 81.

*Theodosii Imp. de Hæreticis. Ariani simu-
lant se Homousianos. Ab Justina Imperatri-
ce matre Valentiniani II. Imp. S. Ambrosius
magnam sustinet adversitatem. Theodosii
studium in exstirpandis ethnicæ superstitionis
reliquiis in Imperio.*

Cum hæreticorum, qui sub Constantio, Julia-
, Valente Imperatoribus magnam assecuti erant
ntiam, quamque omnem verterant ad vexan-
n, et subvertendam orthodoxam Religionem, jam
Jovinianum, Valentinianum, Gratianum, et Theo-
sium compressa esset audacia, tum præsertim
lex

lex illa vehementissime eos perculit, quam idem Theodosius Imp. a. 388. iterum adversum eos tulit. Hac hæreticis omnibus indiscriminatim interdictum fuit omnibus publicis locis, et congressu honestorum; interdictum, ne uspiam convenirent, ne in privatis quidem ædibus; ne Clericos apud se aliquos ordinarent, ordinati autem jam eorum Episcopi, ne hoc Episcoporum nomine, et appellatione uterentur; interdictum iis quoque aditu ad Aulam, et negatum jus appellandi Imperatorem in qualicumque sua causa. *Cod. Theod. de Hæret. l.* 14. Hæc servior lex in eos constituta est, cum priores leges adversum se latas ausi fuissent infringere. Arianorum Constantinopoli tantis fuit audacia, ut Nectarii Episcopalem domum incenderint, dum rumor allatus fuisset de Theodosio Imp. per Maximum superato. Arcadius Theodosii filiolus suis precibus veniam illis a patre exoravit. *Socrat. l.* 5. *c.* 13.

Tali statu rerum suarum Episcopi Ariani, qui sibi arrogantissime persvaserant, totum se mundum facturos Arianum, ut in sedibus suis relinquerentur, simulabant se Homousian credere. Valenti, Ursacio, et pluribus aliis, quorum talis astutia jam etiam antea fuerat, non est creditum. Res magis successit Auxentio. Hic natione Cappadox, et a Gregorio pseudo-episcopo Alexandrino factus Presbyter, in locum Dionysii Episcopi Mediolanensis, missi in exilium a Constantio Imp. intrusus fuit, homo, ut S. Athanasius in Epistola ad Solitarios, ne Romanæ quidem linguæ, sed tantum hæreseos peritus, dum lux serenior affulsisset Ecclesiæ in Occidente, se ita scivit fingere, ut Catholici etiam ei sdhærerent, existimantes esse Catholicum. S. Hilarius Pictaviensis Epi-

scopus testabatur, non esse ei credendum, et
 hæreticum; obtinuitque a Valentiniano Imp.
364. facultatem cum eo congrediendi in con-
u decem aliorum Episcoporum eum in finem,
detegeret, qualis ejus fides esset: cumque ho-
iem ita pertentasset, atque exagitasset, omnia
 ei effugia præclusisset, ne se tamen fateretur
anum esse, dixit, se credere, Christum esse
im verum, et unius cum Deo Patre divinita-
 et substantiæ. Hanc confessionem suam etiam
iptam dedit, dum ad hoc quoque ab Hilario
ctus esset. Itaque tota urbe celebratur ut in-
itatus Orthodoxus: Imperator quoque se in
s communionem dat, quin Hilarius, tamquam
barum auctor, Mediolano etiam amandatur:
 vero reclamabat; ne Auxentio crederetur,
s etiam scriptum esse stilo Antichristi compo-
m. Et revera tale fuit. In hoc enim profiten-
, quæ sibi fides esset, posuit fidem Nicææ in
racia expositam pro Nicæna fide, quæ nomen
et ab Nicæa Bithyniæ urbe, ut plura ejusmo-
 subdola in ejus scripto prætercam. *S. Hilar.*
contra Auxent. Supra §. 70. illud Nicænum
Thracia, quale fuerit concilium, demonstra-
a est.

Attamen pluribus in Conciliis Auxentius no-
ne hæreseos Arianæ erat damnatus, ut et Con-
ia exhibent, quæ adversus eum sunt celebrata,
perhibet Theodoretus l. 4. H. E. c. 6. Anno
. e vita decessit. Valentinianus Imp. referen-
 eodem Theodoreto, convocatis Episcopis ita
utus est: *Nostis utique, utpote divinis literis*
nutriti, qualem oporteat esse eum, cui honor
cerdotii defertur, quodque non doctrina solum,
d etiam vita subditos informare debeat, seque
illis

est. Imperatorem rogarunt Episcopi, u
ret, quem ipse vellet habere. Quibus i
istud, inquit, *est meis viribus negot*
vero, qui divina gratia repleti estis, et
num illud Numen hausistis, melius elec
Est vero dissensio exorta Mediolani in p
ca Episcopi novi electionem, ut periculi
seditionis esset, aliis, qui Arianismo infe
Episcopum exposcentibus sibi convenien
utpote Catholicis, repugnantibus. Ne q
modi fieret, quod præcaveri deberet
Præfectus prætorio, Ambrosium, qui
Insubriæ, deinde Liguriæ, et Aemiliæ c
state consulari erat præpositus, Mediola
sit, ut electioni adesset. Igitur ad temp
futura erat electio, non tantum Mediola
rum etiam ad Ecclesiam venit; *Ibique c*
queretur populum, subito vox fertur
sunt verba S. Paulini in Vita S. Ambros
pulo sonuisse Ambrosium Episcopum:
vocis sonum totius populi ora conversa
clamantis Ambrosium Episcopum. Ita,
tea turbulentissime dissidebant, quia
sibi, et Catholici sibi Episcopum cupi
neratis alterutris; ordinati repente in h

publico constituit, et de reis, qui in custodia rabantur per tormenta quæstionem instituit tra omnem morem suum, ut hac severitate um voluntates, qui eum expetebant Episcopum, a se alienaret, interim vero conclamante populi multitudine, *Peccatum tuum super* Feminas deinde notæ libidinis fecit ad se ve Nemo fuit, cui persvadere potuerit, hoc que aliter, quam ficte fieri. Fugam igitur alia nocte facit: sed qui Ticinum voluit ire, se se videt esse Mediolani ante ejus portam manam. Excipitur a populo, et custoditur, ne m, quam tentavit, posset elabi. Attamen custodiis in villam cujusdam Leontii se abdit, et abdidit. Dum interea ad Imperatorem Amii electio fuisset perlata, isque suum gaudium ificasset, quod is, quem Judicem direxisset, Sacerdotium peteretur; Vicarius Imperii, idem eligitur, qui Præfectus prætorio, proclaman curavit, ut Ambrosium proderent, qui scit, ubi lateret, nisi sibi, rebusque suis male ultum esse vellent, Leontiusque hoc fecisset, ibrosius productus e latebris, diutius refragausus non est, ne contra Dei voluntatem alid faceret. Itaque baptizatus, tantummodo enim chumenus erat, et per omnes Ordinum gra ascendendo, die octavo a suscepto baptismo copus consecratus est.

Gratianus Imperator Occidentis invisus factus militibus, eo quod plus fiduciæ visus sit collo se in Alanis, quos in suo habebat exercitu, occasione usus Maximus natione Hispanus, in Britannia exercitui præerat, rebellavit, et a cujusdam Andragathii cum Gratianum in ere interceptum occidisset, Imperatoriam di-

gni-

gnitatem a. 383. invasit, et provincias, quæ Gratiano erant, Britanniam, Gallias, et Hispanias occupavit. In Italia, et reliquo Occidum Valentinianus, Gratiani frater a. 367. adolescentiam nondum egressus esset. Jmater ejus, imperium gubernavit, aut Valnianus omnia ex ejus voluntate faciebat. Hinc ducta fuit ab Arianis, totamque se his tradit. factum, ut edictum etiam nomine Valentisit datum, quo Arianis iterum libertas conest exercendæ suæ religionis. Arianus quoque scopus iterum irrepsit Mediolanum proprie ne Mercurinus ex Scythia oriundus, sed qAuxentium vocavit, quod nomen Ariano Eppo fuit Mediolani, antequam factus esset Eppus Ambrosius: qui ejus audaciæ fuit, ut brosium non tantum provocaverit ad disputasecum de Religione, sed a Valentiniano Imp. mandatum obtinuerit, quo imperatum fuit brosio, ut disputaret cum Auxentio, idque latio Imperatoris, delectis arbitris, quos partes sibi vellent assumere. Ambrosius resc Imperatori, ab ejus patre Valentiniano f esse decretum, *In causa fidei, vel Ecclesiæ alicujus ordinis eum judicare debere, qui nec nere impar sit, nec jure dissimilis; in fidei Episcopos solere de Imperatoribus Christinis, non Imperatores de Episcopis judicare. veniant*, inquit, *si qui sunt, ad Ecclesiam; diant cum populo, non ut quisquam judex deat, sed ut unusquisque de suo affectu examen; eligat, quem sequatur.* Auxentius bebat jam conductos arbitros pro se hominenicos, hique fuissent, qui pronunciarent, ex disputatione retulerit victoriam. Res

ad alienandum populum ab Ambrosio, et ad tes trahendum Auxentii. *S. Ambros. Epist.* 32.

Sirmii in Illyrico mortuo Episcopo dignitas abat Episcopalis. Huc Justina Imperatrix venit, Arianus succederet Episcopus. Ne hoc fieret, ue magis, quod Sirmiensis Episcopus metroita esset totius Illyrici, etiam Ambrosius eodem tendit. Dum ventum ad electionem esset, et brosius etiam ad Ecclesiam venisset, in suggesto consedisset, Justina irata voluit eum habere Ecclesia ejectum. Ariana puella ausa est suggem adscendere, ut Ambrosium e sella detractum am Ecclesiæ partem attraheret, in quà turba ferum Arianarum stabat: quod si factum fuisab his ignominiose Ambrosius ejectus fuisset ex lesia. At vero is puellam compescuit, dicens: *i ego indignus tanto Sacerdotio sum; tamen non convenit, vel professionem tuam, in quacumque Sacerdotem manus injicere: unde deveri Dei judicium, ne tibi aliquid eveniat.* lla altero die moritur. Funeri affuit etiam Amsius, gratiam rependens pro contumelia. Ari autem hujus puellæ casu perculsi. Catholicis electione Episcopi adversari ultra ausi non t. Electus est Anemius. *Paulin. in Vita S. bros.* Baronio in Annal. ad a. 379: visum fuit, brosium ideo interfuisse huic electioni, quod nium cum Illyrico spectaverit ad jus metroponum Mediolanensis Episcopi: siquidem provinIllyrici olim conjuncta fuerit Galliæ Cisalpinæ, ub eodem fuerit Vicario Italiæ. Unde vero hoc ludi nondum potest. Etenim et Africa fuit sub rio Italiæ, non eo minus tamen distinctos a iolanensi Episcopo metropolitas suos habuit. . igitur sollicitudo subveniendi in periculo, ne Aria-

Arianus Episcopus eligeretur Sirmii, huc t
Ambrosium, ad hujusque auxilii Officium: s
dem pro invicem sollicita sint membra. 1.
12. v. 25.

Nulla Arianis Mediolani superfuit Ecc
postquam urbs tota, opera S. Ambrosii rep
ta fuit ab Arianismo. Quare is Epistola 33.
stinam, dum procederet pauculosque de fa
regia, et nonnullos Gothos secum haberet,
bat, secum suos omnes coetus vehere. Goth
Valente Imp. esse receptos ad Imperium, ii
sedes in hoc datas, supra §. 76. demonstr
est. Ejus legationis, quam tunc Gothi ad V
tem instituerunt, princeps fuit Ulphilas e
Episcopus. Hic Constantinopoli ab Arianis Ep
pis inductus est ad Arianismum, seque ii
etiam dociliorem præbuit, quo facilius a Va
Imp. obtineret, quod ea legatione quæsi
atque etiam impetraverat. Iste deinde Ul
etiam Gothos traduxit ad Arianismum, et e
bus fuerunt hi quoque Gothi, stipatores Ju
Sozomen. l. 6. *c.* 37. *Theodoret. l.* 4. *H.*
ult. Anno 385. imminente festo Paschatis V
tinianus, svadente matre; mandat Ambrosio
basilicam primo eam, quæ appellata fuit Po
na, extra muros, deinde non jam hanc, sed
quæ nova fuit in urbe, et in qua Ambrosiu
dem suam Episcopalem habebat, una cum
vasis Arianis traderet, talique cum imperio
si mos non statim gestus esset, ex Ecclesia
rentur Sacerdotes, sique aliqui horum re
sent, gladio ferirentur. Luctus, et conster
invasit totam urbem. Mandatum hoc cum al
esset ad Ambrosium respondit: Templum De
di a Sacerdote non posse: se hoc accepisse
di

ndum, non tradendum. Si ab eo petereturd illius est, fundus, argentum, non se refraarum, quamquam omnia, quæ habeat, sint perum: quæ autem divina sunt, non esse suba Imperatoriæ potestati. *Si patrimonium per, invadite; si corpus, occurrant. Vultis in vula rapere, vultis in mortem? voluptati mihi Non ego vallabor circumfusione populorum, altaria tenebo vitam obsecrans, sed pro alibus gratius immolabor. Domum privati nullotes jure* (Imperator) *temerare. Domum Dei itimas auferendam? Noli te gravare Impera-, ut putes te in ea, quæ divina sunt, impele aliquod jus habere. Noli te extollere: sed is diutius imperare, esto Deo subditus. Scrim est: Quæ Dei, Deo; quæ Cæsaris, Cæi. Ad Imperatorem palatia pertinent, ad Sadotem Ecclesiæ. Publicorum tibi mœnium jus nissum est, non sacrorum.* S. Amb. Epist. 20. Marcellin. sororem.

Mittuntur ex aula, qui vela suspenderent in ciana Ecclesia: Genus hoc erat aulæorum ad endum, et ambiendum locum, qui erat Imatoribus in Ecclesia. Fugit eo magna pars po-. Comprehenditur etiam Castulus, qui se byterum dicebat Arianum. Tametsi vero hic ente Ambrosio statim dimissus esset illæsus; en in Catholicos, veluti seditionis reos decreunt condemnationes, omniumque primo in catores. *Itaque sanctis diebus hebdomadis ulr,* sunt verba S. Ambrosii cit. loc. *quibus sont debitorum relaxari vincula, strident cate- imponuntur collo innocentium, exiguntur nta pondo auri intra totum triduum.* Meribus tantum pietatis fuit, ut dicerent, se

etiam duplum libenter daturos, dummodo illæsam servarent fidem in Christum. Erant pleni carceres mercatoribus. Missi quoque sunt milites ad occupandam basilicam cum alii, tum Gothi. Gothis cum Ambrosius dixisset, ideone eos suscepe-rit Romanum Imperium, ut se ministros publicæ perturbationis præberent, non tantum vi omni abstinuerunt, verum etiam se Ambrosio in Religionem Catholicam subjecerunt, ceteri autem ad precandum in Ecclesia se venisse dixerunt. D[...] Imperator vidit, se vi nihil posse efficere, eo descendit, ut Ambrosio decerneret exilium. Sed nec hoc viderat, quemadmodum effectum pos[...] dare absque seditione totius populi. Justina [...]gnitates, et magna præmia pollicita ei est, [...] Ambrosium de Ecclesia raptum asportasset. [...] *infelicior ceteris*, ait Paulinus in Vit. Ambr[...] *nomine Euthymius, tanto furore excitatus* [...] *ut juxta Ecclesiam sibi domum pararet, atque i[...] eadem carrum constitueret, quo facilius rapt[...] superpositum* carpento, ad exilium perduc[...] Totum diem Palmarum cum in Ecclesia transeg[...]set Ambrosius, sub noctem se domum rec[...] ut si quis veniret ad eum abducendum, para[...] inveniret. At populus cum audivisset, quid [...] exilio constitutum esset in Ambrosium, conc[...] undique non tantum ad illius custodiam, ver[...] etiam ad moriendum pro pastore suo. Altera [...] reversus in Ecclesiam, *Video*, inquit, *præter[...] litum subito esse turbatos, atque asservantes* [...] *Miror, quid hoc sit? --- Quid turbamini? Vo[...] numquam vos deseram. Coactus repugnare non [...] vi. Dolere potero, flere potero, potero gem[...] adversus arma, milites, Gothos quoque lacry[...] meæ arma sunt. Certe si Dominus huic nos [...] tumini deputavit, frustra pervigiles tot nocti[...]*

diebus custodias exhibetis. S. Ambros. in Serm. nt. Auxent. Hoc tempore, quo pius populus cubabat in Ecclesia, mori paratus cum Episco- suo instituit Ambrosius, ut hymni, et Psalmi eodem populo cantarentur ad levandum tædium xta eum morem, qui jam obtinuit in Oriente: iem deinde in Occidente quoque propagatum es- ad omnes Ecclesias, docet S. Augustinus *l.* 9. *nfession. c.* 7.

Valentinianus Imp. cum res successum non buisset in Ecclesia vi occupanda per milites, et thos, hanc etiam in crimen vertit ipsius Am- osii, ac velut quamdam tyrannidem adversum ei objecit. Respondit Ambrosius, ne Maximum idem dicere, Ambrosium esse tyrannum Va- ntiniani: qui queratur, se objectu legationis, a functus est ad eum, non potuisse in Italiam nsire. Sacerdotes numquam fuisse tyrannos, l sæpe passos esse tyrannos. Calligonus eunu- us, tali libertate respondenti Ambrosio, *Me vo*, inquit, *tu contemnis Valentinianum? Ca- t tibi tollo.* Cui Ambrosius: *Deus permittat i, ut impleas, quod minaris. Ego enim patiar, od Episcopi est; tu facies, quod spadonis.* S. nbros. *Epist. ad Marcellin.* Iste vero eunuchus put non multo post ipse suum amisit ob luxu- e crimen, quod perpetravit. *S. August. l.* 6. *it. Julian. c.* 14. Etiam de Euthymio, qui Am- osium abripere voluit, et vehere in exilium re- t Paulinus in Vita Ambrosii: de eadem domo, eodem carpento avectum esse in exilium, od ad evehendum Ambrosium paratum habuit. ic in exilium pergenti Ambrosius pecuniam, et necessaria ad iter dedit. Valentinianus autem hens militum defectionem, et populi seditionem

adversum se, vela ex Ecclesia jussit aufer
tes ab Ecclesia revocavit, mercatores e
dimisit, et pecunias quoque, quas ab hi
rat, restituit. Repressit et illud ferocian
brosium. Per revelationem sibi divinitu
reperit corpora Martyrum Gervasii, et
qui Mediolani erant passi, et sepulti. H
transferret solenni pompa ad basilicam, c
darium cum admovisset feretro, ac deind
subito recepit lumen: item alii vel morb
bus erant affecti, vel liberati a dæmo
quibus erant obsessi. At vero quid tunc
factum per Arianos est? *Ex hoc temp*
Paulinus cit. loc. *sedari cœpit persecut*
Justinæ furore accendebatur, ut Sacerdo
clesia pelleretur. Tamen intra palatiu
tudo Arianorum cum Justina deridebant
Dei gratiam, quam Ecclesiæ Catholicæ
Jesus meritis Martyrum suorum conferr
tus est. Venerabilemque virum Ambrosi
rabant pecunia comparasse homines, qu
xari ab immundis spiritibus mentirentu
fit? unus ex his ipsis aulicis Arianis cor
dæmone est, clamansque testabatur, se i
queri a dæmone, quod negasset Martyre
unitatem in Trinitate crederet, quema
hanc Ambrosius doceret. *Illi hac voce*
Ariani, *qui converti debuerant, et dign*
confessione agere pœnitentiam, in pisci
mersum hominem necaverunt, perfidiæ
dium adjungentes. Etiam hæc fuerunt ve
lini. Horum miraculorum testis est et ipse
sius in Epistola ad Marcellinam sororem
Augustinus Serm. 39. de divers. *Tanta*
Martyrum etiam ego, inquit, *testis fui,*
diolani eram, facta miracula novi. Jus

ı etiam postea perrexit furere in Ambrosium.
ıit ad Ambrosium hominem, qui hunc clantino interficeret in suo conclavi. Huic, cum dium strinxisset in Ambrosium, brachium obıit, confessusque crimen sanum illud recepit. *ılin. in Vita Ambros.*

Maximus parabat invadere Italiam, et omne cidentis Imperium, sublato Valentiniano, sub m potestatem redigere. Quod cum Valentinia-ı, ejusque mater Justina sensissent, ad Amısium, quem prius tantopere insectati sunt, se terunt, atque huic pacificatoriam legationem ımittunt ad Maximum. Treviros, ubi Maximus t, cum Ambrosius venisset, et admitti petiisset, tumque fuisset, ejus adeundi facultatem habitun in consistorio (sic is in palatio locus vocaur, in quo Imperator causas cognoscebat, at-ɜ supplicum preces audiebat) respondit, non ıc morem esse Sacerdotalem, se tamen recepto eio non defuturum. *Ut sedit in consistorio*, ıt verba ipsius Ambrosii Epist. 24. *ingressus n. Assurrexit, ut osculum daret. Ego inter ısistorianos steti. Hortari alii cœperunt, ut ıcenderem, vocare ille. Respondi ego: Quid ılaris eum, quem non agnoveris? Si enim me ıovisses, non hoc loco videres. Commotus es, ıuit, Episcope. Non, inquam, injuria, sed veındia, quod alieno consisto loco.* Ad id, quod pace fuit petitum, respondit Maximus, se cum lentiniano tractaturum. Hunc autem Ambrosius muit, ut sibi a Maximo caveret: sub pacis enim ıolucro bellum gerere. Attamen hujus pacis spe ına concepta Valentinianus iterum legatum suum ımninum mittit, cui maxime fidebat. Hunc Maınus ut falleret, summa benevolentia excepit,

ingen-

ingentibus donis affecit, partemque sui exercitus ei adjunxit, quasi in subsidium Valentiniano adversum barbaros incursantes Pannoniam. Subsequitur Maximus, priusque transmissis Alpibus in Italia fuit quam cognitum de ejus adventu fuisset, Valentinianus ne in manus incideret Maximi cum Justina matre, et Galla sorore conscendit navim, et Thessalonicam fugit, auxiliumque imploravit Theodosii. Spopondit hoc Theodosius addita reprehensione adolescentis: *Non enim mirandum esse, si Imperatori quidem terror, tyranno vero robur accresceret: quippe cum Imperator pietati bellum intulisset, tyrannus autem tulisset auxilium:* expulsoque impietatis morbo, ad paternam pietatem, hoc est, ad orthodoxam Religionem, quam ejus pater coluit, Valentinianum revocavit. *Theodoret. l.* 5. *H. E. c.* 15. Religioni Maximus tulit auxilium: nam eodem Theodoreto teste l. 5. c. 14. cum audivisset, quid Valentinianus egisset adversus Ambrosium, hunc per literas monuit, ut desisteret a bello pietati faciendo, minatus ei etiam bellum, si non obtemperaret. Theodosius primum legatos misit ad Maximum, egitque, ut Valentiniano provincias restitueret, quas eripuit. Cum nihil legatione profecisset, expeditionem suscepit. Prius tamen cum Maximum terribilem faceret ille successus debellati et interfecti Gratiani, in fugamque compulsi Valentiniani, *in angustiis curarum*, ait S. Augustinus l. 5. de Civ. Dei c. 26. *non est lapsus ad curiositates sacrilegas, sed ad Joannem in Aegypti eremo constitutum, quem Dei servum, prophetandi Spiritu praeditum fama crebrescente didicerat, misit, atque ab eo nuncium victoriae certissimum accepit.* Maximus duplici praelio victus, fuso, et dissipato exercitu, Aquilejam fugit. Quo cum admovisset

exer-

tum Theodosius, atque milites in urbem pene-
assent; hi Maximum purpura exutum, et nu-
itis ejus pedibus ad Theodosium duxerunt, nec
spectata ejus sententia, nequid clementiæ lice-
posset (Zosimus l. 4. c. 45.) ad mortem rapue-
int. Paucis post diebus Victor Maximi filius in
allia occisus est a Comite Theodosii. Andragathi-
, cujus opera Maximus est usus ad occidendum
ratianum, et quem miserat etiam ad Valentinia-
im ex fuga retrahendum, quem tamen assequi
on potuit, audito interitu Maximi, se in mare
æcipitavit. Filias autem Maximi, et matrem
heodosius sic clementer suscepit, ut his pensio-
s ex publico ærario constituerit. Valentiniano
iperium totius Occidentis tradidit. Hujus læti-
e fructum Justina mater non percepit, morte
æventa.

§. 82.

edes Thessalonicensis. Pœnitentia Theodosii Imperatoris.

Postquam a. 388. Maximum debellavit, et
ino sequente Romæ triumphum cum Valentinia-
egit, mansit Theodosius in Occidente, et Ita-
usque ad a. 391. Interea anno videlicet 390. ac-
dit cædes Thessalonicensium: quæ sicut spectan-
im iterum dedit Ambrosii constantiam Sacerdo-
lem, ita miræ humilitatis exemplum præbuit in
li altitudine, qualis fuit Imperatoris Theodosii,
ia ejus maculam detersit. Res sic accidit. Thes-
lonicæ Buthericus Magister militum aurigam ob
um pincernam sollicitatum ad crimen, quod So-
omiticum vocatur, miserat in carcerem. Dum
ludi

ludi Circenses fierent, petitum fuit a Butherico, ut aurigam dimitteret veluti necessarium ad edendum spectaculum. Hoc cum negatum esset, Thessalonicenses seditionem fecerunt, adeo furiosam, ut Buthericum, aliosque ex magistratibus occiderint, eorumque corpora per plateas raptaverint. Gravissima instabat ultio Thessalonicensibus. Theodosius Episcoporum, et inprimis Ambrosii precibus flexus, pollicitus est veniam. Sed postea Ruffino, aliisque aulicis svadentibus constitutum decretum est, ut redeuntibus iterum ludis circensibus tota Thessalonicensium urbs gladio subjiceretur, immissis militibus ad promiscuam cædem perpetrandam per horas tres: servatumque hoc fuit occultissime. Interfecta sunt hominum millia septem, ipsi etiam peregrini, qui in urbe versabantur. Quod postquam factum est, Ambrosius scripsit Theodosio, (Epist. 28.) eique ob oculos ponens, quid egerit; monuit, ut ejus veniam sibi a Deo quæreret per pœnitentiam. Non *mirandum*, ait, *peccare hominem, sed illud reprehensibile, si non cognoscat se errasse, non se humiliet Deo. - - - Offerre non audeo sacrificium, si volueris assistere. An quod in unius innocentis sangvine non licet, in multorum licebit? - - - Amo, diligo, orationibus te prosequor. Si credis, sequere, si, inquam, credis, agnosce, quod dico. Si non credis, ignosce, quod facio, in quo Deum præfero.*

Imperator venit Mediolanum, et pergit ad Ecclesiam. Ambrosius extra ejus vestibulum obviam ei prodiit, a sacrique liminis ingressu eum prohibuit, dicens: *Ignoras, ut puto, Imperator, perpetratæ abs te cædis gravitatem, et furore jam sedato nondum ratio scelus, quod admissum est,*

in

llexit. Obstat enim fortasse Imperialis poten-
quo minus peccatum agnoscas, et rationi te-
'as offundit licentia. Pluribusque in hanc sen-
iam additis monitionibus, *Abscede igitur,*
ıit, *nec posterioribus factis prius peccatum*
ere velis. Accipe vinculum, quod Deus omnium
inus sursum suffragio suo comprobat. Theo-
ɜt. l. 5. H. E. c. 18. His verbis obtemperans
erator, Divinis quippe innutritus oraculis pro-
ıorat, quæ Sacerdotum, et quæ Imperatoris
pria essent officia, flens, ac gemens reversus
in palatium. Longo post tempore elapso octo
n menses intercesserant, Servatoris nostri
ılis dies advenit. Imperator interim sedebat
ɔalatio magnam vim offundens lacrymarum.
inus, qui tum Magister erat officiorum,
sam lacrymarum ex Imperatore sciscitatus
Ille acerbius ingemiscens, et uberiores
fundens lacrymas, *Tu quidem*, inquit, *Ru-*
ludis: mea quippe mala minime sentis.
ɔ vero gemo, ac doleo meam considerans ca-
ıitatem. Siquidem servis quidem, ac mendicis
et Ecclesia Dei, in quam libere ingrediuntur,
Domino suo supplicant. Mihi vero et Eccle-
aditus interdictus est, et præterea clausæ
t cœli fores. Memor enim sum Dominicæ vo-
, quæ diserte ita dicit: Quodcumque ligave-
's super terram, erit ligatum et in cœlis. Tum
finus: Curram, inquit, si tibi placet, et exo-
ıo Antistitem, ut vincula tua solvat. Cui Im-
'ator: *Non persvadebis*, inquit, *Ambrosio. No-*
æquitatem sententiæ illius. Numquam ille Im-
'ialem reveritus potestatem Dei legem violatu-
ı est. Instantem tamen Rufinum ire permisit,
ue hunc ipse etiam, spe blandiente, subsecutus
Ambrosius autem Rufino, *Canum*, inquit,
im-

impudentiam imitaris. Nam cum tantæ cædis svasor exstiteris, pudorem e fronte excussisti, et neque erubescis, neque formidas, cum adversus imaginem Dei (adversus homines ad Dei imaginem factos) *tanta rabie sævieris.* Dicenti vero Rufino, ipsum etiam Imperatorem e vestigio affuturum, Ambrosius, *Ego quidem tibi Rufine,* inquit, *prædico, atque prænuncio, me illum ab ingressu sacri vestibuli repulsurum. Si vero imperium in tyrannidem verterit, ego quoque libenti animo cædem excepiam.* Rufinus nunciat Imperatori, ne veniret. At ille, *Ibo*, inquit, *et justas patiar contumelias.* Cum igitur venisset, ad Ambrosium in vestibulo Ecclesiæ sedentem accedit: Theodoretus vocat ἀσπαστικὸν οἶκον, domum, et locum, ubi Episcopus extra Ecclesiam negotii causa ad se venientes exciperet, et audiret: rogat, ut solvat ejus vincula. Tyrannicum ejus adventum dixit esse Ambrosius, et adversus Deum furere, hujusque leges calcare. Imperator, Adversus leges, inquit, non insurgo, nec contra fas ingredi cupio sacra vestibula: sed a te peto, ut me vinculis absolvas, et communis Domini clementiam consideres, neque mihi occludas januam, quam cunctis poenitentiam agentibus Dominus aperuit. Quam igitur, ait Ambrosius, pænitentiam ostendisti post tam grave facinus? qualibus medicamentis vulnera tua curasti? Tuum est, respondit Imperator, meditamenta ostendere, mei vero officii, oblata suscipere.

Theodoretus, cujus pæne verba omnia retinui in hac narratione, refert ulterius, hic Ambrosium postulasse ab Imperatore, ut legem scriberet, qua sententiæ de capite, et proscriptione bonorum latæ usque ad tricesimum diem suspensæ tenerentur, neque prius, quam sedato animo ex-

pensæ, et approbatæ essent, executioni daren-
. Quod cum spopondisset Imperator, Ambro-
s ejus vincula relaxavit: atque ita demum in
i templum intrare ausus, non stans, nec geni-
s flexis supplicavit Deo, sed pronus humi ja-
ns Davidicam hanc vocem emisit: *Adhæsit pa-
vevto anima mea, vivifica me secundum ver-
m tuum* Psal. 118. v. 25. denique manibus co-
m vellens, frontemque percutiens, et lacryma-
m manantibus guttis solum rigans veniam sibi
ri poscebat. Cum autem tempus advenisset, quo
na sacræ mensæ erant offerenda, surgens cum
rymis non minoribus, quam antea progressus
ad altare: cumque obtulisset, intus ad cancel-
substitit, sicut consveverat. Tunc rursus Ma-
us Ambrosius silentium non tenuit, sed loco-
m discrimina, quæ essent edocuit. Ac primum
idem interrogavit eum, num quid vellet: et
m Imperator respondisset, præstolari se Sacro-
n mysteriorum perceptionem, per Archi-Dia-
num hæc ei significavit: *Interiora loca, Impe-
tor, solis Sacerdotibus patent, reliquis omni-
s inaccessa sunt. Abscede igitur, et una cum
is consiste. Nam purpura Imperatores facit,
s Sacerdotes.* Quam itidem admonitionem æquo
mo suscipiens Imperator, renunciari jussit Am-
sio, se nequaquam arrogantia elatum intra
ncellos substitisse, sed quia Constantinopoli eum
rem esse dedicisset. Ceterum pro hac etiam
atione gratiam se habere. Talis, ac tanta vir-
tum in Sacerdote enituit, tum in Principe.
rumque certe pariter admiror, alterum ob lo-
endi libertatem, alterum ob submissam obe-
ntiam, et illius quidem ardentem zelum, hu-
vero puram, ac sinceram fidem. Huc usque
eodoretus.

De

es errantem, sequere corrigentem. Q
divit clementissimus Imperator, i
animo, ut publicam pœnitentiam non
Ambrosius sicut demonstratum est, '
primum per literas hortatus fuit ad ag
nitentiam. Post volentem ingredi Eccl
hibuit. Octo menses intercesserunt u
talem Domini. Interea exclusus quic
clesia publicam tamen pœnitentiam 1
qui deinde in Natali Domini interroga
brosio, quam pœnitentiam ostendisset
ipsius esse medicamenta ostendere, su
cii oblata suscipere. Hic igitur et Aml
nitentiam imposuit Theodosio, et eam
pit in eo Ecclesiæ loco, qui pœniten
natus erat: ac nonnisi peracta public
tia, et absolutione percepta ad Sacra
steria percipienda admissus. Id, quod
doretus, nec Sozomenus distincte ret
que hiat in eorum narratione, ex P
plendum est. Animadvertendum et ill
Ambrosium post compertam illam Th
sium cædem nullo judicio prius celebr
que sententia excommunicationis in '
lata, prohibuisse hunc ab aditu in Ec

madversionem propter eos duxi faciendam, qui titant, excommunicationes latæ sententiæ non se usitatas veteri ævo.

Theodosius triennium fere commoratus in Ita- Constantinopolim rediit. Pietatis regulas, quas agno Antistite Ambrosio acceperat, illic quo- servavit. Die quodam festo dona in Ecclesia obtulisset, et deposuisset ad altare, recesse- illico. Rogat Nectarius Episcopus, cur intra cellos, qui Cleri erat locus, non mansisset, pondit suspirans: *Vix tandem edoctus sum, d esset discriminis inter Sacerdotem, et Prin- em, veritatis magistrum vix tandem inveni. um enim Ambrosium novi, qui Episcopus dici reatur.* Theodoret. l. 5. H. E. c. 18.

§. 83.

munere Presbyteri Pœnitentiarii Constantino- poli abrogato per Nectarium. An una etiam secreta peccatorum confessio sublata sit.

Eodem hoc anno 391. res Constantinopoli idit hæc. *Matrona quædam ad Pœnitentia- m Presbyterum accedens delicta post baptis- m a se perpetrata singillatim confessa erat. esbyter vero præcepit mulieri, ut jejuniis, et tionibus continuis vacaret, quo scilicet una n delictorum confessione opus etiam pœni- tiæ conveniens ostenderet. Progressu tempo- mulier aliud facinus confessa est, Ecclesiæ licet Diaconum cum ipsa stupri consvetudinem buisse. Id cum dixisset, Diaconus quidem Ec- sia ejectus est, populus vero graviter commo-*

veri

veri cœpit. Neque enim solum ob scelus, quod tratum fuerat, indignabatur, verum etiam quod labes haud mediocris, atque infamia facto adspersa videbatur Ecclesiæ. Cum ig eam ob causam Ecclesiastici homines d riis appeterentur, Eudaemon quidam Ecc Presbyter Nectario svasit, ut Pœnitentia Presbyterum expungeret, unumquemque ven arbitrio, et pro animi sui conscientia ad Sa mentorum communionem sineret accedere. hoc exstat apud Socratem l. 5. c. 19. et quod eodem modo refert etiam Sozomenus l. 7. c Hoc dum Basnagius attulisset in suis etiam A libus, hanc deinde facit animadversionem: *nostris observationibus*, inquit, *conficitur, na Sacerdoti peccata confitendi legem ab Ap lis non esse impositam. Secus eo temeritati processisset Nectarius, ut Divinam legem auctoritate perfringeret. Viri boni indignu cinus clamitassent, Chrysostomusque Præs quis alius, virtutibus affluens, atque pi legem renovasset. Ut ex his liquido constet Divinam, sed humanam prorsus fuisse.* Cal quoque hinc asseruit, quasi tam evidenter re, Confessionem peccatorum non esse in Divini; ut nobis Catholicis stuporem etiam num impingeret, nequidem in sermone s decoro, qui hoc non adverteremus. Idem Dallæus, aliique homines ejusdem generis.

Quid vero, si hæc, quam tam sapiente tant, nullius momenti, et falsa est conclusio gumentantur sic: Nectarius confessionem pe rum sustulit, sinens unumquemque pro ar atque animi sui conscientia ad Sacramen communionem accedere. Eo vero temeritat

ocessisset, ut Divinam legem perfringeret, si resa lex divina fuisset. Igitur hæc de Confessione Lex ivina non fuit. Falsitas autem hujus conclusionis apparear, similiter etiam ego argumentabor. Sallius negavit tres distinctas in Deo personas, rius Christi divinitatem. Ausine hoc fuissent, credidissent, Divina hæc esse dogmata? Calvius libros deutero-canonicos novi etiam Testaenti ex Canone expunxit. Horum divinitatem cognoverunt ipsi illius sectatores, et ad Canom eos reposuerunt. Qui igitur ausus est etiam ilvinus id repudiare, quod Divinum est? Atte sic liceret ab omnibus, qui vel dogma aliquod lei negarunt, vel Dei quamcumque legem non servarunt, facere conclusionem non fuisse hoc lei dogma non Divinam legem, quia hi temere ista ausi non fuissent. Sed viri boni reclaassent, Chrysostomus successor Nectarii legem vocasset. Divinum institutum Confessionis Nearius non attigit, non loco movit, legem de nfessione non abrogavit. Neque ergo causa la fuit, cur ei reclamandum fuisset: neque lem Chrysostomus potuit revocare, quæ sublata r Nectarium non fuit.

In eo igitur cardo est hujus controversiæ, vire, quid amovendo Presbyterum Pœnitentiarium ctarius sustulerit. Duplex est pœnitentia, seeta, et publica: perindeque talis duplex consio. Ut secretam confessionem tuerentur, adrsus quam Nectarius nihil egerit, Baronius in nalib. ad a. 56. num. 34. Valesius in Notis ad cratem, Bellarminus l. 3. de Pœnitentia c. 6. avius, et plures alii hoc, quod Nectarius fe, sumpserunt de publica pœnitentia, et peccaum confessione vulgatorum, et notorum. Ad-

ver-

versus hanc assertionem Basnagius ostendit, etiam post Nectarium Constantinopoli viguisse poenitentiam publicam ex Canone Synodi Constantinopol. gen. VI. vi cujus adulteri publicæ pœnitentiæ addicuntur: idem probavit ex Regulis Pœnitentialibus a Methodio Patriarcha Constantinopolitano circa a. 842. editis, nec non ex Synodi Constantinopolit. gen. VIII. act. 9. ubi injungitur publica pœnitentia iis, qui Photio adstipulati sunt falso suo testimonio. Ergo sequitur alterum, per Nectarium esse abrogatam secretam peccatorum confessionem.

Undenam vero hoc consequens? Sequiturne, quia manserit publica pœnitentia, et crimina, pro quibus subeunda hæc erat pœnitentia, confessio, facta etiam publice, ideo non potuisse perstare secretam etiam peccatorum confessionem? aut in Socratis ne et Sozomeni, alterius testimonio hoc est? Dicunt enim solummodo Presbyterum Pœnitentiarium svasu Eudæmonis a Nectario expunctum esse. Hic Presbyter Pœnitentiarius, ipsius etiam Socratis testimonio, tantum post exortam hæresim Novatianorum, et Decianam persecutionem ob multitudinem eorum, qui erant lapsi in hac, institutus est, idque tantummodo etiam in Oriente, dum in Occidente, quemadmodum antea, ita etiam hoc tempore Episcopi per seipsos id perficerent, ad quod assumptus in Oriente fuit Presbyter Pœnitentiarius. Non sequitur autem, quia in Occidente non sit institutus Presbyter Pœnitentiarius, ideo non extitisse secretam peccatorum confessionem. Ergo nec consequens est, eamdem secretam peccatorum confessionem non perstitisse in Oriente, dum Presbyter Pœnitentiarius, qui neque ante fuit

it esse. Ex S. Leonis M. Epist. 136. ad Epi-
ıos per Campiam, Samnium, et Picenum con-
ıtos, assertionem suam confirmare instituit
ıagius. Nihil vero minus quam ut ei suffrage-
Sunt Leonis hæc verba: *Illam contra Apo-*
cam regulam præsumptionem, quam nuper
ovi a quibusdam illicita usurpatione com-
i, modis omnibus constituo submoveri: ne
licet de singulorum peccatorum genere libel-
cripta professio publicetur, cum reatus con-
ntiarum sufficiat solis Sacerdotibus indicari
essione secreta. Namque illud intelligitur,
sufficiens, quod solum ad rem quampiam
ıiritur, nihil ultra: insufficiens autem erit, si
l desit ex eo, quod requiritur. Sufficere di-
S. Leo, reatus conscientiarum Sacerdotibus
care confessione secreta: igitur ex eodem
ne sequitur etiam, non sufficere pœniten-
ı, adeoque nec veram esse, et legitimam
a Christi institutum, quæ non habet secre-
peccatorum confessionem factam Sacerdoti.
d ad pœnitentiam ita requiritur, ut absque
vera, atque legitima non sit, hoc semper
ıit esse in pœnitentia. Igitur secreta pecca-
m confessio a pœnitentia juxta Christi insti-
m numquam etiam abfuit.

Si Calvinus, Basnagius, Dallæus, ceterique
ım gregales ex hoc Nectarii facto, quo amovit
byterum Pœnitentiarium, exsculpere aliquid
erunt adversus secretam peccatorum confes-
em; debuissent ostendere, hanc secretam
atorum confessionem esse tantum inductam
stantinopoli tunc, quando institutus est Pres-
er Pænitentiarius, nec ante viguisse, ut ita
sequens fieret, dum hic Presbyter Pœniten-

tiarius sublatus per Nectarium est, una etiam cessasse secretam peccatorum confessionem. Nisi enim hæc utraque sic inter se copulata sint, ut alterum sine altero nec fuerit, nec esse possit, nulla potest esse conclusio, desinente Presbytero Pœnitentiario debuisse etiam desinere secretam peccatorum confessionem. Eoque minus hoc sequi potuit, quando Presbyter Pœnitentiarius non propter secretam peccatorum confessionem, hujusque auditionem, sed solummodo in adjutorium administrandæ pœnitentiæ publicæ ob multitudinem eorum, quibus hæc agenda esset, assumptus sit ab Episcopo Constantinopoli, in aliisque Orientis Ecclesiis. Hoc autem ab his secretæ confessionis adversariis factum non est: quin si facere tentassent, omnia vetustatis monumenta experti fuissent sibi contraria. Hujus rei testem jam vidimus esse S. Leonem, dum docet, quid sufficiat pœnitentiæ ad obtinendam peccatorum remissionem, idque secundum Apostolicam regulam. Idem clare licet videre etiam ex Origene sic Hom. 2. in Psal. 37. loquente: *Tantummodo circumspice diligenter, cui debeas confiteri peccatum tuum. Proba prius medicum, cui debeas causam langvoris exponere. Si intellexerit, et præviderit, talem esse langvorem tuum, qui in conventu totius Ecclesiæ exponi debeat, et curari, ex quo et ceteri fortassis ædificari poterunt, et tu ipse sanari, multa hoc deliberatione, et satis periti medici illius consilio procurandum est.* Nonne duplicem confessionem habet, alteram secretam, alteram publicam. Idem videre licet etiam ex S. Cypriano, qui *lib. de lapsis* de iis loquens, qui in sola tantum cogitatione habuerint, sacrificare idolis, vel per libellos se redimere ex cruciatibus, *Hoc ipsum*, inquit, *apud Sacerdotes Dei do-*

enter, et simpliciter confitentes, exomologesim *scientiæ faciunt, animi sui pondus exponunt,* *utarem medelam parvis licet, et modicis vul-* *ibus exquirunt.* Hoc videre licet etiam ex S. silio, qui in Brevi Collectione Regular. *Pecca-*, inquit, *iis confiteri necesse est, quibus my-* *riorum Dei concredita dispensatio est.* Licet lere ex S. Ambrosio, qui in Obitu Valentinia-, *Exterior*, inquit, *peccatorum confessio pars* *Pœnitentiæ. Nam qui vult justificari, fateri* *bet delictum suum.* Supersedeo pluribus testi-niis Patrum proferendis. Unum tantum adhuc Chrysostomum producam: siquidem hunc Bas-gius pro se attulerit, quasi sub hoc, qui Ne-rio in Episcopatu Constantinopolitano succes-at, Constantinopoli nulla fuerit secreta pecca-um confessio, et quam, ut vult Basnagius a ctario abrogatam, Chrysostomo curæ non fue-revocare. Hic lib. 3. de Sacerdotio cum in-tuisset comparationem inter principum potesta-n, et Sacerdotum, ad quos dictum a Christo, *Quorum remiseritis peccata, remittuntur eis,* an. 20. v. 23. illorumque potestatem ligandi di-set, pertinere ad corpora liganda, vinculum ro, quo Sacerdos ligat, afficere animam, dein-ulterius ita pergit loqui: *Qui crimen commi-, si voluerit, ut decet; uti conscientiæ adju-nto, et ad confessionem facinorum festinare,* *ulcus ostendere Medico, qui curet, et non ex-* *obret, atque ab illo remedia accipere, ac soli* *loqui nullo alio conscio, et omnia dicere cum* *ligentia; facile emendabit peccatum. Confessio* *im peccatorum* (Homil. 20. in Joan.) *abolitio* *delictorum.* Soli Sacerdoti loqui nullo alio nscio, huicque omnia dicere cum diligentia, ne alia, quam secreta peccatorum confessio,

 ho-

horumque omnium, qualisque etiam nunc viget in Ecclesia Catholica?

Quid igitur cum Presbytero Pœnitentiario abrogatum est a Nectario, si et publica poenitentia perstitit Constantinopoli etiam post hunc Presbyterum, et mansit secreta peccatorum confessio, sique nec potuit abrogari, utpote instituta a Christo, et viguit ante Nectarium in Ecclesia, et nunc viget, vigebitque semper? Demonstratum jam est, Presbyterum Pœnitentiarium esse assumptum Constantinopoli, in aliisque Orientis Ecclesiis ab Episcopis in adjutorium administrandæ pœnitentiæ publicæ. Certis criminibus, nisi fuissent occulta, erat constituta per Ecclesiæ Canones pœnitentia publica, nec erat fas, affectos tali crimine prius absolvere, quam peracta ab iis pœnitentia publica, eoque minus permissum fuit, participem Eucharistiæ fieri. Qui igitur rei ejusmodi criminis noti publice venerant ad Episcopum, vel Pœnitentiarium Presbyterum confessionis faciendæ causa; hic ita exceperat secretam confessionem, ut tamen confitentibus injungeret obligationem confitendi idem hoc crimen publice in Ecclesia, seque subjiciendi publicæ pœnitentiæ. Idem Episcopus, vel Presbyter Pœnitentiarius eos, qui ejusmodi criminis rei nondum suscepta pœnitentia publica sibi sumerent venire ad Ecclesiam, ab ejus aditu prohibuerunt, et excluserunt: id, quod supra vidimus, Ambrosium fecisse erga ipsum etiam Imperatorem Theodosium. Etiam quidam sponte sua, vel ex consilio Confessarii peccatum, quamvis non obnoxium publicæ confessioni, et pœnitentiæ, tamen publice confessi sunt, pœnitentiamque publicam sibi expetierunt, ut ex Origene, cujus testimonium supra allatum est, patescit.

Dum

Dum igitur Socrates dicit, Nectarium expuncto Pœnitentiario Presbytero unumquemque permisisse pro arbitrio, animique sui conscientia accedere ad communionem Sacramentorum, res hæc tota spectabat ad ea solummodo crimina, quæ subjicienda fuissent publicæ etiam confessioni, et si quis tamen judicio propriæ conscientiæ credidisset, suum delictum non esse obnoxium publicæ confessioni, et pœnitentiæ, nactus aliquam excusationem facti sui, iste relinqueretur ductui conscientiæ suæ, nec a Sacramentorum perceptione arceretur, abrogato etiam Presbytero, cujus erat, gerere in tales intentos oculos, hos citare ad suum tribunal, et judicatos a se obnoxios publicæ pænitentiæ ad hanc adstringere. Nec igitur publica, nec secreta per Nectarium abrogata est confessio, et pœnitentia:, sed manente utraque id solum cum Presbytero Pœnitentiario cessavit, quod institutum fuit, tantumque recentius quoad rationem administrandæ pœnitentiæ publicæ per assumptionem Presbyteri pœnitentiarii in adjutorium Episcopi. Tantum illud velim advertatur, in confessione, quemadmodum est in testimonio S. Chrysostomi, omnia peccata erant dicenda cum diligentia. Si Constantinopoli, qui deinde a Nectario abrogatus est, Presbyter Pœnitentiarius fuisset constitutus solummodo pro secreta peccatorum confessione, anne is unus sufficere potuisset tantæ multitudini fidelium, quanta fuit in tam ampla, et populosa urbe? Sed Presbyterorum, qui vi etiam suæ ordinationis designantur ad administrandam pœnitentibus peccatorum remissionem, fuit etiam omnium audire secretas confessiones, dum tamen unus ex his ab Episcopo esset adsumptus etiam in auxilium administrandæ publicæ pœnitentiæ.

§. 84.

§. 84.

S. Ambrosii sententia de statu Valentiniani Imp. cum solo Baptismi voto decedentis. Theodosii iteratus adventus in Occidentem, et victoria de Eugenio tyranno. Post Theodosii mortem status Imperii, et Ecclesiæ.

Valentinianus II. Imperator jam anno ætatis decimo, et octavo decessit. De cujus obitu Ambrosius *Epist.* 53. ad Theodosium Imp. *Doleo,* inquit, *dolore acerbo, non solum, quod immatura ætate Valentinianus Augustus decesserit, sed etiam quod informatus fide, ac tuis institutis tantam devotionem erga Deum nostrum induerat, atque tanto in me incubuerat affectu, ut quem ante persequebatur, nunc diligeret; quem ante ut adversarium repellebat, nunc ut parentem putaret.* Arbogastis scelere sublatus e vita est. Hic Gratiano mortuo munus Magistri militum per seipsum occupaverat, nec Valentiniani jussis morem gerebat. Quod indigne ferens Valentinianus accedenti ad se scriptum dedit, quo ei munus abrogavit. Hoc ille audacissime discerpsit, et abjecit, dicens: *Nec potestatem mihi dedisti, nec auferre poteris*, (Zosimus l. 4. c. 54.) eumque furorem concepit, ut eunuchis adjutoribus Valentinianum in palatio strangulaverit, ejusque corpus suspenderit, quasi is seipsum suspendio enecuisset. Hoc Viennæ in Gallia factum est, ubi Valentinianus versabatur, dumque iter apparasset in Italiam propter barbaros imminentes Italiæ. Adhuc tantum catechumenus voluit baptizari, idque per Ambrosium: quem idcirco ad se vocavit tanto videndi, et apud se habendi desiderio, ut cum Silentiarius (nomen fuit eorum in

aula,

aula, quorum ministerio Imperatores utebantur in legationibus, et ad mandata deferenda) vesperi profectus esset, jam mane diei tertiæ quæreret, jamne remeasset, jamne veniret Ambrosius: sibique salutem quamdam venturam arbitratum esse: quin etiam cum rumor quidam attulisset Viennam sui invitandi causa in Italiam ultro advenire Ambrosium, *Quam gaudebat*, inquit Ambrosius Orat. in funere ejusdem Valentiniani, *quam gratulabatur, me sibi optato affore! mora ei adventus mei prolixior videbatur.* Quamvis vero absque Baptismo decessisset, sic tamen eadem oratione Ambrosius de eo locutus est: *Credamus, quod detersa labe peccati ablutus adscendit, quem sua fides lavit, et petitio consecravit. Credamus, quia adscendit a deserto, hoc est, ex hoc arido, et inculto loco ad illas florulentas delectationes, ubi cum fratre conjunctus* (Gratiano) *æternæ vitæ fruitur voluptate. Beati ambo, si quid meæ orationes valebunt. Nulla dies vos silentio præteribit; nulla inhonoratos vos mea transibit oratio; nulla nox non donatos aliqua precum mearum contextione transcurret; omnibus vos oblationibus frequentabo.* Cum alia vero multa pia ejus opera memorat, tum illud, quod adversus adstantem catervam Gentilium, petitionemque Senatus Romani infractus steterit in denegandis sacrificiis, privilegiisque templorum, quæ illi sibi reddi postulaverant, inprimisque hoc fecerant pro ara Victoriæ, quæ in Curia Romæ perstiterat usque ad Theodosium: a quo vero una cum sacrificiis, omnibus in locis sublata fuit. Qui ex Presbytero Pœnitentiario, abrogato per Nectarium, argumentum sibi composuerunt contra secretam peccatorum confessionem, nullumne hinc quod S. Ambrosius testatus est, se precaturum

pro

pro vita functis, Gratiano, et Valentiniano, suisque hos oblationibus frequentaturum, poterant habere argumentum adversum id, quod ipsi tenent de precationibus pro vita functis, et de oblatione Eucharistica? Quare tamen hæc sine animadversione præteriverunt?

Arbogastes, ut suspicionem vitaret Valentiniani a se occisi, non Imperatoriam dignitatem ipse assumpsit, sed Eugenium, qui Grammaticam prius, et Rhetoricam docuerat, deinde Imperatori a secretis fuit, obtulit exercitui, cujus acclamatione Imperator renunciatus est. Assumpta purpura Eugenius legatos ad Theodosium misit, ejusque quæsivit consensum. Hic vero nullum ei responsum dedit. Sed cum iterum Joannem monachum consuluisset de successu belli, quemadmodum fecerat prius in expeditione adversus Maximum, et ab hoc victoriæ promissionem accepisset, bellum apparavit, *non tam armorum, telorumque, quam jejuniorum, orationumque subsidiis* (Rufinus l. 2. c. 33.) *nec tam excubiarum vigiliis*, quam obsecrationum pernoctatione munitus circuibat cum Sacerdotibus, ac popolo omnia *Orationum loca, ante Martyrum, et Apostolorum thecas jacebat cilicio prostratus, et auxilium sibi Sanctorum intercessione poscebat.* Difficile erat, et plenum periculi bellum propter Arbogastis potentiam, et apud exercitum auctoritatem. Eugenius autem tametsi Christianus fuisset, tamen non tantum omnia Gentilibus concessit, quæ sibi habuerunt interdicta a Theodosio, et negata a Valentiniano, sed ipse quoque more eorumdem Gentilium omina capiebat de eventu belli, statuas, et simulacra deorum in iis Alpium locis statuit, per quæ Theodosius in suo adventu

erat

erat transiturus, tamquam præsidiarios deos, suoque exercitui Herculis simulacrum jussit præferri. Theodosius cum venisset, et ex Alpibus descendere cœpisset; in locum venit, in quo non tantum ante se habuerit hostilem exercitum grandem, et prævalidum, sed etiam a tergo se clausum alio exercitu viderit, qui hunc in finem in insidiis erat constitutus in montibus. Erat igitur in summo discrimine res. At vero dux hujus exercitus a tergo ad præsentis Augusti reverentiam conversus, non tantum nihil adversus Theodosium fecit, sed etiam se ei subjecit cum suo toto exercitu, in ejusque partem transiit. Non eo minus grave ei fuit certamen cum exercitu, qui ei ex adverso occurrit: eorumque, quos in exercitu Gothos habuit, cædes ingens facta est. Tunc *desilivit equo Princeps*, sunt verba S. Ambrosii de Theodosio in ejus funere, *et ante aciem solus progrediens, ait: Ubi est Theodosii Deus? Quo dicto excitavit omnes, et exemplo omnes armavit.* Adhuc tamen aliquantisper æquo Marte pugnatum est. *Tum vero Ventus ingens, et qualem antea numquam fuisse novimus* (Sozomen. l. 7. c. 24.) *ex adverso in hostes irruens eorum ordines disturbavit, tela vero, et jacula, quæ in Romanos conjecta erant, perinde ac si solidis corporibus illisa essent, in ipsa jaculantia corpora retorsit, scuta denique ex eorum manibus abrepta cum sordibus, ac pulvere in ipsos retorsit. Milites vero imperatoris Theodosii* (Theodoret. l. 5. H. E. c. 24.) *ex eo turbine nullum incommodum passi alacri animo hostes cædebant. Qui cum hæc cernerent, Deique auxilium agnoscerent, abjectis armis veniam sibi dari ab Imperatore poposcerunt. Annuit ille, et indulgentiam eis tribuit, jussitque, ut tyrannum confe-*

stim

stim adducerent. Eugenius in quodam colle sederat plenus fiduciæ de victoria, mandatumque ducibus suis dederat, ut Theodosium captum ad se vivum adducerent. Videns igitur suos milites cum anhelitu ex contentione cursus se versus properantes, putansque eos cum victoriæ nuncio accurrere, quæsivit ex his, num etiam Theodosius adduceretur. Cui milites: *Non Theodosium ad te, sed te ad Theodosium ducturi venimus.* Simulque Eugenium ex sella rapiunt, et catenis injectis abducunt, Theodosioque sistunt. Cui postquam exprobravit facinus, et irrisit Herculis simulacrum, et quam sibi ab eo pollicebatur victoriam, justam de ejus supplicio sententiam tulit. Nec mora. Iidem illi milites sui, qui eum adduxerant ad Theodosium, eodem in loco capite plectunt. Arbogastes, postquam biduum in montibus latitasset, et rescivisset, se quoque a militibus quæri ad necem, ipse sibi manus attulit. *Exstincto tyranno Eugenio non Ambrosio* (Paulinus in ejus Vita) *alia cura major fuit, quam ut pro iis interveniret, quos reatus involverat. Obsecravit primo scriptis Imperatorem misso Diacono. Posteaquam vero Joannes tribunus directus est ad tuitionem eorum, qui ad Ecclesiam confugerant, etiam ipse Aquilejam perrexit precaturus pro eis. Quibus facile venia impetrata est: quia Christianissimus Imperator, provolutus pedibus Sacerdotis, testabatur meritis, et orationibus ejus servatum se esse.*

Theodosius in Orientem ultra non rediit, sed a. 395. Mediolani ex morbo decessit. Ante obitum Honorium filium Constantinopoli ad se vocavit, et Imperium Occidentis, quod Italiam, Illyricum in Occidente situm, Galliam, Hispaniam, Britan-

ιiam, et Africam complectebatur, ei addixit: Orientis Imperio Arcadium designavit suum essorem. Hic annum ætatis agebat decimum ctavum, Honorius undecimum. Quamobrem tutores dedit, Arcadio Rufinum, cujus jam famentio est: e Gallia Narbonensi fuit oriundus, Theodosio ad summos honores evectus; Hono ıStilichoni in tutelam tradidit, tamque huic, m Arcadio eumdem quasi parentem pro se de- Fuit natione Vandalus, sed affinitate junctus odosio, qui ei Serenam neptem ex fratre de- t in matrimonium, et cujus filiam primum iam, deinde hac mortua, alteram etiam fi- Thermantiam Honorius duxerat uxorem. Hi o Imperii Romani pestes, et pernicies fue- , non tantum insatiabili cupiditate præditi adendi omnia, et non tantum Gothis conni- nt rebellantibus, sed hos etiam excitaverint ırmis lacessandas provincias Imperii Romani: vero barbaras nationes etiam invitaverint astandum, depopulandumque Imperium, Rus ut seipsum attolleret ad Imperium, Stilicho suo ut filio Eucherio compararet, utroque eratore Arcadio, et Honorio dejectis, postm in eos causam devolvissent calamitatum, miserrime afflixerunt Romanum Imperium. as ambo poenas dederunt. Rufinus ab exer- , qui ex Occidente in Orientem missus est erendum Arcadio subsidium, occisus est. Stio una cum filio, ejus proditione detecta, ab ıorio supplicium tulit. In hac calamitate, quæ ı Orientis, tum Occidentis permultas oppresprovincias innumerabili hominum multitudine im occisa, partim in servitutem abducta, diis, et expilatis omnibus ædibus tam profanis, m sacris, etiam Roma postquam bis obsessa

fuis-

fuisset, sed seipsam ex obsidione exemisset soluto ingenti pondere auri, tertio tamen capta, et direpta est ab Alarico Gothorum Rege: id, quod factum fuit Stilichonis perfidia, et scelere. Quem enim debellare potuisset ter tentantem irruptionem in Italiam, semperque victum, hunc occulto fœdere, ut est scriptum ab Orosio l. 7. c. 38. fovit, et ad terendam, terrendamque rempublicam reservavit, eumdemque immissis copiis in nihil tale suspicantem in sede, quam sibi, suisque in Gallia obtinuerat ab Honorio Imp. irritavit, et ad bellum denuo inferendum exsuscitavit. Fuit Alaricus ipse, et Gothorum gens, quæ ei paruit, religione Ariana. Attamen illud Religioni dedit, ut capta Roma, et per triduum ad diripiendum data præceperit militibus, *Ut si qui in sancta loca, præcipueque in Sanctorum Apostolorum Petri, et Pauli basilicas confugissent, hos inprimis inviolatos, securosque sinerent: tum deinde, in quantum possent, prædæ inhiantes, a sangvine temperarent.* Miles irruperat in domum, quæ ad Ecclesiam pertinebat, quamque virgo Deo sacrata incolebat. Ab hac miles cum postulasset aurum, confessa est Virgo habere se hujus permultum, protulitque vasa plurima aurea, et argentea, dixitque: *Hæc Petri Apostoli sacra ministeria sunt. Præsume, si audes: de facto tu videris. Ego quia defendere non valeo, neque tenere audeo. Barbarus ad reverentiam Religionis timore Dei, et fide Virginis motus ad Alaricum hæc per nuncium retulit.* Alaricus jussit hæc vasa omnia ad basilicam S. Petri reportari: reportataque sunt ipsis Gothis comitantibus strictis gladiis ad eorum custodiam, et hymnos cum Romanis Deo concinentibus. *Orosius l. 7. c.* 39. Hoc, quod modo de capta Roma a Go-

NOTITIA PATRUM,

ET

SCRIPTORUM ECCLESIASTICORUM.

Isagoge.

Historiæ Ecclesiasticæ est, non tantum enarrare res, quæ actæ sunt, et acciderunt in Ecclesia, verum etiam ostendere, quæ fidei, et morum doctrina viguerit in eadem Ecclesia inde ab ejus cunabulis, atque exponere omnia Christianæ Religionis instituta, jam primaeva etiam illius ætate observata, ut ita ejusdem Historiæ lumine dispici possit, quibus primævæ Ecclesiæ fides et instituta perpetuo manserint, et qui ab his deflexerint inter tot sectarios, qui semper alii, et alii nova sibi formarunt dogmata, diversissimasque posuerant formas religionis. Christus est auctor fidei, et Religionis: quam cum prius per seipsum docuisset, deinde propagavit per Apostolos: et quod hi fecerunt partim scripto, partim solummodo ore tradendo doctrinam. Quæ hac altera ratione tradita ab Apostolis sunt, vocamus Traditiones. Protestantes has rejiciunt, solumque scriptum Dei verbum præseferunt, quod sequantur. At vero ipsum etiam scriptum Dei verbum ha-

bet: *State, et tenete traditiones, quas didicistis sive per sermonem, sive per epistolam nostram.* 2. Thessal. 2. v. 14. *Hinc* enim *perspicuum est,* sunt verba S. Chrysostomi commentantis in hæc S. Pauli verba, *quod non omnia tradiderunt* (Apostoli) *per epistolam, sed multa etiam sine scriptis.*

Ea, quæ Apostoli voce sola tradiderunt Ecclesiæ, Patres deinde etiam literarum monumentis mandaverunt, nec solum quoad dogmata, et instituta, quæ habet Ecclesia, verum etiam quoad ipsos libros Scripturæ sacræ Canonicos, atque eorum sensum. Neque enim aliunde, quam per traditionem accepimus, et habemus, quinam sint veri Scripturæ sacræ libri. Id, quod ipsi etiam Protestantes, nominatim Chemnitius *in Examine Trident. Conc.* Grotius *in Animadversionibus adv. Rivet.* Episcopales in Anglia, et Joan. David Michaelis *Introduct. in libr. N. F. Edit.* 4. §. 15. concesserunt, cum antea Protestantes generatim omnes traditiones abnegavissent. Etiam sensum Scripturæ habere nos dixeram per traditionem Patrum. Hoc enim est, cur Concilium Tridentinum *Sess.* 4. *in decreto* de Canonicis Scripturis legem sanxerit. Ut nemo suæ prudentiæ innixus in rebus fidei, et morum contra eum sensum, quem tenuit et tenet Sancta mater Ecclesia, aut etiam contra unanimem consensum Patrum Scripturam sacram interpretari audeat, nihil statuens novi, sed testimonio Pallavicini *lib.* 6. *de Conc. Trident. cap.* 8. declarans, solummodo illicitum, et hæreticum esse, quod jam natura sua tale, et a Patribus, Pontificibus semper pro tali habitum, et declaratum fuit.

Nec Protestantes omnes reverentiam abjecerunt

runt erga Patres in Scripturæ interpretatione. Adhuc nostra ætate, dum jam alii in hac nihil, nisi quod ipsis videretur, et placeret, esse vellent, Joan. Augustus Ernesti *in Institutione Interpretis N. T. Part.* 2. *cap.* 5. de Interpretibus antiquis, Nec, inquit, scriptores illi præ novitiis negligendi. *Nam, quod nostra ætas præcipui, et proprii in eo genere boni habet, hoc est, quod non ab antiquitate acceptum teneat; id, ut nunc est, non sane nimis multum, aut magnum est: sæpeque vidimus pro novis haberi, quæ essent antiqua.* Attamen sensum, quem Patres esse docent, numquam velut acceptum ex traditione Apostolorum agnoscere, aut Ecclesiæ aliquid auctoritatis ad judicandum de sensu scripturæ concedere voluerunt. Non eo minus tamen Traditione Patrum de sensu Scripturæ, cui contraria dogmata fecerunt, convincuntur Protestantes novitatis, quantumcunque venditent puriorem suam religionem, atque illi primævæ in Ecclesia consonam, et conformem, dum Patrum luculentissimis, et certissimis testimoniis manifestum fit, alia esse toto cælo, quæ sibi posuerint credenda, quam quæ crediderit, et tenuerit primæva Ecclesia.

Quia vero non possunt non videre, Patres sibi non esse consentientes; idcirco fidem illis nituntur derogare, dicendo, Patres ea, quæ doceant, non sumpsisse ab Apostolis per eorum traditionem: sed cum essent innutriti philosophorum opinionibus, præsertim sectæ Platonicæ, quippe, qui horum lectioni valde dediti essent, has easdem opiniones transtulerint, et miscuerint cum iis, quæ erant doctrinæ Christianæ. Jacobus Bruckerus nominatim is est, qui ista ratione nititur elevare, quæ in Ecclesia Catholica suscipiuntur

velut ab Apostolis accepta, et ad posteritatis notitiam propagata traditione Patrum. Protestantes, qui nostra memoria artem interpretandæ Scripturæ sacræ invexerunt, qua sufferant id omne, quod in ea refertur actum vi ea Divina, quæ major est viribus in rerum natura sitis, in ipso etiam Evangelio Jesu Christi ea dogmata, quæ in eo proponuntur credenda de immortalitate animæ humanæ, de mortuorum suscitatione ad vitam, de sorte post hanc vitam proborum bona, impiorum mala, cum fuissent ab Judæis ex conversatione cum philosophis Gentilibus assumpta, audent asserere, Christum quoque ista non aliam ob causam docuisse, quam ut se adcommodaret Judæorum persvasioni, quamvis ipse de his non sic sensisset.

Patres fuisse versatos in lectione philosophorum et inprimis Platonicorum, verum est. Hoc enim de se testatur etiam S. Augustinus *lib.* 6. *Confession.* atque etiam hos a Victorino in latinum versos evolvisse, eo quod multa in his invenerit de Dei Verbo (illud Verbum Dei intelligitur, de quo est Joannis Cap. 1. v. 1. *In Principio erat Verbum*) quæ ei visa sint doctrinæ Evangelicæ consentanea. Hinc vero, quia Patres legerint scripta philosophorum Gentilium, nondum est consequens, ea etiam, quæ ipsi scripserunt, hausisse ex philosophis, et admiscuisse suæ doctrinæ Religionis Christianæ. S. Cyprianus, dum adhuc Gentilis esset, studiosissimus erat philosophiæ. Is autem *Epist.* 52. *ad Cornelium Pap.* cum memorasset, Stoicos dicere, omnia peccata esse paria, *Vitanda sunt*, inquit, *a nobis, quæ non de Dei clementia veniunt, sed de philosophiæ duriore præsumptione descendunt.* Nec ideo, quia in philo-

losophis, præsertim in Platone, plura reperiuntur consona iis, quæ habet vera Religio, idcirco hæc Hebræi, vel Christiani mutuati sunt a Gentilium philosophis: siquidem etiam contrario modo hoc contingere potuerit, atque etiam reapse contigit. Id, quod constat multis documentis: E quibus quædam tantum afferam. Minucius Felix *in Octavio* id est, in disputatione, quam Octavius Christianus habuit cum Cæcilio ethnico, sic refert eumdem Octavium esse locutum: *Animadvertis philosophos eadem disputare, quæ dicimus? Non quod nos eorum simus vestigia secuti, sed quod illi de Divinis prædicationibus Prophetarum umbram interpolatæ veritatis imitati sint.* Pariter Tertullianus in Apologetico: *Quis*, ait, *poetarum, quis sophistarum, qui non omnino de Prophetarum fonte potaverit?* Nec tantum istud testantur scriptores Christiani, sed ipsi etiam ethnici de Platone, Aristotele, aliisque philosophis perhibent. Nam de Platone hoc docuit Numenius Pythagoreus, dicens, hunc non esse alium, quam Moysem atticissantem, hoc est Græca lingva loquentem, quemadmodum est apud Clementem Alexand. *lib.* 1. *Stromat.* et apud S. Justinum in Parænesi, et Apolog. 2. Pariter Hermippus apud Origenem *lib.* 1. *cont. Celsum*, et apud Joseph. *lib.* 2. *cont. Apion.* affirmat, Pythagoram Judæorum dogmata transtulisse in suam philosophiam. Aristotelem quoque illud, quod docuit, a Deo ex materia conditum esse mundum, Clearchus ipsius discipulus, testatur accepisse a quodam Judæo apud Josephum *lib.* 1. *cont. Apion.* et Eusebium *lib.* 9. *Præpar. Evang. cap.* 5. Omitto, quæ plura adhuc istius generis proferri possent testimonia.

Ita-

Itaque pudet, quosdam etiam ex nostris in sua Patrologia concessisse Protestantibus, Patres dogmata, quæ tradiderunt, hausisse ex philosophia Platonis, cujus vehementi tenerentur studio. Equidem hi deinde volentes effugere conclusionem, quam hinc faciunt Protestantes, dicunt, Patres, quamvis adamaverint Philosophiam Platonicam, atque hoc ex fonte omnino biberint, quæ tradiderunt, istud tamen fecisse eos moderate. Non enim eo minus manet consequens, Patres doctrinæ Christianæ admiscuisse philosophorum Gentilium dogmata, nec proinde puram in eorum libris existere Apostolicam traditionem. Itaque nec eorum testimonia erunt certa ad demonstrandum, quid sit Apostolicæ traditionis. Nam dubium semper erit, quid ex fonte Christianæ Religionis, et ex primæva institutione facta per Apostolos; quid ex philosophorum fonte sumptum ab illis sit. Etiam illud *Moderate*, quod dicunt de Patribus, usis philosophorum dogmatibus in rem suam, si quæret Protestans ex his Patrologis, ut certis terminis definiant hanc, quam dicunt moderationem adhibitam a Patribus, nihil scient respondere, et deprehendentur, hanc moderationem adstruxisse solummodo, ut videantur aliquid dixisse, quod probare nesciunt. Sed neque Protestantes accusant Patres immoderationis hac in re. Multo igitur infirmior est defensio Patrum per hos Patrologos, quam sit eorum per Protestantes impugnatio. Qui male defendunt, victoriam tribuunt adversario.

Cum Patres eorum testes sint, quæ sunt tradita Ecclesiæ ab Apostolis, sequitur, ut hi vel vivere cum Apostolis, vel florere in Ecclesia eo tempore debuerint, quo per alios testes, qui cum Apo-

sto-

stolis vixerunt, percipere ea potuerint, quæ Apostoli Ecclesiæ tradiderunt, aut etiam si ab illis tempore distiterunt, tales fuerint, qui certum testimonium præbere potuerint de Ecclesiæ universalis fide, et institutis Religionis. Nam cum Ecclesia deficere nequeat, utpote adversus quam portæ inferi prævalere non possint; omne illud, quod Ecclesia profitetur, et tenet, debet esse orthodoxum, et ab Apostolis traditum: quoniam non manente vera fide, nec ipsa Ecclesia perstitisset. Hoc est, quod etiam S. Augustinus *lib.* 5. *de Bapt. cap.* 24. asseveravit contra Donatistas: *Quod universa tenet Ecclesia, nec conciliis institutum, sed semper retentum est, nonnisi auctoritate Apostolica traditum rectissime creditur.* Per successionem nimirum aliorum post alios ea, quæ primo tradita ab Apostolis sunt, semper propagata ulterius sunt. Nam et ii Patres, qui remotiores ab Apostolis fuerunt, *Quod invenerunt in Ecclesia* sunt verba ejusdem S. Augustini lib. 2. cont. Julian. cap. 9. *tenuerunt; quod didicerunt, docuerunt; quod a Patribus acceperunt, hoc filiis tradiderunt.* Quia vero, dum quæstio oritur propter hæreticos, controversiam moventes, quid sit illius primævæ fidei, quæ per Apostolos tradita Ecclesiæ est, vi majore pollent ad hos pudore confundendos, et redarguendos testimonia antiquorum Patrum, idcirco, stricte loquendo, Patrum nomen, et appellatio, quoad traditionem Apostolicam solet tribui tantum antiquioribus Patribus. Quæ antiquitas quousque se extendat, non est definitum. Communiter ejus finis in S. Bernardo ponitur. Non tamen eo minus etiam qui post hanc ætatem floruerunt, doctrina ad instruendam Ecclesiam excellentes, SS. Thomas Aquinas, et Bo-

Bonaventura elogio Doctorum Ecclesiæ condecorantur.

Duo autem in Patre debent esse, præstans doctrina, et vitæ sanctimonia: quorum utrumque qui non habet, in Patrum numero non ponitur. Quibus enim doctrina defuit, illi hanc neque tradere potuerunt: cum præstanti autem doctrina conjuncta probitas, et vitæ sanctimonia facit, ut nullum dubium relinquatur, quin ea, quæ probe cognita habuerunt, sincere in suis scriptis ad posteritatis memoriam propagaverint. Sed neque testis esse potest orthodoxæ doctrinæ, qui hanc ipse constanter non tenuit, et cujus doctrina reperta est contaminata erroribus, atque eo minus, si etiam ab Ecclesia recessisset. Itaque nec Origenes, cujus scripta multis affecta sunt erroribus, nec Tertullianus, qui manifeste etiam ab Ecclesia defecit, nec Eusebius fautor Arii, cujus gratia nequidem historiam suam sincere scripserit, quemadmodum demonstratum est supra Prolegomenorum cap. 1. §. 8. non habent locum inter Ecclesiæ Patres, tametsi quidam cum his eos copulent, sed haud congruenter. Nec Clementis Alexandrini doctrina caret accusatione de erroribus, quemadmodum docet Benedictus XIV. in literis suis Apostolicis, Matyrologio Romano præfixis, ejusque scripta etiam a Gelasio sunt relata inter apocrypha eo nomine, quod doctrinæ integritas ipsis deesset. Quos proinde neque ego positurus sum inter Patres Ecclesiæ, sed solummodo inter Scriptores Ecclesiasticos, quod neque his fides in omnibus deroganda sit.

Pa-

Patres Ecclesiae.

Clemens I. Papa, et Martyr.

S. Clemens fuit patria Romanus. Hunc Apoolus Paulus suum coadjutorem vocavit, ejusque omen dixit, scriptum esse in libro Vitæ. *Philip.* *v.* 3. S. Petro etiam in ejus Romana cathedra piscopali succesit, sed non proxime. Linus enim, Cletus eum antecesserunt. Anno 91. a natali hristi evectus est ad cathedram, ut certior haet chronologia. Trajano Imp. jubente deportais est in Chersonesum Tauricam ad lapicidinas, biennio post anchora ad collum appensa in ma praecipitatus a. 100. a nativitate Christi.

Corinthi laici tumultuabantur adversus Presyteros, his nolentes subesse. Inter Presbyteros itelligendus ipse etiam Episcopus. Primis enim cclesiæ temporibus nomen Presbyteri etiam daatur Episcopis. *Act.* 20. *v.* 17. 28. Presbyteri i hac causa sua recurrerunt ad Romanam Ecclesam. Clemens propterea duas ad Corinthios scrisit epistolas. Quæ diu credebantur esse deperitæ. In Codice Ms. Bibliorum, quem Cyrillus ucaris Patriarcha Græcorum dono miserat Regi ngliæ circa a. 1628. hæ repertæ sunt descriptæ l ejus calcem. Sed prima solummodo integra est, lterius superest anterior pars. In priore Clemens orinthios a fastu revocat, quo turgentes præpotos suos contemnebant. In altera fit adhortatio l vitam sic instituendam, ut semper parati sint l diem adventus Domini nobis ignotum, nec tantum

tum fugiendo malum, et sectando bonum, verum etiam agendo pœnitentiam pro delictis commissis.

Paucula hæc duxi ex Clementis Epistolis excerpenda: *Apostoli nostri cognoverunt per Dominum nostrum Jesum Christum, quod futura esset contentio de nomine Episcopatus. Ob eam ergo causam, perfectam præcognitionem adepti, constituerunt prædictos, et deinceps futuræ successionis regulam tradiderunt, ut cum illi decessissent, ministerium eorum, ac munus alii viri probati exciperent. Constitutos itaque ab illis, vel deinceps ab aliis viris eximiis, consentiente universa Ecclesia, qui inculpate ovili Christi ministraverunt cum humilitate, quiete, nec illiberaliter, quique longo tempore ab omnibus testimonium præclarum reportaverunt, hos putamus officio injuste dejici. - - - Videmus enim, quod vos, nonnullos honeste viventes ex administratione, quam inculpate, ac honorifice exequebantur, dimovistis. - - - Turpia sunt Dilecti, ac valde turpia, et Christiana conversatione indigna, audiri firmissimam, et antiquorum Corinthiorum Ecclesiam propter unum, aut alterum hominem contra Presbyteros seditionem movere. Atque is rumor non tantum ad nos pervenit, sed ad eos quoque, qui a nobis alieni sunt animo, et sententia, adeo, ut propter vestram insipientiam etiam blasphemiæ nomini Domini inferantur, vobis autem periculum creetur.* In Epist. 2. *Quamdiu sumus in hoc mundo, de malis, quæ gessimus, ex toto corde resipiscamus, ut a Domino salvemur, dum habemus tempus pœnitentiæ. Postquam enim e mundo migraverimus, non amplius*

pos-

possumus ibi confiteri, aut pœnitentiam adhuc agere.

Hæ epistolæ Clementis, jam sunt memoratæ supra Institutionum harum Part. I. §. 19. facta etiam aliqua animadversione: pariter Canones Apostolorum octoginta quinque, et libri octo Constitutionum Apostolicarum, quæ tamen Clementi supposita sint: neque enim id sunt, quod se ferunt esse, utpote quorum tam Canonum, quam Constitutionum Apostoli auctores non fuerint, etsi non defuerint, qui hoc defendere conati sint: et quod ad Canones attinet, hos etiam Trullanum Concilium, aut potius ii, qui hoc Concilium e Græcis suo ingenio composuerunt (de quo adhuc sermo instituetur Part. II. §. 27.) pro veris habent canonibus Apostolorum. De his S. Isidorus Hispalensis apud Gratian. dist. 16. Can. 1. *Canones,* inquit, *qui dicuntur Apostolorum, quia eosdem nec Sedes Apostolica recepit, nec Sancti Patres illis assensum præbuerunt pro eo, quod ab hæreticis sub nomine Apostolorum compositi dignoscuntur, quamvis in eis utilia inveniantur; tamen ab auctoritate Canonica, atque Apostolica eorum gesta constat esse remota, atque inter apocrypha reputata.* Constitutiones quoque Apostolorum a Gelasio P. in synodo Romana a. 692. inter apocrypha sunt relatæ. Ejusdem Clementis nomine inscripta ista præterea prodierunt: *Libri decem Recognitionum*, quod Itinerarium etiam S. Petri, vel ejusdem Petri disputatio cum Apione solet vocari, *Epistolæ* septem partim Jacobo fratri Domini, partim aliis inscriptæ, insuper aliæ *Epistolæ Decretales, Liturgia*, et *homiliæ* undeviginti. Quæ omnia nemo jam Criticorum dubitat esse nonnisi supposititia. Erat hæreticis primorum

rum seculorum, atque etiam deinceps nimis usitatum, aliis, præsertim viris in Ecclesia summe conspicuis, subtrudere suas merces, quo magis alios deciperent istorum speciosis nominibus: neque mirum, cum hoc idem auderent quoad ipsos etiam Canonicos libros.

S. Ignatius Martyr.

S. Ignatius post Evodium, qui S. Petro Principi Apostolorum successit proxime in Episcopatu Antiocheno, Episcopus erat Antiochenus. Trajano, dum confecto bello Dacico per Syriam duxisset exercitum contra Parthos, Antiochiæ Ignatius erat oblatus, et accusatus quod esset Christianus: quem Romam misit, pastum futurum ferarum ad delectationem populi. Sententiam cum gaudio excepit Ignatius, et pro ea Imperatori gratias egit, veluti pro dono perfectæ charitatis erga Christum, quod adeptus per eum sit, atque vincula ferrea suscepit velut sibi honorifica. Vectus navi cum Smyrnam venisset, apud Polycarpum Smyrnensem Episcopum, cum quo erat discipulus S. Joannis Apostoli, permissus est aliquamdiu diversari, ad eumque salutandum venerant Episcopi, Presbyteri et Diaconi Ecclesiarum Asiæ. Hinc navigatione continuata Troadem delatus est, ac deinde ulterius, donec pervenisset Romam. Smyrna quatuor scripsit, et misit epistolas, ad Ephesios, Magnesianos, Trallenses, et quosdam nactus e Christianis, qui Romam iter facturi erant celerius, etiam ad Romanos: tres vero Troade, ad Philadelphios, Smyrnæos, et seorsim ad Polycarpum quoque, cui suam Ecclesiam Antiochenam commendaverat.

His

His velut sinceris, et germanis S. Ignatii pistolis non tantum Eusebius et S. Hieronymus *b. de Scriptorib. Eccl.* testimonium perhibuerunt, verum idem etiam cognoscitur ex epistola . Polycarpi *ad Philippens.* ex S. Irenæi *lib.* 5. e *Hæres. cap.* 26. ex Origenis *homil.* 6. *in Luc.* x Theodoreti Dialogo, *Immutabilis*, qui omnes estimonia protulerunt ex his epistolis, idque nomine Ignatii. Attamen easdem velut spurias rejecerunt, Dallæus, Blondellus, Salmásius, Basnaius, quamvis haberi vellent, pro summis, et cutissimis Criticis. Contra hos vero ex ipsis etiam rotestantibus earumdem Epistolarum authentiam efenderunt, Isaacus Vossius, Jacobus Usserius, oannes Pearsonus, Hammondus, et Gulielmus ave. Hujus, quem postremo loco nominavi, sunt erba ista Hist. Liter. Vol. 1. pag. 42. *Et sunt sane,* nquit de his Epistolis, *primævæ pietatis, doctrinæ Ecclesiasticæ, et regiminis Episcopalis in ipsa Apostolica Ecclesia vigentis testes luculentissimi. Hanc b causam acriter in eas insurgunt novatores, totisque viribus oppugnarunt Blondellus, Salmasius, Dallæus, doctissima novaturientium capita.* In nglia secundum formam, quam sibi religionis umpserunt, alii sunt Episcopales, alii Presbyteani, non recognoscentes auctoritatnm aliquam piscopalem. Hoc istis erat, ut has epistolas Ignao abjudicarent, quibus premerentur; illis vero, t easdem assererent eidem Ignatio. *Quidquid ontra te est, non est verum*, dicebat jam etiam . Augustinus quodam in loco. Novatores et novaturientes Cave vocavit eos, qui ab ipso dissenrent, tametsi ejusdem essent, cujus ipse, reformatæ, ut eam vocant religionis. Numquid autem on ipse etiam fuit ex novatoribus, et novaturientibus sequens illa dogmata, quæ sibi nova cu-

de-

derunt ii, qui seculo decimo sexto reformatores religionis se vocaverunt?

Est jam demonstratum harum Institutionum Part. I. pag. 126. testimonio Eusebii, Ignatium, singularum civitatum, quas in suo hoc itinere, ingrediebatur, Ecclesias esse cohortatum, ut sibi a pravis hæreticorum opinionibus caverent, et Apostolorum traditionibus tenaciter inhærerent, et quas etiam ad certiorem posteritatis notitiam suo confirmatas testimonio, scriptis mandare necessarium duxerit. Hoc idem erat, cur istas etiam suas scripserit epistolas, ut eos, qui has lecturi essent, in fide ab Apostolis tradita confirmaret. Jamque is ipse finis, in quem has scripserat epistolas, documento est, ea, quæ Apostoli docuerunt, et tradiderunt Ecclesiis, esse ad posteritatis notitiam a Patribus mandata literarum monumentis, adeoque exstare traditionem Apostolicæ doctrinæ, cujus nobis testes Patres sint. Ejusmodi traditionem rejecerunt, et rejiciunt sectatores Lutheri, et Calvini. Anne igitur recte abjicere potuerunt, et negare traditionem, quam credit, et tenet Ecclesia Catholica? Mansitne ipsis primæva fides, qui hanc per Patres traditam repudiaverunt? In hoc vetusne institutum Ecclesiæ retinuerunt, vel se, ipse etiam Cave, in omnibus iis, in quibus religioni apud se aliam formam indiderunt, novatores, et novaturientes exhibuerunt?

Illum, quem dixi, scopum in suis epistolis Ignatius habens, docet, unam esse fidem, et unam Ecclesiam, hortatur ad subjectionem exhibendam Episcopis, et Presbyteris, qui vero et ipsi subjecti debeant esse Episcopo. Nam hunc vinculum

esse

e unitatis. Incidenter SS. Trinitatis mysterium, Incarnationis, Christique divinitatem prædi-. De Eucharistia quoque in epistola ad Ephe-s docet, *Carnem hanc esse Servatoris nostri su Christi, quæ pro peccatis nostris passa est, am Pater sua benignitate suscitavit.* De iis ve-, qui fidem prava doctrina corrumpunt in ea-m epistola *Si quis*, inquit, *fidem Dei prava ctrina corrumpit, pro qua Jesus Christus cru-ixus est, talis inquinatus factus in ignem inex-guibilem ibit.* In epistola ad Romanos ingens tiendi, et moriendi pro Christo desiderium suum claraverat.

Præter illas septem epistolas plura adhuc nt, quæ sub nomine ejusdem Ignatii prodie-nt, videlicet, Epistola ad Antiochenos, Episto- ad Heronem Diaconum Ecclesiæ Antiochenæ, ia rursus ad Tarsenses, alia ad Philippenses, ia ad Mariam Cassobolitem, alia ad Beatam Vir-nem Deiparam, aliæ duæ denique ad S. Joannem angelistam. Destituuntur vero hæ epistolæ omnes stimonio, quo suam probare possent authen-m: ex quo silentio merito rejiciuntur velut ppositiiæ. Vita S. Ignatii exstat apud Cotele-m in Actis Martyrum. Ipse etiam S. Polycar-s habet epistolam, quam scripserat ad Philip-nses spiritu Apostolico scriptam, et præce-is Christiane vivendi plenam.

S. Justinus Martyr.

S. Justinus Martyr Neapolim urbem Sama-æ, olim Sichem dictam, natalem habuit, patre risco natus circa a. 103. ex ethnico factus est

-Chri-

Christianus, cum, quemadmodum ipse docet in Dialogo cum Tryphone ad Dei cognitionem cupiens pervenire, et apud philosophos hanc quæsivisset, nec assecutus fuisset. Nam primum se ait, operam dedisse cuidam Stoico; sed quem reliquerit, dum post longum tempus nihilo plus de Deo didicerit, quam jam antea sciverit. Ad Peripateticum deinde ivisse, ut ejus disciplinam condisceret: sed quem statim omiserit, cum is de pretio pro institutione secum pacisci voluisset, indignissimum judicans ipso etiam philosophi nomine. Ad Pythagoricum deinde se contulisse, ut se ei instruendum traderet; a quo vero receptus non sit, eo, quod musicæ, geometriæ, et astronomiæ expers esset, quæ philophus iste in eo requisierit, antequam in suam disciplinam assumeret, et per eam deduceret ad cognoscendum summum bonum, supremumque ens Deum. Tandem nactum esse Platonicum, cujus doctrina valde delectatus sit, spemque ex ea conceperit, se propediem Dei perfectam cognitionem assecuturum. In hac cogitatione, et ad speculandum quid Deus esset, secretum quemdam locum petiisse. Ibi a quodam sene vultu prædito gravi, et modesto interrogatum esse, quid in mente volveret, et cum indicasset, responsum ab eo tulisse, ne rem apud Philosophos quæreret, quam nuspiam nisi apud Christianos reperturus esset ex Christi Evangelio. Cumque ad legendos Prophetas, horum enim lectionem sibi etiam ab illo sene commendatam esse, totum se vertisset, hinc ad Christi Religionem, verique Dei agnitionem perductum esse.

Tryphon erat Judæus, cum quo dialogum hunc habuit Justinus, eum in finem, ut ex vaticiniis Prophetarum ei ostenderet, Christum, quem Christiani colerent, esse illum Messiam verum,

quem

em Judæi sibi a Deo habebant promissum. Ex
æstina Justinus Romam concessit: ubi pro Chri-
nis duas scripsit apologias: quarum primam
ca a. 140. Antonio Pio, ejusque filiis, et Se-
ui Romano obtulit, alteram Marco Aurelio, et
iatui. In priore, sed quæ in editionibus Ope-
n Justini secundo loco solet poni, sanctitatem
ponit Christianæ Religionis, ejusque instituta
memorat, ut ad ea videnda, quæ viguerint in
mæva Ecclesia, nobis etiam nunc Catholicis
isona, lumen clarissimum præbeant. Hujus apo-
iæ ad hæc ipsa videnda instituta partem pro-
i, Institutionum harum *Part. I. Pag.* 130. Do-
præterea, quam alienum ab æquitate sit, so-
Christianos appetere, et persequi causa Reli-
nis, dum omnibus aliis permitteretur colere,
idquid vellent, etiam arbores, fluvios, montes,
mures, feles, crocodilos, aliasque plurimas
itas animantes. In altera refellit crimina, quo-
n Christiani insimulabantur; eaque repellit ve-
meram calumniam, nec non retorquet in ipsos
ntilium judices, qui partim pueros, partim im-
illes feminas ad tormenta raperent, atque
rendis cruciatibus adigerent ad ea de Christianis
ifitenda crimina, quæ palam, et aperte ipsi
petrarent. *Pudeat*, ait, *vos, pudeat, quæ pa-
z facitis, ea in homines innocentes conferre,
quæ vobis, ac diis vestris inhærent, istis af-
gere, quos ne minima quidem parte contingunt.*

Præter ea, quæ jam memorata sunt, hæc
iuc sunt Justini opera: *Elenchus*, sive *Paræ-
is* ad Græcos, Oratio ad eosdem Græcos. Fi-
n in his svadet in Christum. *Liber de Monar-
a Dei.* In hoc probat, Deum esse unum ipso-
n gentilium philosophorum testimoniis. Quæ

inter Opera Justini recenset Eusebius *lib.* 4. *H. E. cap.* 18. et adhuc etiam supersunt. Liber, cui titulus *Psaltes*, et *Excerptorum de anima*, et alius *adversus omnes, quæ unquam fuerunt hæreses*, quem commemorat ipse Justinus in sua priore Apologia, alteros autem recenset Eusebius *cit. loc.* jam non exstant. *Epistola ad Diognetum* etiam gerit nomen Justini, sed dubitatur, sitne vere ipsius Justini ob stili aliquam diversitatem. In ea causæ proponuntur, cur Christiani idola non colant. Et iam Epistola ad Zenam, et Serenum, ethica, hoc est moralem institutionem continens, non habet omnes sibi suffragantes Criticos. Quæstiones, et Responsiones ad Orthodoxos, Quæstiones Græcanicæ de Incorporeo, et de Deo, et de Resurrectione Mortuorum, et ad easdem Christianæ Responsiones, et si quæ præterea proferuntur sub Justini nomine Criticorum judicio sunt pseudographa.

Justinus fuit in errore de Regno millenario. Hujus auctor fuit Papias discipulus S. Joannis Apost. et condiscipulus S. Polycarpi, postea Hierapolitanus Episcopus in Syria, in quem inciderat ex eo Apocalypseos *Cap.* 20. *v.* 4. loco, ubi Sancti dicuntur regnaturi cum Christo mille annis, non rite intellecto. Investigabat diligentissime, et exquirebat, quid Apostoli tradidissent. Hinc factum est, ut quem errorem pepererat suo ingenio, in eumdem induxerit etiam alios, ipsum etiam Justinum, Irenæum, Tertullianum, et Lactantium, eo permotos, quod discipulus fuisset Joannis Apostoli, et traditionum Apostolicarum studiosissimus. Idem elucubraverat etiam libros quinque sub titulo: *Expositio verborum Domini* quorum meminit Eusebius *lib.* 3. *H. E. cap.* 39. post S. Irenæum. Idem Eusebius perhibuit, fuisse virum cetera quidem egregium, sed præ-

ditum admodum mediocri ingenio. Hæc opinio de Regno millenario in eo constiterat, quod juxta hanc crederentur Sancti ante diem judicii extremi non ituri ad cælum, sed eo usque piorum animas in loco meliore, impiorum deteriore detentum iri: post diem autem judicii impiis ad inferos condemnatis, et ad supplicium æternum missis, Sanctos primum mille annis cum Christo esse regnaturos adhuc super terram ac nonnisi his transactis adscensuros ad cælum. Sed neque hi Regni millenarii felicitatem in voluptate alia, quam spirituali ex consortio cum Christo ponebant: nec hæc opinio fuerat ab Ecclesia damnata. Quamobrem neque impediebat, quo minus, ii, qui ei essent addicti, in communione manerent Ecclesiæ. Quamobrem neque S. Hieronymus *in Comment. in Cap.* 19. *Jerem. et Cap.* 38. *Ezechiel.* quamvis hanc rejecisset ut falsam, tamen non reprobavit velut hæreticam. Hocce millenarium regnum etiam quidam Episcopus Aegypti nomine Nepos circa a. 260. asserebat, quem vero ab hoc errore Dionysius Alexandrinus Episcopus revocaverat. *Euseb. Hist. lib.* 7. *cap.* 19. At vero postea Millenarii, seu Græco vocabulo Chiliastæ, hocce regnum mille annorum etiam totum in corporeis voluptatibus constituerunt: quorum error damnatus est a Damaso Papa in Concilio Romano, quod contra Apollinaristas erat institutum, unde Millenarii deinceps inter hæreticos erant numerati a S. Epiphanio *Hær.* 77. Philastrio, et aliis.

Dallæus lib. 2. de Veterum Patrum usu Cap. 2. ex hac opinione de regno millenario, quod eam Papias, Justinus, Irenæus, pluresque alii habuissent, instituit argumentum adversus Tradi-

 tio-

tionem, quam nos profitemur præter Scripturas Canonicas. Verum est plures, et quosdam etiam e Patribus, videlicet Justinum, et Irenæum fuisse istius sententiæ. At vero nos non illud ponimus in Apostolica traditione, quod aliqui senserunt, et docuerunt, verum quod unanimi consensu traditum est a Patribus, quod universa tenet Ecclesia, quemadmodum ex testimonio S. Augustini in Isagoge supra producta, Dallæus clare videre potuisset. Ipse vero etiam Justinus *in Dial. cum Tryph. num.* 80. testabatur, hanc opinionem non fuisse omnium, *Sed multos, eosque ex illo Christianorum genere, quod piam, et puram sequitur sententiam, regnum illud non agnoscere.* Hoc itaque Dallæi argumentum cujusnam, quæso, roboris est, atque momenti? Justinus cum sex sociis delatus a Crescente philosopho Cynico, quem redarguerat ob turpem vitam, utpote gula, et libidine infamem, a Rustico Urbi Præfecto Romæ a. 165. gladio percussus est. Habitum philosophi, quem antea gesserat, semper etiam postea retinuit, ut profiteretur, se etiam postquam Christianus factus esset, esse philosophum, imo hunc nunc se esse, non antea fuisse.

S. Irenæus Martyr.

S. Irenæus in Græcia natus circa a. 120. a Christi natali, discipulus fuit S. Polycarpi, a quo in Galliam missus Lugduni sibi sedem fixerat, et Presbyteri munus gesserat, deinde autem etiam S. Pothino cujus inter Lugdunenses Martyres supra *Part. I. Institut. pag.* 147. facta mentio est, in Episcopatu successerat, omniumque Ecclesiarum Galliæ veluti Princeps erat, easdemque singulari

stu-

studio, et pietate rexerat, eamdemque Galliam tam per se, quam per Presbyteros suos, et Diaconos Christiana Religione excoluerat. Dum autem inter Victorem Papam, et Polycratem Ephesinum, ceterosque Asiæ Episcopos controversia de celebratione Paschatis exorta fuisset, intervenerat apud eumdem Victorem, ne sententiam excommunicationis, quam jam parabat, proferre, emitteret. Quæ res quomodo se habuerit, jam expositum est supra *Institution. Part. I. pag.* 158.

Serpebant eo tempore hæreses, quæ exortæ in Asia, in Galliam quoque, Italiam, et alias Occidentis provincias irrepserant. Hanc ob causam libros quinque composuit contra hæreses, ut Christi fideles muniret adversus illorum non solum errores, verum etiam technas: et ne deciperentur, dum etiam hæretici quique jactarent suam esse veram Christi Ecclesiam, docet, hanc nonnisi eam esse Ecclesiam, in qua Episcopi, ei præsidentes descenderent ab Apostolis per successionem. Hanc autem successionem inprimis ponit in Ecclesia Romana, et in Cathedra S. Petri; cujus etiam Episcopos ad suam usque ætatem recenset, qui Petro succedentes in ejus cathedra Romanam rexerint Ecclesiam. *Maximæ*, sunt illius verba lib. 3. cap. 3. *et antiquissimæ omnibusque cognitæ e gloriosissimis duobus Apostolis Petro, et Paulo Romæ fundatæ, et institutæ Ecclesiæ eam, quam habet ab Apostolis traditionem, et annunciatam hominibus fidem per successionem Episcoporum pervenientem usque ad nos indicantes confundimus omnes eos, qui quoquo modo, præterquam oportet, colligunt. Ad hanc etiam Ecclesiam propter potiorem principalitatem necesse est omnes convenire Ecclesias, hoc est eos, qui sunt*

un-

undique fideles. Alterum characterem veræ Ecclesiæ constituit in Traditione Apostolica, ejusque intemerata conservatione, una etiam declarans, ubi hæc quærenda sit. *Quid enim?* sunt iterum ejusdem Irenæi verba libro eodem, cap. 4. *Et si de aliqua modica quæstione disceptatio esset, nonne oporteret in antiquissimas recurrere Ecclesias, in quibus Apostoli conversati sunt, et ab eis de præsenti quæstione sumere, quod certum, et re liquidum est? Quid autem si neque Apostoli quidem Scripturas reliquissent nobis, nonne oporteret ordinem sequi Traditionis, quam tradiderunt iis, quibus committebant Ecclesias? Cui ordinationi assentiunt multæ gentes barbarorum, eorum, qui in Christo credunt, sine charta, et atramento scriptam habentes per Spiritum in cordibus salutem, et veterem traditionem diligenter custodientes.* Notam veræ Ecclesiæ ponit demum S. Irenæus in miraculis, et prodigiis, quæ in Ecclesia Catholica fierent innumerabilia: siquidem non sit dicere numerum gratiarum, sunt illius verba, quas per universum mundum Ecclesia a Deo accipiens in nomine Christi Jesu per singulos dies in opitulationem gentium perficit: quæ vero apud hæreticos non reperiantur nisi falsa et ad decipiendos alios ab ipsis composita. *Non enim cæcis*, ait l. 2. c. 31. *possunt donare visum, neque surdis auditum, neque omnes dæmones effugare, præter eos, qui ab ipsis immittuntur:* videlicet inducendo, ut se simulent a dæmone obsessos.

S. Irenæi plura adhuc erant Opera, quæ vero jam non supersunt, nisi fortasse in quibusdam latebris, e quibus plura nostra etiam memoria protracta sunt, quæ putabantur esse perdita.

dita. Quædam tantum fragmenta horum supersunt apud Veteres Scriptores. Sic Eusebius *lib.* 5. H. E. cap. 20. Epistolæ ad Florinum scriptæ ab Irenæo partem notabilem exhibet. Hæc titulum habuit *de Monarchia*, seu, *quod Deus non sit conditor malorum*. Florinus erat Presbyter Romanus, et Irenæo notus, quem apud S. Polycarpum, ut ipse testatur in hac epistola, viderit. Deflexerat autem postea a recta doctrina, duo rerum principia, et duos deos ponens, alterum auctorem bonorum, alterum malorum. Hunc ei errorem eximere studuit Irenæus hac epistola, obtestans ipsum etiam per memoriam Polycarpi sui magistri, qui si hoc audivisset, more suo talia audiens, a recta fide dissona, aures obturaturus, et exclamaturus fuisset: *Deus bone, quæ me in tempora reservasti, ut hæc sustinerem!* Ex Commentario *de Ogdoade*, sive de octonario Aeonum numero, quem Irenæus pariter composuerat, et ad Florinum, miserat cum in istud quoque Valentinianorum commentum præceps ivisset, ut hominem ad sanitatem revocaret, refert idem Eusebius *cit. loc.* istam subscriptionem huic Commentario appositam ab Irenæo: *Adjuro te, qui transcripseris hunc librum per Dominum nostrum Jesum Christum, et per gloriosum ejus adventum, in quo judicaturus est vivos, et mortuos, ut conferas, quod transcripseris, et diligenter emendes ad exemplar, ex quo transcripsisti, utque adjurationem istam similiter transcribas, et codici tuo inseras.* Hoc documento est, quantam Patres gesserint curam, ne eorum scripta vitiarentur, et ne his ii, qui corrumpebant, et pervertebant orthodoxam doctrinam, abuti possent. S. Irenæum in persecutione Severi diversis tormentis excruciatum occubuisse Martyrem cum

omni

omni fere suæ civitatis populo tradit Gregorius Turonens. lib. 5. cap. 29. Martyris elogio eumdem etiam ornavit S. Hieronymus *in Isa. cap.* 64. et Auctor Quæstion. ad Orthodoxos inter Opera S. Justini. Ad a. 201. refertur ejus obitus.

S. Cyprianus Episcopus Carthaginensis et Martyr.

S. Cyprianus, qui et Thascius in Actis sui martyrii a Pontio, ejusdem Cypriani Diacono, confectis, vocatur, in Africa natus est, num Carthagine non satis certum est, eo quod epistola sua 36. urbis hujus mentionem faciens, tantum in hac se baptizatum esse dicat, et quam idcirco quovis alio loco sibi lætiorem prædicet propter lumen fidei, quod ibi aspexerit. Fuit ordinis Senatorii, et in magno apud omnes honore, literisque cum aliis politioribus, tum etiam philosophia instructus, Carthagine etiam eloquentiam docuit. Per Cæcilium Presbyterum Carthaginensem ad Religionem Christianam perductus est: quem postea non jam ut amicum, sed tanquam novæ vitæ suæ parentem singulari veneratione semper prosecutus est, cujus etiam nomen sibi assumpsit, dictus deinceps Cæcilius Cyprianus. Christianus factus facultates suas, quibus abundabat, pauperibus distribuit, solitusque antea laute vivere, et splendide, aliam parce, et frugaliter vivendi rationem iniit: cumque in Sacris literis, quarum se lectioni totum tradidit, vidisset laudari castimoniam, et continentiam, statim inter fidei rudimenta prima nihil aliud credidit, Deo dignum, quam si continentiam tueretur, quemadmodum his ipsis ver-

verbis scriptum est a Pontio in ejus vita. Anno circiter 246. a. natali Christi illius ad Religionem Christianam conversio contigit.

Talis viri, calcata superstitione gentili, transitus adChristianam Religionem dici non potest, quam male affeceritGentiles, et quem non suffecerant prius satis laudare, et honore prosequi, hunc deinde lacerabant omnibus contumeliis, ac jam non Cypriani verum Copriani nomine vocabant, a Græco Κόπριον, quod stercus, et fimum significat. Jam altero post susceptum Baptismum anno, a Donato Episcopo ordinatus Presbyter est: post hujus vero mortem, quæ anno 248. contigit, eidem in Episcopatu successit ab universo populo postulatus, ipso vero obluctante, et in latebras se se abdente. Annus intercesserat, et illa sævissima persecutio, a Decio excitata, eruperat. In hac vi, et metu tormentorum atrocissimorum multi Christiani abnegaverant Christum. Sedata tantisper persecutione, actum est de condigna pœnitentia his imponenda, ne vel facilitate veniæ, si rursus persecutio facta esset, proniores fierent ad Apostasiam, vel ne ab agenda ipsa pœnitentia nimio illius rigore deterrerentur. Hoc eodem tempore schisma fuit excitatum Carthagine dictum Felicissimi, et Romæ Novatiani. In his omnibus magnæ erant partes Cypriani. His vero de rebus, et pluribus aliis actum jam est supra *Institut. Part. I.* §. 23. 24. 27. 28. De controversia quoque Baptismusne valeret, si is administratus esset ab hæretico, quam ipse etiam aliquando credebam intercessisse, admodum gravem inter Stephanum Papam, et Cyprianum, pariter jam egi Institutionum earumdem mearum *Part. I.* §. 28. brevius, quod hoc idem argumentum jam tractaverim, etiam plenius Disser-

sertatione mea quinta in Selecta argumenta Historiæ Ecclesiasticæ. Ipsum quoque martyrium S. Cypriani enarravi *Part. I. Institut. mear.* §. 29.

Opera, quæ S. Cyprianus elucubravit, sic laudavit S. Hieronymus *libro de Scriptorib. Ecclesiast.* ut ea sole clariora esse dixerit. Omnium tamen inter hæc eminet *liber de Unitate Eccles.* Hunc composuit adversum eos, qui schisma eo tempore Carthagine, et Romæ fecerant, dumque Novatianus Romanæ Ecclesiæ Pontificatum invasisset, et tam literis, quam satellitibus suis in omnes partes dimissis cunctos ubique locorum Episcopos a communione cum Cornelio, legitime electo Pontifice, abstrahere, in suasque partes adducere conatus fuisset. Docet igitur in hoc libro Cyprianus, quod, quemadmodum unus Deus est, et una fides Christi, ita etiam una tantum Ecclesia sit: extra quam qui sunt, omnes amittant salutem. Hæreses autem, et schismata subvertere fidem, veritatem corrumpere, scindere unitatem. Eos, qui se istis jungunt, decipi per errorem; inde autem, quod ad veritatis originem non redeant, nec caput quærant, nec Magistri cælestis doctrinam servent, et quo tractatu longo, atque argumentis haud opus sit. Siquidem probatio ad fidem facilis sit compendio veritatis. Nam Dominum Petro dixisse: *Et ego dico tibi: Quia tu es Petrus, et super hanc Petram ædificabo Ecclesiam meam,* et iterum: *Pasce oves meas.* Itaque Christum super hunc unum ædificasse Ecclesiam suam, et huic oves suas dedisse pascendas. Igitur eum, qui hanc Ecclesiæ unitatem non tenet, non tenere fidem; qui Ecclesiæ renititur, et resistit, qui cathedram Petri deserit non esse in Ecclesia, non tenere legem Dei, non tenere

Pa-

Patris, et Filii fidem, non tenere vitam et salutem.

Hoc tam luculentum Cypriani testimonium de necessitate conjunctionis cum Cathedra Petri, ita ut nisi quis huic conjunctus sit, non sit in Ecclesia Christi, utpote quam is supra Petrum ædificaverit, et cui suas oves tradiderit pascendas cum omnes configit hæreticos, et schismaticos, per hæresim et schisma separatos a Cathedra Petri, et Ecclesia Romana, tum Protestantium etiam verberat oculos. Cujus tantam lucem cum ferre non possent, eo se receperunt, ut dicerent, a nobis Catholicis hunc Cypriani locum esse fœde interpolatum, ad fulciendum per egregiam fraudem Romani Pontificis Primatum. Hunc locum jam tractavi Dissertationis meæ IV. *in Select. Argumenta Hist Eccl.* §. 2. Quod autem ibi dixi, etiam Baluzium, et Latinium sensisse hæc verba ex margine, cui fuerint apposita ex aliis ejusdem S. Cypriani Operibus, intrasse in hunc etiam ejus librum de Unitate Ecclesiæ, eo, quod in quibusdam antiquis Mss. desint, hæc ipsa quædam Mss. ut hi dixerunt, non sunt quædam sed solummodo unum Parisiense est, dum omnia cetera tam Mss. quam typis edita omnino locum hunc habent integre Si Caveus, qui hanc censuram post alios sui generis criticos fecit in Historia sua literaria *in Cypriano* juxta leges Criticæ judicare voluisset, potuissetne unius Mss. Parisiensis auctoritatem anteponere auctoritati omnium aliorum Codicum tam Mss. quam typis editorum? Egregiam Pontificiorum fraudem hanc vocavit, qua hæc interpolatio, ut ipsi arguunt, facta sit. In Dissertatione VII. mea *in Selecta argumenta* Hist. Eccl. pag. 281. produxi, quid duo Justelli pater Christophorus, et filius

filius Henricus, sectatores Calvini, in sua editione Canonum fecerint, deprehensi in fraude insigni. Unde licebit suspicari, nec temere, in ipso etiam hoc Parisiensi Ms. hunc locum Cypriani deesse non aliunde, quam per egregiam fraudem quorumdam e Calvinianis, ad auferendum, quod ipsos configeret.

Pergit deinde ulterius S. Cyprianus in hoc argumento de Unitate Ecclesiæ: *Et Primatus Petro datur*, quæ ipsius Cypriani esse, non per interpolationem ei data jam nemo etiam ex Protestantibus in dubium vocat, *ut una Christi Ecclesia, et Cathedra una monstretur. Et Pastores sunt omnes, et grex unus ostenditur, qui ab Apostolis omnibus unanimi consensione pascatur, ut Ecclesia Christi una monstretur. - - - Quam unitatem firmiter tenere, et vindicare debemus, maxime Episcopi, qui in Ecclesia præsidemus, ut Episcopatum quoque ipsum unum, atque indivisum probemus. Nemo fraternitatem mendacio fallat, nemo fidei veritatem perfida prævaricatione corrumpat: Episcopatus unus est, cujus a singulis in solidum pars tenetur.* Ex his ultimis verbis Febronius, et qui illius sententias sectantur, etiam postquam has Febronius ipse jam revocasset, sibi assertionem fecerunt, potestatem esse æqualem Episcoporum omnium. Adversus hanc assertionem, quam hi fundarent, in his Cypriani verbis agit Dissertatio IV. mea tota *in Selecta argumenta Hist. Eccl.* et nisi me fallunt omnia, planum facit verum horum verborum sensum et significationem, Febronianos autem nequidem habere intelligentiam horum Cypriani verborum. Siquidem is non dicat, singulos Episcopos tenere totum solidum, sed tantummodo partem in solidum. Christus

stus soli Petro, per hæc verba: *Pasce oves meas*, et in Petro Romano Pontifici pascendi, regendi, ac gubernandi universalem Ecclesiam plenam potestatem tradidit, quemadmodum est in Fidei definitione, facta a Concilio Florentino oecumenico. De ceteris vero Episcopis ipse etiam S. Cyprianus Epist. 55. ad Cornelium Papam dixit: *Singulis Pastoribus portio gregis adscripta est, quam regat unusquisque, et gubernet.* Dum fidei dogma est, utpote definitum etiam per Concilium Florentinum oecumenicum, Romanum Pontificem tenere Primatum jurisdictionis supra universam Ecclesiam; æstimet, velim, unusquisque, possitne cum hoc consistere contraria Febronianorum assertio de æqualitate potestatis, et jurisdictionis omnium Episcoporum.

Præter illum librum de Unitate Ecclesiæ, nullo pretio magis æstimabilem est Cypriani alter liber *de Habitu Virginum.* In hoc agit de iis virginibus, quæ postquam Christo suam virginitatem sacrassent, tamen postea vanitatem sectatæ essent per ornamenta vestium, fucosque faciei, et capillorum. Istas monet, et hortatur, ut servent, quod esse coeperunt, et quod futuræ in cælo sint. Tertius Cypriani liber est *de Lapsis.* Hi intelliguntur lapsi, qui in persecutione a Decio excitata, Christianam Religionem abnegarunt. De qua Cyprianus, *Dominus*, ait, *probare familiam suam voluit: et quia traditam nobis divinitus disciplinam pax longa corruperat, jacentem fidem censura cælestis erexit, et cum peccatis nostris amplius mereremur, Dominus sic cuncta moderatus est, ut exploratio potius, quam persecutio videretur.* Quam multi, et quanta proclivitate eo tempore sint lapsi, est jam supra demon-

monstratum Part. 1. §. 24. ipsius etiam Cypriani verbis. Idem et poenas memorat, quibus ii, qui Christum abnegarunt, divinitus affecti sint. Quemdam ait, post abnegationem in perpetuum obmutuisse; mulierem, cum idem fecisset, statim fuisse a dæmone correptam, et adeo cruciatam, ut lingvam dentibus laniare non prius destiterit, quam etiam anima ei elisa fuisset; alteram feminam cum Cypriano offerente sacrificium, ejusdem abnegationis affecta crimine, ausa esset ad sumendum Christi corpus accedere, palpitantem corruisse, et subita morte interiisse. Infantulam, cujus parentes se se in fugam conjecerant in eadem persecutione, esse a nutrice portatam ad magistratum, ubi aliquid de libato idolis vino ei ad os instillatum sit. Hanc postea a parentibus ad Ecclesiam portatam esse: dum autem Diaconus calicem consecratum fidelibus bibendum dedisset, jamque prius eadem infantula se impatientissime, cumque magno ploratu jactasset, appropinquante Diacono faciem in adversam partem torsisset, atque labellis pressis calicem recusasset, Diaconus autem quamvis reluctanti aliquid ex eo instillasset ad os, hoc ab infantula cum singultibus redditum esse. *In corpore,* subjecit huic narrationi S. Cyprianus, *atque ore violato Eucharistia permanere non potuit.*

Quartus est *de Oratione Dominica.* Primum, docet, quæ sit excellentia istius precationis, utpote quam Christus ipse nobis tradiderit, et quam pronunciando Deum Patrem Filii verbis precemur. Exponit deinde: omnium, quæ per hanc petuntur, sensum: demum docet, quas dotes Oratio habere debeat, ut Deo accepta sit. Quintus *ad Demetrianum.* Hic ethnicus erat, qui, ut conjectura est, magistratum aliquem vel ipse, vel pe-

penes hunc officium saltem aliquod gesserit, et Christianis imputaverat adversitates, quæ plures eo tempore contigerunt, ut pluviarum defectus, atque hinc secuta inedia, et fames, morbi contagiosi, nec non bella. Cyprianus autem accusationem refellit, docetque non recte ista conferri in Christianos; siquidem ejusmodi incommoda etiam evenerint, antequam cœpissent esse Christiani, sed accidere hæc ex causis, etiam naturalibus: denique, si Deus his adversis rebus uteretur ad homines puniendos, his pœnis causam præbere non Christianos, sed Gentiles, eo quod Deum verum non agnoscerent, nec colerent, atque ideo his a Deo plecterentur; ut admoniti discerent eum agnoscere. Sextus *de vanitate Idolorum.* Hunc librum his verbis incipit: *Quod idola dii non sint, et quod Deus unus sit, et quod per Christum salus credentibus data sit.* E quibus velut inscriptis fronti libri, intelligitur, quid sibi proposuerit Cyprianus tractare in hoc libro. Septimus *de Mortalitate*, hoc est de pestilentia, quæ grassabatur, ipsosque etiam Christianos gravi terrore perculerat, et contristaverat. Quorum animos erigit, et confirmat, monstrando, ubi illud sit, quod Christianus quærat, et quo festinare debeat. Docet, ejus esse timere mortem, qui nolit ad Christum ire: ejus vero esse, nolle ire ad Christum, qui non credat se cum Christo regnaturum. Octavus *de Opere, et Eleemosyna.* In hoc docet, Christum postquam vulnera nostra sanasset, et venena serpentis antiqua exstinxisset, præcepisse, ne rursus in peccata relaberemur. Quia vero istud non observemus, Christum sua benignitate nobis ea etiam ratione prospexisse, ut quibus peccatorum sordibus denuo inquinaremur, has per eleemosynam eluere, et exuere nos-

possemus. Hoc pietatis remedium omnibus esse necessarium, siquidem nemo sit, qui dicere possit, se non peccasse. Docet, divites, qui metu paupertatis duri erga pauperes, et tenaces essent, paupertatem, quam timerent, sibi accersere. Nam esse scriptum: *Qui dat pauperi, non indigebit: qui despicit deprecantem, sustinebit penuriam.* Proverb. 28. v. 27. *Metuis*, ait, *ne patrimonium tuum forte deficiat, si operari ex eo largiter cœperis: et nescis miser, quia dum times, ne res familiaris deficiat, vita ipsa, et salus deficit: et dum, ne quid de rebus tuis minuatur, attendis, non respicis, quod ipse minuaris, amator magis mammonæ, quam animæ tuæ, ut dum, times, ne pro te patrimonium tuum perdas, ipse pro patrimonio tuo pereas.*

Nonus liber S. Cypriani est de *Bono patientiæ.* In hac sitam esse docet sapientiam hominis Christiani, in cujus imitationem et exemplum Christum proponit. *Hujus*, inquit, *patientiam, fratres dilectissimi, in persecutionibus, et passionibus nostris cogitemus, hujus adventui plenum exspectationis obsequium præbeamus.* Ex quo etiam intelligitur, Cyprianum composuisse hunc librum ad Fideles confirmandos inter persecutiones, et quæcunque inciderent adversa. Decimus *de Zelo, et livore.* In hoc invidentiam demonstrat esse radicem omnium vitiorum, sed neque hanc posse consistere cum amore, quo debemus proximum prosequi, quemadmodum nosmetipsos. Invidum esse sui ipsius carnificem, utpote qui invidendo alteri seipsum dilaniet. Proponit, quæ cogitanda, et meditanda sint homini adversus stimulos invidiæ. *Paradisum*, ait, *cogita, quo Cain non ingreditur, qui zelo fratrem peremit. Cogita cæ-*

regnum, ad quod nonnisi concordes, atque
imes Dominus admittit. Cogita quod filii
hi soli possint vocari, qui sint pacifici, qui
itate cœlesti, et lege Divina ad similitudi-
Dei Patris, et Christi respondeant adunati.
ecimus ad Fortunatum *de Exhortatione Mar-*
, ad ipsiusque Fortunati petitionem instante
ecutione. Quasi ob stili diversitatem quidam
librum abjudicare voluerunt S. Cypriano.
ra autem alii, et melioribus argumentis eum-
S. Cypriano asserunt. Ultimi sunt libri ejus-
Cypriani *Testimoniorum adversus Judæos.* Ad
inum hos misit, cujus etiam rogatu eos com-
it. In horum primo demonstrat Judæos ex-
se sua culpa ex iis, quæ ipsis erant promis-
in eorum autem locum successisse Christianos,
fide Dominum promeruerint, et assumpti ex
erso orbe terrarum, omnibusque gentibus
In altero, venisse Christum, qui prænun-
us per Scripturas sit, omniaque illa impleve-
quæ de eo, ut agnosci posset, erant prædi-
in iisdem Scripturis. In tertio quoddam sum-
ium est eorum, quæ Christiano observanda
, et proceditur per omnia præcepta morum
idoneis testimoniis ex Scriptura. Horum
orum exemplaria non ubique accurate conve-
it, sed in quibusdam plus in aliis minus est.
quo in dubium vocatum est, num ea, quæ
comparent in omnibus exemplaribus, ipsius
riani genuina sint.

Præter hæc sunt adhuc S. Cypriani tres, et
ginta epistolæ, non tamen omnes ipsius Cy-
ini, sed quædam etiam inter istas aliorum ad
Cyprianum. Sed neque omnes genuinæ. Jam
Rufinus in apologia Origenis testabatur libros

 Cy-

Cypriani adulteratos esse. Sunt hæ potissimum eæ epistolæ, in quibus tractatur de rebaptizandis hæreticis, numero sex. De his jam egi Dissertatione V. mea in Selecta argumenta Hist. Eccl. §. 6. Inter has, in serie quinta, et septuagesima, est Firmiliani Episcopi Cæsareæ Cappadociæ ad Cyprianum adversus Stephanum Papam. Hanc quoque esse confictam nonnisi a Morello Calvanista, qui eam, quasi a se repertam, primus edidit, credo me, eodem Dissertationis istius meæ loco patefecisse non fucatis argumentis. Poterat etiam hic videre Caveus, quorum soleat esse egregia fraus in supponendo.

Ex ceteris autem Epistolis, quæ sunt ipsius Cypriani germanæ, permulta se offerunt ad cognoscenda instituta Religionis, quæ ætate Cypriani vigebant in Ecclesia. In Epistola sua quarta monet Presbyteros, et Diaconos, ne eodem tempore plures accederent ad Confessores in carceribus positos, ne forte intrandi ad eos facultas denegetur. *Consulite ergo*, sunt illius verba, *et providete, ut cum temperamento hoc agi tutius possit, ita ut Presbyteri quoque, qui illic apud Confessores offerunt, singuli cum singulis Diaconis per vices alternent, quia et mutatio personarum, et vicissitudo convenientium minuit invidiam.* Dum in ipsis carceribus, in gratiamque dumtaxat eorum, qui in his tenebantur, facta sit oblatio, proinde cernitur institutum etiam privatim offerendi non recentius esse, sed exstitisse jam in primæva Ecclesia. Ad eosdem Presbyteros et Diaconos *Epist.* 37. scripsit S. Cyprianus, ut eorum, qui martyrio affecti ex vita decederent, adnotent dies obitus, *Ut commemorationes eorum*, inquit, *inter memorias Martyrum celebrare possimus:* lau-

dat-

datque Tertullum, qui jam hoc inceperit facere. *Et celebrentur* ait, *hic a nobis oblationes, et sacrificia ob commemorationes eorum, quæ cito vobiscum Domino protegente, celebrabimus.* Scripserat e suo secessu in persecutione. Itaque memoria Martyrum, idque cum oblationibus, et sacrificiis jam etiam ea ætate obtinebat in Ecclesia. Epistola nona ad Clerum Carthaginensem, minatur Presbyteris, qui lapsos in persecutione ad communionem receperant nondum expleta pœnitentia, et contra suam prohibitionem, se usurum ea admonitione, quam ipse Dominus præceperit, seque prohibiturum illos offerre. Pœna hæc vocari solet suspensionis, dum ab exercitio sui muneris inhibetur Clericus.

In epistola 66. ad Presbyteros, et plebem Furnensem scribit se, et collegas Episcopos graviter esse commotos, dum audivissent, Geminium Victorem, de seculo excedentem, constituisse Geminium Faustinum curatorem sui testamenti adversum id, quod jam pridem in Episcoporum concilio statutum fuerit: siquidem Sacerdotes, et Clerici nonnisi altari, et sacrificiis deservire, atque precibus, et orationibus vacare debeant. Quoniam igitur, inquit, *Episcopi antecessores nostri religiose considerantes, et salubriter providentes censuerunt, ne quis frater excedens ad tutelam, vel curam Clericum nominaret, ac si quis hoc fecisset, non offerretur pro eo, nec sacrificium pro dormitione ejus celebraretur - - - ideo non est, quod pro dormitione ejus apud nos fiat oblatio, aut deprecatio aliqua nomine ejus in Ecclesia frequentetur.* Cur vero preces pro vita functis, et oblationes, si nullæ pœnæ purgatorii, quemadmodum sibi Confessio Au-

gustana, et Helvetica constituit, dum ad primævam puritatem, quemadmodum venditabant, apud se revocarunt Religionem? In hoc eaedem Confessiones Cypriano redarguuntur etiam *Epist* 52. *ad Antonianum:* in qua cum disparem sortem memorasset eorum, qui ex hac vita excedunt, deinde, *Aliud est*, inquit, *statim fidei, et virtutis accipere mercedem; aliud pro peccato longo dolore cruciatum emundari, et purgari diu igne.* Epistola 57. ad Cornelium Papam, postquam ei de confessionis gloria gratulatus esset, postea, *Memores*, ait, *nostri invicem simus, concordes, atque unamines: utrobique pro nobis semper oremus, pressuras, et augustias mutua charitate relevemus; et si quis isthinc nostrum prior Divinæ dignationis celeritate præcesserit, perseveret apud Dominum nostra dilectio; pro fratribus, et sororibus nostris apud misericordiam Patris non cesset oratio.* Qui ab Cornelio petiit, ut si prior ex hac vita excederet, ibi etiam apud Dominum non cessaret orare pro fratribus, et sororibus, idemque se pollicitus est facturum; is profecto credidit et Beatos, in cælo orare Deum pro viventibus, atque his illorum orationes prodesse. Hæc fides obtinet etiam nunc in Ecclesia Catholica. Confessio autem Augustana, et Helvetica hanc apud se rejecit, dum primævam, quemadmodum ajebant, puritatem Religionis sibi instauravissent. Hæc igitur ejusmodi erat purificatio, ut per eam dogmata fidei et instituta eliminata sint, quæ habuit Ecclesia jam a primordio.

Epistola S. Cypriani 59. est scripta ex concilio Episcoporum sex, et sexaginta ad Fidum Episcopum. Erat autem ei perscriptum, quid in eo statutum esset de Baptismo infantium: nempe, simul

mul atque ex utero materno prodiisset infans, hunc posse baptizari, cum quidam, et ipse etiam Fidus sensisset, infantes non esse baptizandos ante tertium vel secundum a partu diem, imo quidam putassent eorum Baptismum esse differendum usque ad octavum diem, quia etiam circumcisio legis Mosaicæ instituto fieri deberet octavo die. Ex ejusdem Cypriani epistola 63. ad Cæcilium Episcopum intelligitur fuisse quosdam, qui in Missæ sacrificio solum vinum adhibuerint nulla admixta aqua. S. Cyprianus docet, istud non esse consentaneum Christi instituto, monuitque Cæcilium, nam et iste idem factitabat, ne deinceps vinum solum sine aqua offerret.

Post has octoginta, et tres epistolas, quæ dictæ sunt, in quibusdam editionibus apponuntur adhuc aliæ tres sub nomine S. Cypriani. Habentur vero pro dubiis. Non pauca etiam alia opuscula gerunt nomen in fronte ejusdem Cypriani. Hæc autem omnia abjudicantur Cypriano a criticis.

S. Athanasius Episcopus Alexandrinus.

S. Athanasius circa finem seculi tertii natus est, incertum tamen accurate quo anno. Fuit patria Alexandrinus: quod ex Constantini Junioris epistola ad populum Alexandrinum intelligitur: in qua cum Athanasius illius opera rediret ab exilio, scripserat, se se illum voluisse patriæ, et propriis laribus habere restitutum. Adolescens liberalibus disciplinis excultus ab Alexandro Epi-

sco-

scopo Alexandrino literas etiam Divinas didicit. Cum Antonii anachoretæ magnum eo tempore et celebre nomen fuisset, ad hunc non tantum videndum ivit in eremum, verum etiam in ejus se disciplinam tradidit, gloriatus postea in libro, quem de Antonii vita composuit, aquam se illius manibus affudisse, dum has ablueret. Quamobrem Episcopi Aegypti in Epistola Synodica, quam pro defensione Athanasii scripserant (apud eumd. Athanas. in Apolog. cont. Arianos) Athanasium *Ex ascetis unum, ac verum Episcopum* vocarunt. Ex eremo autem ab Alexandro Episcopo revocatus, Diaconus ordinatus est, atque etiam ductus ad Concilium Nicænum. In hoc adversus Arium quamvis tantum adhuc Diaconus ita dimicavit, ut propterea omnium Arianorum odium inexpiabile incurrerit. Quæ, et quanta idcirco ab Arianis postea pertulerit, est enarratum suis locis in his Institutionibus meis. Quantus Athanasius fuerit, ostendit hoc, quod de eo prædicavit S. Gregorius Naz. in Orat. 21. de ejus laudibus: *Athanasium,* inquit, *laudans, virtutem laudabo.* - - - *Vita ipsius, morumque ratio Episcopatus norma erat, et dogmata ejus pro fidei Orthodoxæ lege habebantur.* Post Alexandrum factus Episcopus Alexandrinus vixit in Episcopatu ab a. 326. usque ad a. 373. quo mortuus est.

Athanasii Opera sunt hæc: *Oratio contra Gentes.* In hac primum probat, ea, quæ ethnici pro deo colerent non esse Deum, utpote vel muta, et inertia simulacra hominumque manibus efficta, vel sidera aliæque res creatæ: demonstrat Deum esse nonnisi unum. Gentiles vero deos tales concepisse, qui pleni libidine essent ea de causa, ut hujus licentiam ipsi quoque sibi sumere

con-

confidentius possent. Siquidem dii, quæ ipsi factitarent, ea neque reprehensuri essent in aliis, quin imitari deos, ducendum etiam homini in laude esset, utpote, qui ad eorum similitudinem imitando accederet. Proponit, et ostendit, qua ratione ipsi sua cogitatione ad Deum unum agnoscendum pervenire possint, et qui sanctus, sapiens, justus sit: videlicet expendendo, perfectiones, et virtutes, quæ homini sunt decoræ, eo magis debere has esse in Deo; dumque Deus super omnia sit, talem non futurnm, si non unus, sed plures essent potestate pares. Demum mittit Gentiles ad intuendum cælum, et terram et quæ in his tali ratione, quam mens nulla humana potest assequi, tamque perpetuo ordine, et tanta concinnitate fierent.

Oratio de Verbi Incarnatione. Tam hanc, quam superiorem Orationem S. Hieronymus *lib. de Viris Illustrib.* vocat librum contra Gentes: siquidem et hanc Orationem Athanasius composuerit gratia Gentilium, ut eos perduceret ad Christi cognitionem, et ad Christianam Religionem. Bifariam hæc divisa Oratio est. In priore agit de mundi creatione, atque Opiniones Gentilium de hujus origine refellit. In altera docet et lapsum primorum parentum in peccatum, et reparationem humani generis per Christum. Hæc Critici censent omnium prima esse elucubrata ab Athanasio, et antequam pugnam inivisset contra Arium, ejusque sectatores.

Apologia contra Arianos. Hac se defendit Athanasius adversus Arianos, eorumque calumnias, productis in sui defensionem decretis pro se factis ab Julio I. Papa in Romano Concilio et a Concilio Sardicen-

si,

si, nec non Constantii, et Constantini Augustorum, atque Episcoporum Aegypti literis, quibus ejus innocentiam testati sint. Exponit præterea Arianæ hæresis ortum, ejusque condemnationem, factam a Concilio Nicæno, et Arianorum multiplices technas. His autem demonstratis negat, suam causam debere ulterius subjici judicio. Post suum secundum ab exilio reditum, qui accidit a. 349. dum Ariani non desisterent eum impetere, et intendere novum ei rursus judicium, hanc composuit apologiam.

Apologia de Fuga. Dum quæreretur Athanasius ab Arianis ad necem, fugit, seque abdidit in solitudinem: qui illum idcirco traducebant velut desertorem Episcopalis officii. Quam calumniam ista repressit apologia.

Epistola ad Solitarios. Hi in solitudine degentes, quorumdam rogatu petierunt a S. Athanasio Catholici dogmatis demonstrationem adversus Arium. Hoc itaque hac epistola, seu potius libro, qualis reapse est, Athanasius præstitit. Sic autem de hoc professus est, *Non quasi perfectam de divinitate Verbi explicationem complectatur, sed ut quæ dumtaxat Christi hostium impietatem arguant, et quæ volentibus occasionem præbeant ad piam, sanctamque de Christo fidem assequendam.* Huic demonstrationi adjunxerat enarrationem adversitatum, quibus jactatus ab Arianis fuit, speciatimque quæ passus sit a Constantio Imp. Excidit vero ex hoc libro demonstratio Catholici dogmatis contra Arium, solaque remansit adversitatum enarratio. In hac positus est etiam lapsus Osii, et Liberii. Hos esse lapsos ad ineundam communionem cum Arianis, ad quam eos impellebat Constantius Imperator, Dissertationis X. meæ in Selecta argumenta Hist. Eccl. §. 2. et 3.

pro-

probavi esse nonnisi fictum ab Arianis. Si hoc, ut existimo, satis evidentibus demonstratum est argumentis, consequens est, interpolatam esse hoc in loco Athanasii hanc epistolam eorumdem Arianorum veteratoria, et usitatissima arte.

Orationes quatuor adversus Arianos. Hæ in pluribus codicibus tam editis, quam Mss. solent poni quinque. In hoc autem numero continetur etiam epistola S. Athanasii ad Episcopos Aegypti, et Libyæ, ceteris Orationibus anteposita, sub eodem Orationis nomine. Ad quem scopum Athanasius has Orationes direxerit, declarant hæc ejus verba in Oratione prima: *Ariana, quæ postrema hæresum est* (nempe usque ad illud tempus) *vafra, et callida, animadvertens antiquiores se sorores, alias hæreses, palam notatas, ipsa se se Scripturarum vocabulis, sui patris diaboli exemplo simulate induit, ut Christiana specie assumpta aliquos ad prave de Christo sentiendum possit falsis argumentationibus adducere, necessarium propterea duxi, thoracis nefandæ istius hæresis sinus explicare.* Quapropter dogmata Arii, nec non argumenta, quibus illa fulcire conabantur Ariani, in his Orationibus producit, atque etiam refellit. Amicorum suorum gratia has composuit, ut eos armis instrueret ad resistendum Arianis, si ab his impugnarentur. Quibus eam laudem tribuit Photius Cod. 140. ut contra universam Arianorum aciem sufficere dixerit, tropæumque vocaverit adversus omnes hæreses, imprimis Arianam. Negavit Athanasius Arianos debere haberi pro Christianis, siquidem Christum negent. Nam cum Christus sit Deus, et homo, hujus negata divinitate, consequens omnino est, ut neque Christum confessi

sint.

sint. Nomen Arianorum dicit esse nomen, quod ipsorum impietatem protestetur. Numquam enim in Ecclesia eos, qui Christiana Religione initiantur, ab iis per quos facti Christiani sunt, denominari, sed se vocare Christianos, utpote solum Christi Evangelium profitentes. Quia vero hæretici aliud suscipiant, quam quod Ecclesia tenet, acceptum a Christo idcirco alio etiam compellari nomine, a conditore suæ hæreseos sumpto: quæ proinde nota sit hæreseos.

Epistolæ quatuor ad Serapionem. Hic urbis, quæ Thmuis vocabatur, sitæ in Aegyptio, era Episcopus. Dum Athanasius in solitudine Aegypti latitasset propter insidias Arianorum, intellexisset vero aliquos esse qui confiterentur τὸ ὁμοούσιον Filii cum Patre, sed negarent divinitatem Spiritus sancti, Macedoniani hi erant, adversus horum errorem scripsit illas epistolas.

Tractatus de Synodis. De synodo videlicet Ariminensi, et Seleuciana. Exponit, et enarrat, quæ in his acta sint. Amicorum gratia etiam hunc Tractatum composuit ad cognoscenda illarum synodorum acta. In hoc proponit etiam Arianorum summam inconstantiam in aliis, atque aliis symbolis fidei conficiendis, ita ut usque ad illud tempus, quo habitæ illæ synodi sint, annus is erat 359. jam undecim sibi fecerint symbola sic, ut semper id, quod in prioribus sibi sumpserant profitendum, mutaverint, ipsaque etiam hæc symbola recenset. Insuper defendit τὸ ὁμοούσιον; quod Patres Nicæni rectissime adhibuerint ad dogma Catholicum exprimendum de Filii divinitate adversus Arianos.

Præ-

Præter hos sunt adhuc libri duo contra Apollinarem, unus de Vita S. Anionii anachoretæ, liber de Virginitate: nec non Epistolæ plures, videlicet ad Jovianum Imperatorem, in qua ei declarat, quid sit fidei Orthodoxæ ad petitionem ipsius Joviani; ad Epictetum Episcopum Corinthiorum ad quospiam illic exortos refutandos errores; ad Adelphium, qui Onupheos in Aegypto creditur fuisse Episcopus de Christo in carne, et cum carne adorando; ad Episcopos Africæ ad auctoritatem Nicæni concilii vindicandam contra Arianos, qui eam obterebant, ad Antiochenos de Symbolo Nicæno.

Cetera fere omnia, quæ nomen gerunt S. Athanasii, sunt vel indubitate supposititia, vel saltem dubia. Quin librum quoque de Virginitate S. Athanasio abjudicant Protestantes. Est enim hoc invisum ipsis argumentum. A multis etiam solet Synopsis Sacræ Scripturæ proferri sub nomine S. Athanasii. Critici velut certum habent non esse ipsius Athanasii, tametsi dent esse opus cujusdam veteris, et satis elegantis scriptoris. Per conjecturam censetur esse Athanasii Presbyteri Alexandrini, qui ad Concilium Chalcedonense venerat, et Dioscorum accusaverat, a quo multa inique erat perpessus.

Symbolum quoque, quod S. Athanasii appellatur, et a multis diu illius esse credebatur, jam nunc vix reperietur aliquis, qui Athanasio tribuendum putaret. Nihil enim de eo habent scriptores coævi, vel ad illud ævum propinqui etiam qui de rebus Athanasii scripserunt, ut Theodoretus, Socrates, et Sozomenus, vel ejus opera recensuerunt, ut S. Hieronymus. Neque etiam reperitur us-

piam inter Athanasii opera sive edita, sive Mss. Sed neque S. Cyrillus ejusdem Ecclesiæ Alexandrinæ Episcopus, vel Ephesina synodus et S. Cælestinus contra Nestorium, et Synodus Chalcedonensis contra Eutychianos hoc symbolo usa est, ex quo tam luculenta testimonia sumi potuissent contra omnes illos errores. Aeque adhibitum non est contra Photianos pro dogmate processionis Spiritus sancti a Patre, Filioque, quod tam diserte expressum in hoc symbolo est, nisi tantum a. 1233, Sub Gregorio IX. dum actum esset de reconciliandis Græcis cum Ecclesia Romana. Isne etiam post Nicænum aliud condere symbolum voluisset, qui ob symbola nova condita Arianos reprehendit in Tractatu de Synodis, et in epistola ad Antiochenos? Isne etiam τὸ ὁμοούσιον prætermisisset in symbolo suo, tantus vindex, et assertor illius contra Arianos? Quid aliud omni contentione virium agebant Ariani, nisi ut ὁμοούσιον supprimeretur? Arianisne in hoc velificare voluisset? Quis, quando hoc symbolum confecerit tam egregie concinnatum, tamque dilucide mysterium SS. Trinitatis, et Incarnationis exponens, in incerto est. E ceteris conjecturis ea videtur optima, qua Vigilio Episcopo Tapsensi in Africa hoc symbolum datur. Namque hic Wandalis in Africa dominantibus, et Catholicos persequentibus, erant enim religione Ariani, circa finem seculi quinti plura alia elucubravit, ediditque sub alieno nomine, imo etiam sub ipsius Athanasii nomine Dialogum suum contra Arianos, Sabellianos, et Photinianos. Fuerat ei propositum, Catholicos in Africa munire adversum Wandalos Arianos clara, atque distincta expositione mysteriorum SS. Trinitatis, et Incarnationis, idque sub Athanasii nomine cujus celeberrimum fuerit nomen propter

de-

ensionem Orthodoxæ Religionis, et fortasse Vius se quæsiverit occultare Wandalorum in se etum, atque sævitiam metuens.

Hilarius Episcopus Pictaviensis.

S. Hilarius Pictavii in Aquitania, Galliæ procia, nobilibus sed gentilibus natus est parentis circa a. 300. Adolescens liberalibus disciplinis aque etiam Philosophia, nec non eloquentia ita tructus fuit, ut eum S. Hieronymus in præf. *in* 2. *Commentarii sui in Epist. ad Galat.* Rhodam latinæ eloquentiæ appellaverit. Qua ratione agnitionem Christianæ Religionis adductus sit, e docuit lib. 1. de Trinitate. Cogitanti, et exirenti, quodnam vitæ genus habendum esset timum, et fortunatissimum, sibi occurrisse otium vitam vacuam negotiis adjuncta rerum copia, et ulentia. Attamen magis et hoc expendentem visse, hanc etiam beatam vitam non multum dire a voluptatibus quas appeterent, et quibus uderent etiam bestiæ. Ad sublimiorem itaque vendi rationem, et felicitatem festinasse animo. d in hoc quoque turbatum esse quod vitam hoinis vidisset multis obnoxiam malis, atque ipsi iam morti, et cogitasse, quomodo Deus vindi jucundissimum sensum cum tristissimo oriendi metu homini dare potuerit. Itaque ut l Dei notitiam perveniret, accensum in se delerium esse ingens. Dum autem inter deos entilium quæreret Deum, et considerasset deom propagationem per generationem, et sexus fferentiam, quam in his Gentiles ponerent, horum

rum se taedio affectum fuisse. Siquidem reputasset, Deum non posse esse nisi unum, utpote summum, et infinitum ens, atque æternum. Hæc autem dum mente volveret, et revolveret, incidisse in libros Moysis, et Prophetarum, in quibus admiratus sit hanc de Deo tam absolutam expressionem: *Ego sum, qui sum* Exod. 3. v. 14. atque illud: *Qui mensus est pugillo aquas, et cælos palmo ponderavit*, Isa. 40. v. 12. nec non istud: *Quo ibo a Spiritu tuo, et quo a facie tua fugiam* Psal. 138. v. 7. et ex his intellexisse, Deum esse infusum, atque circumfusum rebus omnibus, et supereminentem cuncta. Sed et illam sibi obortam cogitationem esse, pietatem, quæ Deo exhiberetur, non posse carere spe incorruptæ, et perpetuæ remunerationis. Ex cognitione vero Legis, et Prophetarum devenisse ad institutum Christianæ Religionis noscendum, et quo adjutus etiam sit per Evangelium S. Joannis, et vel maxime. Hinc sponte sua intelligitur, Hilarium, dum Christianus fieret, jam fuisse ætate virili: erat jam junctus etiam matrimonio, ex quo filiam susceperat nomine Aoram, quæ pariter facta Christiana, patre svadente, virgo permanserit.

Factus etiam Episcopus Pictaviensis, cum se Arianis opposuisset sub Constantio Imp. grassantibus ex Byterrensi conciliabulo opera Saturnini Arelatenis Episcopi Ariani a. 356. actus in exilium, in Phrygiam est. Interfuit deinde concilio Seleuciano a. 359. non sponte sed coactus, cum nihil boni ex eo sperasset propter Arianorum potentiam. Hinc profectus est Constantinopolim, ut Religionem apud Imperatorem tueretur contra Arianos volens cum his congredi palam, et co-

ram

ram ipso Imperatore. Quia vero Ariani inire disputationem cum eo subterfugiebant sibi ab eo timentes, svaserunt Imperatori, ut eum in Gallias redire juberet, ne perturbaret Orientem. Permensus orbem pæne terrarum, ut Sulpicius inquit in ejus Vita, sic rediit, ut ipsum teste S. Hieronymo lib. de Viris Illustrib.. *tanquam triumphantem de prælio hæreticorum Galliarum Ecclesia complexa sit.* Statim vero ut Episcopale munus resumpsit, quod etiam absens per Presbyteros administraverat, cum cognovisset, res quemadmodum actæ fuissent in Ariminensi concilio, *Tam per literas, quam frequentibus intra Gallias conciliis apud Ariminum gesta condemnavit, et in statum pristinum Ecclesiarum fidem reformavit,* ut iterum scriptum in ejus Vita est a Sulpicio. Ultimus ejus actus fuit adversus Auxentium Arianum Episcopum Mediolanensem, ut eum exturbaret Mediolano: de quo narratum jam est in Institutionibus hujus Historiæ circa finem Part. I. et post quem diu superstes non fuit, anno subsequente 366. mortuus. S. Augustinus *lib.* 1. *contra Julian. cap.* 3. elogium ei tribuit, *Ecclesiæ adversus hæreticos acerrimi defensioris:* atque is omnino ille fuit.

Opera illius sunt, *Libri duodecim de Trinitate.* Dum in exilio esset, hos composuit, unitatemque Dei in his ita defendit, ut una etiam asserat hunc unum Deum esse Patrem, Filium, et Spiritum sanctum, videlicet adversus Arianos qui solum Patrem agnoscerent, verùm esse Deum, non etiam Filium, et Spiritum sanctum, et Sabellianos, qui dicerent, Filium, et Spiritum sanctum nequidem distinctas esse a Patre personas. Utrique volentes unum Deum asserere, Ariani de-

denegarunt Filio, et Spiritui sancto divinitatem, Sabelliani videntes prædicari Deum in Scriptura non tantum Patrem, verum etiam Filium, et Spiritum sanctum; cum Patre eumdem esse Filium, et Spiritum sanctum dixerunt. Fontem erroris tam in his, quam omnibus aliis hæreticis S. Hilarius docuit esse, quod hi mentis superbia inflati, ejusque exilitatem non agnoscentes, mysteriorum divinorum immensitatem sui intellectus ambitu sibi sumerent concludere. Quamobrem Hilarius quoque nonnisi argumentis, e Scriptura sumptis, pugnare instituit adversus Arianos, aliosque hæreticos. Qua dexteritate, et vi hoc præstiterit, inde judicium fieri potest, quod S. Augustinus lib. 1. cont. Julian. cap. 3. *Non mediocris auctoritatis in tractatione Scripturarum, et assertione Fidei virum* prædicaverit.

Sunt deinde S. Hilarii libri duo ad Constantium Imp. et tertius in illum: postquam duobus prioribus, quibus eum rogaverat, et obtestabatur, ne fidem sineret per Arianos corrumpi, nihil profecisset. Tertium, qui invectivus est in Constantium, S. Hieronymus *libr. de Vir. Illustrib.* censuit scriptum esse ab Hilario jam post mortem Constantii. Nam scriptus est cum magna loquendi libertate, et intrepida exprobratione eorum, quæ agebat pro Arianis contra Orthodoxos. At vero sic in hoc egit, ut appareat vixisse, ad quem scripsit, sive ejus liber ad Constantium, pervenerit, sive non. Ejusdem Hilarii liber etiam est adversus Arianos, et Auxentium; alius rursum de Synodis adversus eosdem Arianos: quem misit ad Galliæ, et Britanniæ Episcopos; est ejus etiam Commentarius in Evangelium S. Matthæi, et in Psalmos. Supersunt etiam Fragmenta ex ejus libro

ro de Ariminensi, et Seleuciana Synodo. Nam ures adhuc recenset S. Hieronymus *loc. cit.* sed ii jam non supersunt.

Quamvis vero idem S. Hieronymus Epist. 7. Lætam de libris Hilarii scripserit, et ejusmo- prædicaverit esse, qui *Inoffenso decurrantur de*, et *In quibus pietas Fidei non vacillet;* ta- en Dallæus, Rivetus, aliique ex heterodoxis n defuerunt, qui Hilarium incusaverint, quasi cuisset, Christum in omnibus, quæ in corpore o pertulit, mansisse doloris expertem. Ex libro). de Trinitate istud adstruxerunt, ubi S. Hila- i verba hæc sunt: *Homo itaque Jesus Christus nigenitus Deus per carnem, et Verbum, ut minis filius, ita et Dei filius, hominem verum cundum similitudinem nostri hominis, non defi- ens a se Deo, sumpsit: in quem quamvis aut tus incideret, aut vulnus discinderet, aut nodi ncurrerent, aut suspensio elevaret, afferrent ec quidem impetum passionis, non tamen dolo- m passionis inferrent.* Loquitur vero Hilarius e Christo, ut Deo, cujus verba fuerunt, ut mo- vidimus: *Dei filius hominem verum secundum militudinem nostri hominis, non deficiens a se eo, sumpsit: in quem quamvis aut ictus inci- eret etc. dolorem passionis non inferrent.* Aria- i ex doloribus, quos Christus pertulit, argu- entabantur, non fuisse Deum, utpote qui dolo- s in Deum cadere non possint. Huc autem Hi- rius respondit, Christum, ut Deum, non sen- sse dolores: ac proinde quamvis passus sit, samque etiam mortem subierit, non eo minus isse verum Deum, quia passus et mortuus non cundum naturam suam divinam, sed humanam t. Quod vero in humana natura Christum vere

passum crediderit Hilarius, en ipsius verba in illud Psalmi 68. Salvum me fac Deus, quoniam intraverunt aquæ usque ad animam meam: *Non enim incidere in Deum infirmitatum nostrarum terror valebat, aut exercere se nisi in carne corporis nostri, tamquam subjacente materia, poterant passiones.* Et Enarratione in Psal. 53. *Quod autem et in crucem actum unigenitum Dei filium, et morte damnatum eum, qui nativitate, quæ sibi ex æterno Patre est, naturalis, et æternus sit, frequenter, imo semper prædicamus, non ex naturæ necessitate potius, quam ex sacramento humanæ salutis passioni fuisse subditus intelligendus est, et voluisse se magis passioni subjici, quam coactum.*

Sunt tamen quædam ab Hilario non usquequaque satis limate dicta. In Commentario enim *in Cap.* 4. *Matthæi* dicit, desinere conjugium per adulterium, et commentans in Caput subsequens ejusdem Matthæi, animam posuit esse corpoream, rursusque *in Caput* 20. Moysem nondum esse mortuum, et cum Elia futurum Christi præcursorem, venturi ad judicium. In Enarratione ad Psal. 118. docet in fine mundi omnium animas, ipsius etiam Deiparæ igne purgandas esse, ut prætercam his similia quædam adhuc alia. Possunt vero et ista reduci ad rectum sensum. Nam desinere conjugium per adulterium, potest intelligi de separatione sola quoad torum. Corporeum vero sumpsit pro eo, quod circumscriptum est loco. Nam alia ratione, et simpliciter *Enarrat. in Psal.* 129. hominem quoad interiorem partem, quæ anima sit, prædicat diserte incorporeum, tanquam ad imaginem Dei factum. Illud, quod dixit de omnibus hominibus in fine mundi igne

pur-

purgandis, intellexerat de iis solummodo, qui tunc fuerint nondum plene purgati. Nam hoc probat ex eo, quod gladius etiam animam Beatissimæ Virginis pertransierit. Hoc enim jam in morte Christi factum est. Eo autem exemplum de Deipara adhibuit, ut dum hujus innocentis spiritus transfixus est gladio, atque pati eam oportuit, tanto magis nobis, qui peccatores sumus, formidandum esse Dei judicium ostenderet. Ex quo vero etiam sequitur, neque sensisse Hilarium animam Beatissimæ Virginis in fine mundi igne purgatum iri. In Fragmentis Hilarii est, ipsum ter dixisse anathema Liberio Papæ ob initam communionem cum Arianis. Dissertatione X. mea in Selecta argumenta Hist. Eccl. §. 3. probavi, Liberium semper invictum adversus Arianos stetisse, et illum ejus lapsum initæ communionis cum ipsis, et subscriptionis eorumdem Arianorum fidei formulæ esse solummodo ab Arianis Liberio nequissime affictum; parique fraude, et nequitia esse etiam Hilario datam anathematis pronunciationem in Liberium interpolando ejus librum.

S. Cyrillus Episcopus Jerosolymitanus.

S. Cyrillus a Maximo Episcopo Jerosolymæ, qui Macario in Episcopatu successerat, fuit ordinatus Presbyter, et Catechetæ munus publice in Ecclesia gessit, quibus Catechesibus, etiam scripto editis locum inter Patres Ecclesiæ sibi emeruit. Factus atuem Presbyter est anno septvagesimo post exortam sectam Manetis, ut ipse Cyrillus docet Catechesi sua sexta, adeoque a. 347.

Post Maximum ex Episcopatu deturbatum ab Acacio Cæsareensi in Palæstina Episcopo, eo, quod pro Nicæna fide fortiter, et invicte stetisset, et a. 351. mortuum ipse in ejus locum evectus ad Episcopatum est. Patres Concilii generalis Constantinopolitani I. a. 381. in epistola ad Damasum Papam (apud Theodoret. l. 5. Hist. c. 9.) hoc ei elogium dederunt: *Qui et canonice ab Episcopis provinciæ olim fuit ordinatus, et plurima variis in locis contra Arianos certamina subiit.*

At vero S. Hieronymus *in Chron.* Rufinus *lib.* 1. *Hist. cap.* 25. notam ei aspergunt consensionis cum Semiarianis: idque Cyrillo fuisse objectum etiam S. Epiphanius perhibet *Hær.* 66. hoc autem de Cyrillo creditum est inde, quod ab Acacio, qui metropolita erat totius Palæstinæ, et ad quem jus etiam consecrandi Episcopos pertinebat, ordinatus sit Episcopus, qui vero Semiarianorum signifer, atque dux erat. Acacius enim sicut Maximum ejecit ex Episcopatu Jerosolymitano, quod fuerit orthodoxus, et fidei Nicænæ assertor, ita certe Episcopum in ejus locum ordinaturus non erat, Maximo in professione fidei similem. Attamen Cyrillus fuit orthodoxus, Nicænæque fidei addictus etiam eo tempore quo Episcopus ordinabatur: qui in epistola ad Constantium Imp. qua ei significavit Crucis speciem, visam in aere supra Jerosolymam, de qua fuit supra Part. I. Institut. disertissime professus est, venerari τὴν ἁγίαν, καὶ ὁμοούσιον τριάδα, *Sanctam, et ejusdem substantiæ Trinitatem.* Idem in Catechesibus suis, quas in Presbyteratu adhuc suo, et ante Episcopatum composuit non tantum nihil non rectæ fidei habet, sed etiam Catechesi 11. et 15. sic invectus in Arianismum est, ut aperte dixerit esse ἀποστασίαν a fide, et præcur

cursorem Antichristi. Adhuc durabat et tempore simulatio Arianorum, et necdum omnibus apparebat, qui nam hi intus essent. Hoc enim etiam est, quod Patres Concilii Constantinopolitani Damaso scripserint, Cyrillum canonice olim ab Episcopis provinciæ ordinatum esse: quibus proinde etiam Cyrillus se bona fide committere potuerit ordinandum: et quem Acacius cum sibi adhærentibus Episcopis ordinaverit, spe concepta de eo, postquam Episcopatum ei contulisset, facile in suas partes traducendo. Quæ vero spes illos fefellit: quamobrem illa etiam plurima variis in locis contra Arianos certamina subire debuit, quemadmodum de eo Patres Concilii Constantinopolitani in epistola ad Damasum testati sunt.

Itaque neque diu potuit Cyrillus tranquille gerere Episcopatum, eumdem Acacium sibi expertus infestum usque eo, ut celebrato concilio etiam ex Episcopatu ab eo deturbatus sit, eo prætextu, quod Ecclesiæ thesauros dissipasset, et vestem pretiosam vendidisset, quæ a Constantino M. donata erat Macario, eo tempore Jerosolymitano Episcopo ad ministerium sacrum. In crimen vertit, quod pium, et laudandum potius erat. Nam et pecuniis pauperibus in magna annonæ caritate succurrerat, et ad eos sustentandos quædam etiam ex suppellectili Ecclesiæ vendiderat. Sozomenus *lib.* 4. *Hist. cap.* 25. perhibet, Acacium adversus Cyrillum etiam obtendisse, quod juri ejus metropolitico, et potestati reniteretur. Nec in hoc adhuc peccatum fuit aliquod, si se Acacio opposuit, fidem orthodoxam subvertenti. Deinde, quamvis jus metropoliticum fuerit penes Episcopum Cæsareensem: attamen etiam Sedes Jerosolymitana Episcopalis evecta erat per Concilium Ni-

cæ-

cænum ad proximum post Sedem Alexandrinam et Antiochenam dignitatis gradum. Postea tamen Episcopi Jerosolymitani sibi jus etiam metropoliticum asseruerunt, et Episcopos sibi conciliarunt, supra quos jus illud exercerent. Episcopatum, ex quo nunc dejectus erat per Acacium Cyrillus postea recuperavit in concilio Seleuciano, ipso etiam condemnato Acacio. Rursus autem exturbatus ex eo est per eumdem Acacium in conciliabulo Constantinopolitano a. 360: sed denuo rediit, dum post obitum Constantii Imp. Julianus apostata Episcopis omnibus pulsis sedibus suis facultatem redeundi concessisset. Nec tamen etiam nunc stabilis ejus Episcopatus fuit, iterum ex eo ejectus a Valente Imp. Etiam vero modo rediit, postquam Valens interiit, et octo adhuc annos inconcussum Episcopatum, ut ait S. Hieronymus *lib. de Scriptorib. Ecclesiast.* tenuit sub Theodosio M. a. 386. vita functus.

Catecheses Cyrilli sunt decem et octo, habitæ ad Competentes, et quinque Mystagogicæ. Competentes ii dicebantur, qui petebant Baptismum, nondumque erant baptizati. In prioribus Catechesibus fit Symboli expositio, et institutio in iis, quæ sunt credenda. In alteris, utpote habitis jam ad neophytos, et per Baptismum Religioni insertos, expositio fit doctrinæ de Sacramento Baptismi, Confirmationis, et Eucharistiæ: quapropter etiam Mystagogicæ dictæ sunt, utpote, per quas neophyti jam ad ipsa mysteria etiam ducerentur noscenda. Hæ Cyrilli Catecheses magnum lumen præbent ad primævæ Ecclesiæ instituta videnda; et quid professa sit. Quædam ex his seligam, e quibus adverti rursus possit, nobis ne in Ecclesia Catholica sint eadem instituta, et dogma-

gmata, quæ fuerunt in primæva Ecclesia; et an primæva puritas iis sit, qui ab Ecclesia Catholica recesserunt, defectionem illius a primæva puritate prætexentes.

Catechesi 4. *Ab Ecclesia*, inquit, *discere debemus, quinam sint Veteris testamenti libri, et quinam novi - - - Illa sola amplectenda est, et servanda fides, quæ ab Ecclesia traditur.* Catechesi 18. *Una est divinitas in Patre, et Filio, et Spiritu sancto: nec aliam gloriam habet Pater, atque aliam Filius, sed unam, eamdemque cum Spiritu sancto.* Catechesi 16. *Ungvento visibili inungitur corpus; sancto et vivifico Spiritu anima sanctificatur.* Catechesi mystagogica 4. *Aquam in vinum, quod sangvini affine est, in Cana Galilææ transmutavit* (Christus) *et eum parum dignum existimabimus, cui credamus, cum vinum in sangvinem transmutavit? Isthæc igitur edoctus, et certissima imbutus fide, quod qui videtur panis non est, sed corpus Christi; et quod videtur vinum, vinum non est, sed sangvis Christi, confirma cor tuum.* Catechesi 4. docet, *Rationem Divini cultus ex his duobus constare, piis dogmatibus, et actionibus bonis, neque doctrinam sine operibus bonis acceptam Deo, nec opera recipere Deum a religiosis dogmatibus sejuncta,* Catechesi eadem. *Jejunamus vino, et carnibus abstinentes, non ea, quasi piacula abhorrentes, sed exspectatione mercedis.* Catechesi 13. *Ne nos teneat verecundia, quominus Crucifixum confiteamur. In fronte confidenter, idque ad omnia digitis Crux pro signaculo efficiatur, dum panes edimus, et sorbemus pocula, in ingressibus, et egressibus, ante somnum, in dormiendo, et surgendo, eundo, et quiescendo. Signum fidelium, et dæ-*

dæmonum formido: quando siquidem viderint Crucem, Crucifixi eis in mentem venit, metuunt eum, qui contrivit capita draconis. Catech. 18. de Sanctorum Reliquiis *Inest his*, inquit, *vis quædam, et potestas corpori Sanctorum propter animam justam, quæ tot annos in eo habitaverit, ejusque usa sit ministerio.* Denique ut reliqua prætereeam, quæ longum esset proferre, de Ecclesia Catechesi 18. sic habet: *Idcirco nunc cautissime tibi tradidit fides, ut eorum* (hæreticorum) *abominanda collegia fugiens, adhæreas semper sanctæ Catholicæ Ecclesiæ, in qua et renatus es. Et si quando peregrinatus fueris, in civitatibus ne simpliciter requiras, ubi sit Ecclesia, sed ubi sit Catholica Ecclesia. Hoc enim nomen proprium est hujus sanctæ, et matris omnium nostrum.*

Rivetus, Albertinus, et nonnulli alii e Protestantibus, Cyrillo has Catecheses abjudicarunt, vel saltem corruptas, et interpolatas esse voluerunt, ut sic testimonii, a Cyrillo dati de Fide et institutis primævæ Ecclesiæ, vim infringerent. Basnagius *Tomo III. Annal. pag.* 115. cum eorum argumenta protulisset, subjecit: *Quæ omnia, pace eruditorum nonnullorum, Cyrillo non adscribere non possumus.* Etiam Caveus *in Seculo Ariano pag.* 212. cum Riveti argumenta expendisset, *Mitto*, ait, *ceteras Riveti exceptiones, vix cassa nuce dignas.* De his enim testimonium dicit S. Hieronymus *lib. de Scriptorib. Eccl.* Theodoretus *Dial.* 2. S. Joannes Damasc. *Orat.* 3. *de Imagin.* Præter Catecheses habet adhuc Cyrillus epistolam ad Constantium Imp. scriptam de Cruce, quæ lucis radiis efformata apparuerat supra Jerosolymam, et Homiliam in Paralyticum juxta piscinam jacentem,

tem, quam ab aliis in dubium vocatam, sitne ipsius Cyrilli, Anton. Augustinus Touttée Benedictinus Congreg. S. Mauri in editione Operum S. Cyrilli Parisiensi a. 1720. defendit esse genuinam.

S. Basilius Magnus.

S. Basilius cognomento Magnus a. 329. natus in Cappadocia est patre Basilio, matre Emmelia, claris tam genere, quam divitiis, confessione autem Fidei etiam multo illustriores: siquidem ob eam sub Maximino extorres facti Ponticas solitudines incoluerint, ibique vitam finiverint. Ad diem 30. Maji recolitur eorum memoria etiam in Martyrologio, ubi tamen Galerius Maximianus positus pro Maximino est. Nam hoc cernitur ex Oratione 2. S. Gregorii Naz. Domi paternæ primum institutus in Religione, et literis, mox Cæsaream, deinde Constantinopolim, et Athenas profectus est ad philosophiam, et eloquentiam discendam. Athenis socium in studiis nactus S. Gregorium Naz. cum eo amicitiam iniit, quæ inter eos deinde duravit perpetua. In Patriam reversus Rhetoricam Cæsareæ docuit. Sed non diu, ut se studio Sacrarum literarum, hortante etiam sorore Macrina, totum dederet. Macrina cum desponsata esset juveni æque nobili, mortuus vero esset nondum celebratis nuptiis, postea nubere noluit, quamvis petita esset a multis, verum se totam etiam pietatis officiis, et lectioni Scripturarum sanctarum tradidit.

Basilius peregrinationem instituit per Syriam, Mesopotamiam, Palæstinam, et Aegyptum, ut viros in monasteriis vitæ sanctimonia claros, at-

que

atque Sacrarum literarum studiis excultos conveniret. Postquam rediit, solitudinem et ipse petiit, eumque secutus etiam Gregorius Naz. est: perque annos tredecim una vixerunt in solitudine solis Divinæ Scripturæ voluminibus, quemadmodum perhibet Rufinus lib. 2. Hist. cap. 9. operam navantes. Quæ vivendi ratio fuerit Basilio, ex Gregorii Naz. Orat. 20. cognoscitur. *Erat ei,* inquit, *tunica una, et pallium unum, et stratus humi lectulus, et svavissima cœna, et obsonium panis, et sal, et potio sobria, quam nobis nihil laborantibus fontes profundunt.* Erat jam lector, et Diaconus a Dianeo Episcopo Cæsareensi factus, cujus in Episcopatu successor Eusebius, ex eremo revocatum etiam Presbyterum ordinaverat. Tunc locum, ait Gregorius Nissen. de Basilio in Oratione de ejus laudibus non vitæ institutum mutavit, quod ad obitum usque retinuit. In Presbyteri munere docendo, et pauperum curam gerendo cum sibi omnium studia demeruisset, in invidiam incidit sui Episcopi. Quamobrem relicta urbe se denuo in solitudinem recepit. Gregorius Naz. suis literis permovit Eusebium, ut simultate deposita Basilium revocaverit, suoque illum affectu pristino complexus sit. Eusebio autem, vita perfuncto, etiam in Episcopatu successit. In Episcopatu quam se invicte gesserit, dum Valens Imp. Orthodoxos Episcopos ejiceret e Sedibus in Oriente, enarratum jam est in Institutionibus Historiæ Part. I. §. 75. Annos in Episcopatu vixit novem. Anno 379. mortuus est. Ad eum morti vicinum accurrit urbs tota, funus quoque ipsi pari celebritate factum est; contendentibus omnibus vestem illius attingere, vel saltem propius ad feretrum accedere: eumdem studebant exprimere in incessu, in modo loquendi, in oris compositione,

, et corporis habitu: sed quod in Basilio, ia nativum, habebat gratiam, in aliis propter ectationem evaserat odiosum. Laudes ejus celeavit oratione Gregorius Nazianzenus, et Nisses frater Basilii, nec non Ephrem Edessenus.

De S. Basilii Operibus sic est scriptum a S. eronymo lib. de Scriptorib. Eccl. *Egregios con- z Eunomium elaboravit libros, et de Spiritu ncto volumen, et in Hexæmeron homilias nom, et Asceticorum breves, variosque tractas.* Quis Eunomius fuerit, est declaratum sua Institut. Part. I. §. 69. videlicet illorum Ariarum dux, et signifer, qui Arianis aliis profitentis, Dei Filium Christum esse Patri similem, ne c quidem concedere voluerunt, sed dissimilem kerunt. Hunc igitur librum, quem Eunomius b nomine Apologiæ ediderat, Basilius refutavit rtim testimoniis Scripturæ sacræ, partim argus, quibus vel maxime nitebatur Eunomius, dislvendo, vel etiam in illum retorquendo. Basilii ntra Eunomium libri sunt quinque: sed tres iores solummodo certi, de ceteris autem conversia est ob stili aliquam diversitatem, et quod antiquis Mss. non exstent, neque veteres scriores iis suffrágentur.

Librum de Spiritu sancto composuit S. Basis ad petitionem Amphilochii Episcopi Iconii in caonia. Solebat in Ecclesia Basilius precans cum pulo in ea formula precandi, quæ doxologia catur, dicere jam Gloria Deo Patri cum Filio, Spiritu Sancto, jam per Filium in Spiritu san. Istud carpebant quidam dicentes, ipsum rbis uti non tantum peregrinis, verum etiam um pugnantibus. Itaque ab Amphilochio fuit

ro-

rogatus, ut cur ita faceret, se explicaret, et quo pacto utrumque illud inter precandum adhiberet absque eorum pugna inter se. Hoc igitur præstitit hoc libro, et insuper divinitatem Spiritus sancti demonstravit, dum is a non paucis putaretur, eam non credere ac velut heterodoxus per ora hominum traduceretur, ipsique etiam monachi solitudines Cæsareæ vicinas incolentes adversus ipsum tumultuarentur. Hanc de eo suspicionem conceperant, quod ad populum dicens in festo S. Eupsychii Mart. cum Patrem, et Filium clare, et distincte prædicasset esse Deum, non idem fecerit de Spiritu sancto. Quod ad doxologiam attinet, declaravit, illa quamvis verbis diversa, esse tamen re eadem. Nam dum Deus pater laudatur per Filium, et cum Filio in Spiritu sancto, ipsum laudari in ejus dono: et ne dici posset, donum, quod datur, esse distinctum ab eo qui dat, declaravit, per hoc donum indelligendum esse donum vitæ, et donum potentiæ, hoc est, illum ipsum, qui vitam nobis infundit sua potentia propria, et proinde Deus sit. Ipse tamen etiam addidit, illam formulam, Deo Patri cum Filio, et Spiritu sancto, potius usurpandam esse. Quod spectat ad Spiritus sancti divinitatem, quam putabant plures non credi a Basilio, monachos, qui populum suo exemplo facile induxissent ad seditionem adversus Episcopum, S. Gregorius Naz. quemadmodum ipse testatur in epistola ad Palladium, monuit, ut Episcopo suo velut patri obsequerentur, nec repugnarent iis, quæ is probasset. Nam illum esse Ecclesiæ gloriam. Cur vero omiserit claris verbis, quemadmodum fecerat de Patre, et Filio, prædicare divinitatem Spiritus sancti, *Ille namque*, ait idem Gregorius, *ut existimo infirmis infirmus efficitur, ut infirmos lu-*

cre-

retur. Dilecti vero nostri conspicientes, eius ad veritatem scopum, referant Domino gloriam, qui Cappadociae Episcopum dedit hujusmodi, qualem sane nulla non regio sibi peroptat. In hoc vero libro cap. 16. Spiritus sancti divinitatem probat ex eo, quod Spiritus sanctus eodem modo in Baptismo pronuncietur cum Domino, quomodo et Filius pronunciatur cum Patre. *Nomen enim*, ait, *Patris, Filii, et Spiritus sancti similiter editum est. Itaque quemadmodum se habet Filius ad Patrem, ita ad Filium se habet Spiritus sanctus secundum traditum in Baptismo verborum ordinem.* Imo *Cap.* 18. professus est Spiritum sanctum ab ipsa etiam Scriptura appellari Deum, et ex Deo esse: *Non sicut ex Deo sunt omnia, sed tanquam ex Deo procedens, non per generationem, quemadmodum Filius, sed tanquam Spiritus oris ejus.* Cum tamen non desiissent esse, qui pergerent Basilio obtrectare, atque hoc ei etiam a Gregorio Naz. significatum per literas esset, horum de se sermonibus nec jam putavit quidquam opponendum esse. *Nam si necdum*, ait Epist. 71. *fratribus meae de Deo sententiae experimentum dedi, ne nunc quidem habeo, quid respondeam.* Nam quid clarius isto esse potuit, quod in eodem libro de Spiritu sancto cap. 27. docet: *Confiteri oportet Deum Patrem, Deum Filium, Deum Spiritum sanctum, ut eloquia divina docent, et divini interpretes tradidere. Nec tamen tres Deos dicere fas est, sed una in tribus personis dicitur natura. Nec satis est personarum Patris, et Filii, et Spiritus sancti numerare differentias, sed unamquamque personam in vera hypostasi existere fatendum est.*

Ho-

Homiliae novem in Hexæmeron, id est, in sex dies: dies vero intelliguntur, quibus mundus creatus a Deo est. Itaque his homiliis initium Geneseos de creatione mundi interpretatus est. Ex homilia octava intelligitur, in Quadragesima istas dixisse ad populum, et jejunii diebus tam mane, quam vesperi sermones habuisse in Ecclesia. Cur in interpretatione Geneseos non ultra iverit, non liquet. Fortasse tantum sumpserit, hoc argumentum de Creatione tractare. In solo literali sensu se in his homiliis fixit, improbans eos, qui hoc prætermisso improprium, et allegoricum sensum in Scripturæ interpretatione consectarentur. *Ego vero*, sunt ejus verba, *cum fœnum audio*, *fœnum intelligo; et plantam*, *et piscem*, *et bestiam*, *et pecus: omnia*, *uti dicta sunt*, *sic accipio.* Præter istas vero multas alias habet homilias, quarum septemdecim sunt in Psalmos, ceteræ varii argumenti, in quibus vel rursum aliquid exponit ex Scriptura, vel explanat dogma Fidei, vel morale aliquod argumentum tractat de virtute quapiam, aut vitio, ut de jejunio, de avaritia, in ebriosos. Idem Basilius Commentarium habet in Capita 16. Isaiæ anteriora, de Baptismo libros duos, de Virginitate unum, Epistolas autem quadringentas, et amplius. Inter has tres sunt, quæ appellantur Canonicæ ad Amphilochium, illum eumdem, cujus jam facta mentio est, datæ. In his Canones continentur, quibus determinatur, qualis pœnitentia juxta disciplinam Ecclesiæ sit imponenda pœnitentibus propter crimen, quod commiserunt. In harum prima epistola est, hæreticos omnes, quoad rebaptizationem uni calculo subjiciendos esse, idque quod etiam Cypriano, et Firmiliano visum sit. In Dissertatione V. mea, quæ tractat de hac rebaptizatione, argumenta ejusmodi protuli, quæ evin-

evincant, nihil horum fuisse quæ dicuntur de Cypriano, et Firmiliano, sed neque in Basilium cadere, ut is hanc rebaptizationem probaverit, quæ contraria fuerit statutis Concilii Nicæni, quorum observatissimus, ex aliis etiam factis noscitur fuisse. Ex quo vero sequitur, has ad Amphilochium epistolas non esse Basilii, quarum ante Trullanum Concilium apud Scriptores Ecclesiasticos nulla mentio fit, aut si tamen essent, interpolatas, et vitiatas esse.

Tractatus Ascetici continent Regulas fusius disputatas 55., et breviores 313. nec non Constitutiones monasticas. Hæc Basilius elucubravit, dum in eremo fuisset. Nec tantum pro monachis has composuit, verum has direxit ad instruendos omnes etiam alios, pie vitam volentes instituere. In his componendis partem etiam habuit S. Gregorius Naz. quemadmodum ipse testatur Orat. 20. In homilia de fide, et lib. 1. contra Eunonium S. Basilius, *Attamen*, ait, *quoniam a Patre origo est Filii, hoc major est Pater, quod causa sit, et principium.* Ipse Christus quoque de se dixit: *Pater major me est.* Joan. 14. v. 28. Verum non quoad divinitatem, nec eo, quod Pater sit principium Filii, et Filius processerit ex Patre per generationem: Quod si esset, Pater non sibi æqualem genuisset Filium. Quamobrem ipse etiam Basilius istius: *Pater major me est*, aliam instituit deinde declarationem ad intelligendum, quid sit, in quo filius minor sit Patre, sit locutus: *Nihil mirum, si Filius majorem seipso Patrem confessus est, qui Verbum est, et caro factus est, cum et Angelis visus sit secundum gloriam minor, et hominibus secundum speciem.* Est igitur hoc idem, quod etiam in Symbolo Athanasio profitemur de

Chri-

Christo: *Aequalis Patri secundum divinitatem, minor Patre secundum humanitatem.*

Ex eodem S. Basilio tantum pauca adhuc proferam. Illud de Verbo, quod Caro factum est: *Omnia per ipsum facta sunt, et sine ipso factum est nihil, quod factum est.* Joan. 1. cum Ariani sic sumpsissent, ut per Verbum omnia quidem facta sint, sed postquam ipsum etiam Verbum factum a Deo esset, atque adeo Verbum esse rem etiam creatam, atque nonnisi sola excellentia differentem a ceteris rebus creatis; Eunomius, adversus divinitatem Spiritus sancti jam apertius insurgens, quam initio fecerint Ariani, contra hanc attulisset in argumentum, quod in Scriptura Spiritus sanctus prædicetur originem sumpsisse a Filio, qui proinde et ipse res creata sit, ut cetera, quæ facta per Filium sunt, S. Basilius *lib.* 2. *cont. Eunonium*, istud negavit, quod hac ratione, aliud Filii, aliud Spiritus sancti foret principium, nec jam unum, atque hanc vocavit blasphemiam, qua gravior audita numquam sit. Nam Filii, et Spiritus sancti unum esse principium, siquidem Filius de Patre dicat: *Omnia mea tua sunt, et omnia tua mea* Joan. 17. v. 10. et Spiritus sanctus in Scripturis dicatur Spiritus Patris, et Filii *Matth.* 10. *v.* 20. *Gal.* 4. *v.* 6. Eunomius ex eo, quod Spiritus sanctus a Filio ducat originem, conclusionem fecerat, esse nonnisi rem creatam. Basilius concesserat, Spiritum sanctum a Filio ducere originem, sed negabat Filium a Patre esse distinctum Spiritus sancti principium, siquidem omnia quæ habeat Pater, sint Filii, et quæ Filii, eadem etiam sint Patris, et qui proinde Spiritus sanctus non a solo Filio, verum a Patre etiam procedat, qui Pater, et Filius,

num sint Spiritus sancti principium, conclusionem hoc pacto evertens, qua Eunomius adstruxerat, Spiritum sanctum rem esse creatam, cujus principium, et fons sit Filius, et qui ab hoc profluat, et procedat. Dum vero Basilius ad tuendam Spiritus sancti divinitatem sic pugnavit, una dogma etiam exhibuit processionis Spiritus sancti a Patre, et Filio. Idem hoc etiam docuit lib. 3. contra Eumdem Eunomium, cujus hæc verba sunt: *Dignitate quidem* (Spiritum sanctum) *secundum esse a Filio*, *ut qui esse ab illo habeat*, *et ab ipso accipiat*, *et annunciet nobis*, *et omnino ex illa causa pendeat*, *tradit pietatis sermo.* Quo testimonio Græcos in Concilio Florentino vehementer presserat Joannes de Monte nigro, ejus etiam authentia vindicata, cum ista ratione in dubium vocando ejus authentiam, iidem Græci effugium quæsivissent. Dignitatis nomine appellata est a Basilio sola differentia inter personas Divinas quoad processionem: et altera est, a qua processio it, altera, quæ procedit. Sic enim ipse Basilius hoc eodem libro: *Quemadmodum enim*, ait, *Filius ordine quidem a Patre secundus est*, *quoniam ab illo est: dignitate vero*, *quoniam origo ejus est*, *et causa*, *ea re*, *quod ipsius est Pater*, *non autem natura secundus*, *quoniam Deitas in utroque una est: ita profecto et Spiritus sanctus*, *etsi tum ordine*, *tum dignitate secundus a Filio est*, *tamen non concedemus sequi*, *ut sit alienæ naturæ.*

Ejus Basilii *lib. de Spiritu sancto* pro Traditione etiam est, et valde luculentum testimonium: *Ex asservatis*, ait, *in Ecclesia dogmatibus alia*

quidem habemus e doctrina scripto prodita, alia vero recepimus ex traditione Apostolorum: quorum utraque vim eamdem habent ad pietatem, nec iis quisquam contradicet. Item de Pœnitentia in Regulis cap. 2. etss. *Non satis est*, inquit, *pœnitentibus, si tantummodo a peccatis resurrexerint, sed eis opus est, ut fructus dignos pœnitentiæ faciant, peccata sua amare deflendo, ut fecit S. Petrus, et opera justitiæ contraria: et quoniam in corpore peccavimus, cum nostra membra serva peccato ad iniquitatem præbuimus, corpore etiam confiteamur, eodem utentes instrumento ad peccatum dissolvendum. Conviciatus es? benedicas. Eripuisti aliena? reddito. Inebriatus es? jejuna. - - - Pro delicti ratione pœnitentia sumenda. Magnum est peccatum, et grave? multa opus est confessione, lacrymis amaris, intentis vigiliis, jugi jejunio. — Peccata* (in iisdem Regulis Brevioribus) *iis confiteri necesse est, quibus mysteriorum Dei concredita dispensatio est. Servanda est ratio eadem in peccatorum confessione, quæ in detegendis morbis adhibetur, id est, iis, qui horum curandorum periti sunt. — Vult tui misereri Judex* (in Psal. 32.) *si modo post peccatum repererit te humilem, contritum, et ea, quæ clam facta sunt, evulgantem citra pudorem. — Tempus*, ait Epist. 22. *non protrahendum ad sui emendationem, eo, quod non constet, de crastina die: quippe cum multi post multa consilia crastinum non adepti sunt.*

S. Gre-

S. Gregorius Nazianzenus.

S. Gregorius Naz. Arianzi in Cappadocia, quod aviticum erat prædium lucem adspexit Patre Gregorio, matre Nonna: quæ filium, quo carebat, habere desiderans quemamodum Anna Samuelem, voto facto se hunc, Dei ministerio dicaturam, Gregorium suscepit. Eadem etiam marito magistra orthodoxæ fidei, et pietatis exstitit, et e secta Hypsistariorum abstraxit. Secta hæc constabat partim e Gentilismo, partim ex Judaismo: quæ cum profiteretur, solum Numen supremum se colere unde a Græco ὕψιστος, *Summus*, ei etiam nomen Hypsistariorum datum est, tamen ignem, et lucernas pro Deo venerabatur, more Gentilium, cum Judæis vero sabbatum, et ciborum abstinentiam observabat. Dum Episcopi ad Nicænum concilium pergerent, quod a. 325. celebratum est, docet Gregorius Oratione, qua ei parentavit, patrem baptizatum esse. Idem memorat, effulsisse tunc supra hunc lucem prodigiosam, quam plures viderint, et qua conspecta Episcopus Nazianzenus, qui eum baptizaverat, prædixerit eumdem in Episcopatu sibi successurum. Id quod etiam factum sit, verum *Non ea facilitate ac confusione, quæ nunc viget*, inquit Gregorius, eadem Oratione, *verum interjecto temporis spatio, quo nimirum ad sui purgationem, aliorumque purgandorum peritiam, et facultatem adjungeret, quemadmodum videlicet, Spiritualis Ordinis lex poscit.*

Sed ad Gregorium filium redeamus. Is adolescens primum Cæsaream Palæstinæ, deinde Alexandriam, demum Athenas studiorum causa se contulit, quæ tum urbes, sicut et Constantinopo-

 lis,

lis, scientiarum cultura in Oriente florebant maxime: attamen ut Athenæ primatum istius gloriæ sibi arrogarent, tali etiam insolentia, et fastu, ut aliunde venientem scholastici Athenienses non prius ad suum contubernium admitterent, quam initiatum ejusmodi ritu, quo probrum omnis inscientiæ, sibi ingestum æquo animo sustinuisset, atque hac ratione professus esset, se quantumcùnque alibi scientiis operam dedisset, tamen se nihil adhuc scire. Dum Gregorius jam Athenis esset, eodem venerat etiam Basilius, Cæsareensis postea Episcopus, et inter quos amicitia tunc inita mansit indivulsa, et perpetua. Quis vitæ tenor amborum Athenis fuerit, Gregorius Oratione de laudibus Basilii, *Duæ nobis*, ait, *viæ notæ erant; altera primaria, et præstantior, quæ videlicet ad sacras domos nostras* (ad Ecclesias) *ferebat, et ad sacros Doctores; altera secundaria, nec ejusdem honoris, nimirum, quæ ad externæ doctrinæ professores ducebat.* Athenis prior discessit Basilius: Gregorium vi detinuerunt ejus æquales ad docendam eloquentiam: qui vero nihilominus non multo post clam se subduxit, et munus docendi reliquit.

Nazianzum ad parentes reversus trigesimo anno ætatis baptizatus est: et paulo post ad vitæ genus eremiticum colendum, quod sibi constituerat communi cum Basilio proposito, secutus eumdem Basilium ad Ponti solitudinem est. Quæ hic vitæ ejus ratio fuerit, ipse oratione de Silentio, et Jejunio declarat: *Et ego quidem,* aït, *divinis oraculis evolvendis mentis puritatem collegi, ex Sacris nimirum literis Spiritum exprimens: quarum lectio hoc mihi præstitit, ut amaram profanorum librorum, qui antea fucata, et nonnisi*

fictis

:tis coloribus inducta pulchritudine animum meum ımulcebant, salsuginem exspuerem. Ad hæc ırnem meam ætatis flore lascivientem, et æstuıtem multis, et crebris laboribus attrivi: venis satietatem, et adhærentem ei rabiem sustu-, oculos temperantiæ adjumento palpebris infixi, am abrupi, membra devinxi, risum deploravi. mnia Christo cesserunt, priora omnia concideınt. Terra mihi lectus fuit, asperrima vestis embra contexit, pervigilias etiam, et lacrymaım imbres adhibui: interdiu labori sudores connxi, hymnis tota nocte concinendis corpus instar atuæ defixi, nullam omnino humanam voluptam ne in animum quidem, et cogitationem adittens. Atque hoc quondam mihi vitæ institutum 'at. Caro quippe fervebat, cujus cura omnis in ›c versatur, ut hominem cœlesti adscensu pro'beat. Quin etiam gravem divitiarum molem ab:i, ut onere omni excusso levis ad Deum rar.

Erat Gregorio frater, natu minor Cæsarius, ıristi etiam confessi gloria coram Juliano apoıta illustris. Qui cum mortuus esset, Gregorius ıter filium Gregorium ex eremo revocavit, cautus suam et matris fractam senectute ætatem, mque induxit, ut se permiserit Presbyterum a ıtre ordinari. At vero simul atque advertit, trem id eo fecisse, ut administrationem munem Ecclesiasticorum, et inprimis institutionem ıtechumenorum in eum transferret, fugit iterum eremum, patrem etiam incusans de facta sibi olentia.

Inter hunc, et monachos, ejus diœcesim inlentes, enatum est dissidium, ita ut ab ejus

com-

communione vellent recedere. Causam dederat Formula fidei, cui in Ariminensi Synodo Episcopi subscripserant, et habitum Constantinopoli ab Arianis conciliabulum confirmaverat, et quae missa erat ad Episcopos ceteros omnes ejusdem subscriptionis causa. Huic incaute Gregorius pater subscripserat; quamobrem monachi ab ejus communione volebant recedere. Ideo Gregorius filius ex eremo propere ad patrem rediit, cumque ejus svasu pater subscriptionem suam retractavisset, monachi quoque ei reconciliati sunt. Hoc idem similiter accidit inter Dianæum Cæsareensem Cappadoci Episcopum, et monachos, imo et Basilium jam tunc Presbyterum. Eadem vero ratione, et Dianæo suam subscriptionem revocante sublatum est periculum dissidii. *S. Basilius Epist.* 51.

Accidit, ut in eadem Cappadocia, cujus metropolis erat Cæsarea, etiam civitas Tiana jura consequeretur per Imperatorem civitatis metropolitanæ. Hoc Anthimus Episcopus Tianensis arripuit ad jus metropolitanum etiam in regimine Ecclesiastico sibi sumendum excussa subjectione erga Episcopum Cæsareensem metropolitam antea totius Cappadociæ, idque tanta violentia fecerat, ut nolentes etiam cogeret eos, qui degebant in provincia ad Tianam spectante, et reditus invaderet Ecclesiæ Cæsareensis. Basilius jam tunc Episcopus, cum desperasset de Anthimo ad mentem revocando in ea parte Cappadociæ, quæ ei remanserat, ut sarciret suæ Ecclesiæ damnum, plures instituit novos Episcopatus, atque horum unum Sasimæ, Gregorioque persvasit, ut se ab eo sineret consecrari Sasimorum Episcopum. Is vero cum deinde advertisset, quid intercederet in-

inter Basilium, et Anthimum, etiam Sasimam suis juribus deposcentem, graviter tulit, se inductum a Basilio ad consecrationem suscipiendam, et scribens ad Basilium etiam animo commoto, objecerat se illius secum amicitiæ nullam aliam debere gratiam, quam quod didicisset, ne posthac amicis fideret: nec persvaderi ei potuit, ut Sasimam iret, munusque Episcopi illic exerceret; fugamque in eremum iterum cepit.

Pater vero illum rursus suis literis retraxit. Ei svaserat primum, ut Episcopatum Sasimensem susciperet: cum persvadere ei non potuisset, alio se vertit, multisque precibus ab eo petiit, ut quoniam propter ætatem, prope centum annos ætatis jam habebat, non sufficeret gerendo muneri, ipse isto exiguo, quod sibi superesset vitæ tempore, eum sublevaret, atque vices ejus subiret. *Nate*, ajebat, *ne spernas patrem. Honesta posco: sin minus, pater petit. Nondum tot anni sunt tui, quot jam in Sacris mihi peracti sunt victimis. Da, quod peto.* Flexus precibus patris suscepit administrationem Nazianzenæ Ecclesiæ, ea tamen conditione, ut cum pater e vita excessisset: ipse etiam ab administratione posset abire. Basnagius in Annal. ad a. 373. num. 16. et plures alii e Protestantibus hinc argumentum sumpserunt ad probandum ea ætate, qua Gregorius Naz. pater, et filius vixit, Episcopos fuisse non tantum conjugatos, sed etiam in sacerdotio liberis procreandis dedisse operam. Siquidem Gregorius pater dixerit, Gregorio filio tot nondum esse annos, quot jam sibi peracti sint in sacris victimis offerendis. *Quid est*, sunt verba Basnagii, *dicere Gregorium patre jam Sacerdote satum esse, si hoc non est?*

At

At enim vero Gregorius filius prius natus est, quam ejus pater Gregorius fuisset baptizatus. Nam annum tricesimum ætatis agebat, ut ipse docet in Carmine de Vita sua, dum Athenis rediisset in patriam studiis illic peractis, et baptizatus esset. Quo tempore morabatur Athenis, eodem venerat Julianus apostata, et quem ibi a se visum testatur in Oratione in eumdem Julianum. Fuit Julianus Athenis Coss. Constantio septimum, et Gallo tertium, ut Ammian. Marcellinus perhibet *lib.* 15. *Hist.* qui annus erat 354. a. natali Christi. Anno subsequentè ut rursus ipse Gregorius testatur *in Carm. de Vita sua* Athenis discessit, rediitque in patriam annos natus triginta. Igitur si hi anni 30 subtrahantur ab a. 355. annus prodit 325. quo Gregorius filius natus est. Hoc vero eodem Gregorius pater dum Episcopi pergerent ad Concilium Nicænum baptizatus est, quemadmodum jam supra demonstratum est. Itaque non tantum non eo Sacerdote filius Gregorius natus est, sed quando is nascebatur, pater Gregorius solummodo baptizabatur. Interjecto autem temporis spatio nec ea facilitate, quæ deinde vigere cœperit, promotus ad Ordines sacros est, ut jam supra fuit. Neque igitur Gregorium filium pater Gregorius suscepit jam constitutus in Sacerdotio. Quomodo ergo nihilominus pater ad filium dicere potuit, nondum ipsi tot annos esse, quot jam sibi peracti essent in sacris victimis? Advertatur, velim, num istos tot annos, quos pater dixit, nondum esse filio, dixerit ipsius annos ætatis. Igitur sicut Gregorius pater suos illos annos intellexerat, quos peregerat in offerendis sacris victimis, ita de filio etiam Gregorio annos sacerdotii intellexit, qui nondum ad eum numerum pervenerint, ad quem sui. Est autem

etiam

etiam illa hic consideratio. Basnagius ex his verbis Gregorii patris, ad Gregorium filium: *Nondum tot anni sunt tui, quot jam in sacris, mihi sunt peracti victimis*, instituit argumentum contra cœlibatum Sacerdotum, dum neque de annis, quos Gregorius pater dixit, Gregorio filio nondum tot esse, quot sibi, expressum esset, ætatis esse: et qui nisi ætatis sint de Gregorio filio, nulla sit bona argumentatio. Idem vero Gregorius pater etiam istos annos qni filio nondum fuerint, a se peractos dixit in sacris victimis. Quid vero est, creditum esse, Eucharistiam esse sacram victimam, et sacrificium, si hoc non est, quod Gregorius pater dixit, non tot filio esse, quot a se peracti sint anni in sacris victimis? Cur ergo non istam potius ex verbis Gregorii Basnagius fecit conclusionem?

Gregorius pater diu in vita superstes non fuit. Quo mortuo Gregorius filius se etiam abdicavit administratione Episcopali et Seleuciam ad monasterium S. Theclæ se recepit. Sex annis post Episcopi in quodam conventu consultarunt de Episcopo, quem Constantinopolim deberent mittere ad Ecclesiam illic, per Arianos prope funditus eversam, renovandam, et suscitandam. Neminem vero Gregorio judicarunt magis idoneum. Huic igitur munus hoc imposuerunt. Quo successu gesserit, et quam nihilominus Episcoporum invidiam subierit, ut etiam Episcopatui Constantinopolitano renunciaverit, est enarratum supra Institutionum Part. I. §. 77. Reversus Nazianzum, ubi Episcopatus adhuc vacabat ab obitu sui patris, dedit operam, ut per Helladium Episcopum Cæsareensem Eulalius ibi Episcopus constitueretur: ipse ad hæredium suum, quod erat Arianzi, se rece-

recepit, ubi solitarius utque ad obitum vixit. Decessit a. 392. major nonagenario.

Gregorius Naz. propter doctrinæ præstantiam cognomen Theologi invenit: quin testimonio Rufini *in præfat. ad ejus Opèra* in ea exstimatione habita est in Ecclesia ejus doctrina, Ut quicunque ausus fuisset doctrinæ illius in aliquo refragari, eo jam ipso argueretur velut hæreticus. *Manifestum namque*, sunt illius verba, *judicium est, non esse rectæ fidei hominem, qui in fide Gregorio non concordat.* Opera ejus constant ex Orationibus 105. Poematibus 142. Epistolis 242. Inter quas tamen etiam duæ sunt Gregorii patris, et Basilii tres. Inter Orationes eæ eminent, quas composuit adversus Eunomianos, et Apollinaristas. In his dogma de SS. Trinitate, mysterium omnium profundissimum, non tantum docet admodum clare, et aperte, verum etiam argutias adversariorum dissolvit acutissime. Dicit *Orat.* 34. Dei naturam nullis verbis explicari posse, multo vero minus intellectu comprehendi. Quod vero Deus sit princeps causa, quæ res omnes procreaverit, et conservet, in ipsos etiam oculos incurrere. Quonam enim modo aliter universa hæc rerum moles vel producta unquam fuisset, vel consisteret. — *Illic* (in Trinitate Orat. 51.) *alius, atque alius, ne personas confundamus; non autem aliud, atque aliud: quoniam tria quoad divinitatem unum, et idem sunt.* De processione autem divinarum Personarum, *Quæ est ergo* (ait Orat. 37.) *hæc processio, inquies. Dic tu, quæ Patris ingenitura sit, et ego Filii generationem, et Spiritus processionem explicare adgrediar, ut ambo mentis vesania præcipites agamur, in Dei mysteria oculos injicientes. Idque qui*

tan-

tandem? Nempe, qui ne ea quidem, quæ ante pedes sunt, scire possumus, Dei profunda penetrare audeamus? Quid ergo, inquiunt, est quod Spiritui deest ad hoc, ut sit Filius? nisi enim aliquid deesset, Filius esset. Deesse nihil dicimus. Non enim Deo quidquam deest. Verum mutuæ eorum relationis differentia diversa ipsis quoque nomina procreavit. Neque enim Filio aliquid deest ad hoc, ut sit Pater, nec enim defectus est filiatio, nec tamen propterea Pater est: alioquin eadem ratione Patri aliquid deesset ad hoc, ut sit Filius. Nec enim Pater Filius est. Sed hæc defectum non arguunt, nec essentiæ submissionem: sed ex his verbis, quod genitus non sit, et quod genitus, et quod procedat, hoc effectum est; ut alius Pater, alius Filius, alius Spiritus sanctus appelletur, atque ita inconfusa trium Personarum distinctio in una Divinitatis natura et dignitate conservetur. Neque enim Filius est Pater (unus enim est Pater), sed quod Pater: nec Spiritus est Filius (Unus enim Unigentus) sed quod Filius. Tres hi unum, si Divinitatem spectes; et unum tres, si proprietatum rationem habeas, ut nec Unum Sabellio faveat, nec Tres pestiferæ divisioni, quæ hac tempestate viget.

Quæstio erat posita ab adversariis, quid Spiritui desit ad id, ut sit Filius; nisi enim Spiritui aliquid deesset, futurum Filium. Huc Gregorius respondit, nihil deesse: Verum mutuæ eorum relationis differentiam diversa quoque ipsis nomina procreasse, videlicet Filio, et Spiritui sancto. Dum ergo, cur Spiritus sanctus non sit Filius, dicit hoc esse, quod inter Filium, et Spiritum Sanctum mutuæ relationis intercedat differentia, una etiam dixit, horum alterum esse, qui procedat, alterum, a quo fiat processio, utpote inter quos mutuæ relatio-

tionis differentia intercedat: quæ secus mutua relatio inter Filium, et Spiritum sanctum nulla intercederet. Hinc vero clarum est, S. Gregorium Naz. credidisse, et docuisse, Spiritum sanctum a Filio procedere. Idem hoc etiam inde evidens fit. In Oratione de Spiritu sancto dicit: *Quæcumque autem humilius dicuntur* (de Spiritu sancto) *velut, quod detur, mittatur, distribuatur* - - - *ad primam causam referri debent, ut, ex quo sit, ostendatur.* At vero, quemadmodum Pater dat, mittit Spiritum sanctum *Joan.* 14. *v.* 16. 26. ita pariter Filius est, qui det, et mittat Spiritum sanctum *Joan.* 15. *v.* 26. *Cap.* 16. *v.* 7. *Cap.* 20. *v.* 22. Igitur Gregorius Naz. asseruit, Spiritum sanctum procedere a Patre, et Filio, non a solo Patre.

Adversus processionem Spiritus sancti a Patre, et Filio, Filii vero a Patre cum objecissent Eunomiani, *Quid ergo, si Filius, et Spiritus sanctus Patri coæterni sunt, quid afferri potest, quin principii quoque, quemadmodum et ille, sint expertes?* respondit Orat. 35. *Quia ab ipso sunt, licet non post illum. Quod enim principio caret, æternnm est: quod autem æternum est, non protinus quoque principio vacat, quamdiu ad Patrem, velut ad principium, et originem refertur. Ergo illi, quantum ad causam principio minime carent: perspicuum est autem, causam non omnino antiquiorem esse iis, quorum causa est, neque enim sol lucem tempore antecedit: quantum autem ad tempus, principii expertes sunt.* Iidem Eunomiani solebant adversus divinitatem Filii argutari, et sophistice quærebant, an Pater hunc genuerit jam existentem, vel nondum existentem. Si prius, cur ipsum genuisset?

si

si vero non existentem genuit, Filius non semper, et ab æterno fuit. Gregorius ex his vicissim quæsiverat. Tempus sitne in tempore, vel extra hoc? Nam si tempus cœpit esse in tempore, quodnam isto tempus anterius sit, in quo factum tempus est. Si vero non in tempore, quænam dicebat, hæc sapientia sit, tempus temporis expers statuere? Quemadmodum igitur tempori tempus dum fieret, erat connatum, ita æternæ Filii generationi fuisse congenitam æternitatem: et sicut æterna illius generatio est, atque Pater, qui genuit, non cœpit esse Pater, ita neque Filium, qui genitus est, cœpisse esse Filium, sed esse ab æterno.

Ex aliis Orationibus Gregorii duæ sunt invectivæ in Julianum apostatam: alias complures habuit in re quapiam memorabili, ut, dum factus Presbyter est; in qua Sacerdotii dignitatem celebrat, una docens, qualis esse debeat, qui ad hoc munus assumitur; dum Ecclesiam Nazianzenam suscepit patris loco administrandam; ad Episcopos Concilii Constantinopolitani in adventu Episcoporum ex Aegypto; ad eosdem, dum se abdicasset Episcopatu Constantinopolitano. Sunt rursus aliæ diebus festis habitæ de Religionis mysteriis, quæ iis diebus recolebantur, ut in natali Domini, et Ephiphania in sanctum Baptisma, item de laudibus Sanctorum quorum celebrabatur memoria, nec non in funeribus sui patris, Cæsarii fratris, Gorgoniæ sororis, et Basilii M. multæ etiam morale aliquod habent argumentum. Ejusdem argumenti sunt etiam pleraque ejus Poemata. In horum uno describit vitam suam. Ad pangenda carmina se verterat jam in extrema senectute sua, ut intendendo fortius mentem minus sentiret carnis aculeos, quos crebro lamentabatur.

Epi-

Epistolæ ipsius æque sunt varii argumenti, ut vulgo fieri in his solet.

Ex his pauca adhuc speciatim proferam. In Oratione de laudibus S. Basilii in ejus funere, sic eumdem, velut jam in cælo positum, invocavit: *Tu vero sacrum, et divinum Caput e cælo nos, quæso, inspice, carnisque stimulum, a Deo nobis ad disciplinam datum, aut precibus tuis siste, aut certe ut eum forti animo perferamus, persvade, atque omnem nostram vitam ad id, quod maxime conducibile est, dirige, nosque, posteaquam ex hac vita migraverimus, illic quoque tabernaculis tuis excipe, ut simul viventes, et sanctam, ac beatam Trinitatem, cujus nunc exiguam speciem, et imaginem accepimus, purius, pleniusque cernentes, desideriis nostris finem statuamus, ac bellorum eorum, quæ intulimus, vel pertulimus, præmium referamus.* Bella, quæ intulit, intelliguntur ejus dimicationes adversus hæreticos; quæ pertulit, sunt adversitates, quas sustinuit. Pariter Orat. 21. S. Athanasium invocaverat, *Ut e cælo virtutis causa laborantibus manus porrigat*, similiter hoc fecit *Orat.* 18. erga S. Cyprianum. Idem Gregorius Orat. 18. de S. Cypriano refert, S. Justina Virgo, et Martyr quid egerit in periculo, ne ejus virginitas violaretur. *Puella*, ait, *simul ac persensit technas* (res acta est initio seculi quarti) *atque insidias, quid facit, et quid adversus vitii opificem molitur? Desperatis omnibus aliis remediis ad Deum confugit, Virginemque Mariam supplex obsecrans, ut periclitanti Virgini suppetias ferret, jejunii, et chameuniæ* (Græcum est vocabulum, quod humi cubationem significat) *pharmaco se munit, partim ut formæ venustatem, tanquam insidiosam, obscu-*

curaret, partim ut per sui afflictionem propitium sibi Deum, et exorabilem redderet. Hæ invocationes Sanctorum per Gregorium, et Deiparæ per Justinam pupugerunt Caveum; de quibus Tom. I. Hist. Liter. pag. 247. sic loquitur: *Certe facultati oratoriæ, qua maxime pollebat, nimis, quam par erat, præsertim in sermonibus encomiasticis eum indulsisse constat: unde sequentium seculorum erroribus circa invocationem Sanctorum viam inter primos stravisse videtur.* Etiam Dallæus *Tractat. adv. Sacram Tradit. de Reliquiar. cultu* hunc morbum vocat illius ævi, et cæcam eo tempore invectam superstitionem.

Supra in S. Cypriano ex ejus epistola 57. ad Cornelium Papam vidimus scriptum, ut qui prior ipsorum isthinc processisset, ejus pro fratribus, et soribus apud misericordiam Patris non cessaret oratio. Anni 135 intercesserunt inter S. Cyprianum, et S. Gregorium Naz. Qua igitur accuratione dicere potuit Caveus, Gregorium sibi videri sequentium seculorum erroribus circa invocationem Sanctorum viam inter primos stravisse, et Dallæus morbum fuisse hunc istius ævi, et cæcam hoc tempore invectam superstitionem? Ipsi asserunt Religionem a primæva puritate apud nos deflexisse; ad quam ipsi eam apud se revocaverint. Quænam vetus illa, et pura Religio fuerit, utique discendum est eorum testimoniis, qui eo tempore vixerunt, et de institutis Religionis, quæ eo tempore vigebant, scripserunt. Jam vero quam nos etiam modo facimus invocationem Sanctorum, eam habemus ex testimoniis certissimis, esse factam jam etiam in primæva Ecclesia: Augustana, et Helvetica Confessio eam a se rejecit velut contrarium puritati Religionis et instituto primævæ Ec-

Ecclesiæ. Nobis suppetunt testimonia de invocatione Sanctorum, eaque certissima, quæ neque negare audent: ostendant igitur ipsi invocationem Sanctorum in primæva Ecclesia non viguisse. Hoc vero quomodo ostendent, dum potius in contrariam partem sunt evidentia testimonia? Sed morbus, et superstitio hæc jam etiam ea ætate erat, ii, qui Invocationem Sanctorum testantur, viam ad errorem primi stravisse videntur. Accusant igitur erroris ipsam primævam Ecclesiam; iidem venditare solent, sua dogmata esse conformia, imo eadem, quæ tenebat primæva Ecclesia. Hæcne inter se cohærent? Sed mittamus istud. Ipse deinde Caveus sic scripsit *cit. loc.* de Gregorio Naz. *Vir erat in quovis disciplinarum genere præstantissimus, in Theologia summus. Hinc etiam Theologus κατ᾽ ἐξοχὴν dictus est Gregorius:* allato etiam testimonio Rufini, se dissidentes quidem partes de ejus fide potuisse disputare, sed id obtinuisse apud Dominum, et Ecclesias Dei meriti, ut quicunque ausus fuisset doctrinæ ejus in aliquo refragari, ex hoc ipso, quia ipse sit magis hæreticus argueretur. Manifestum namque judicium fuisse, non esse rectæ fidei hominem, qui in fide Gregorio non concordasset. Quod testimonium Rufini jam etiam a me supra allatum est. Itaque Caveus Gregorium, laudans in Theologia summum et apud omnes Ecclesias ejus existimationis, ut qui ejus doctrinæ in aliquo ausus esset refragari, ipse magis argueretur esse hæreticus, quomodo nihilominus is ei videri potuit sequentium seculorum erroribus circa invocationem Sanctorum viam inter primos stravisse?

Confessio tam Augustana, quam Helvetica unam præsefert Scripturam sacram velut eorum nor-

normam, quæ credat. Quare ergo tamen primævam etiam Ecclesiam jactitant, quasi cui consona sint ipsorum dogmata? et qui provocant ad primævam Ecclesiam, cur tamen arguunt erroris ea, quæ viguerunt in eadem primæva Ecclesia? Gradiamur via recta non detorta. Ubi vero in Scriptura etiam reperient locum ullum, in quo invocatio Sanctorum reprobetur, et prohibeatur? Si habent, cur illum non proferunt? Ad hoc enim usque tempus nullum protulerunt. Igitur, quod agunt, et moliuntur contra invocationem Sanctorum, non est fundatum in Sriptura, eidemque contradicit illud, quod quoad hanc invocationem observatum est in primæva Ecclesia: in qua vero invocatione Sanctorum Catholica Ecclesia, quæ fuit tempore Lutheri, et Calvini, atque etiam nunc est, pro se habet et primævam Ecclesiam, et Scripturam: utpote, in qua sit, Apostolum Paulum sæpe se commendasse Fidelium precibus, ipsumque vicissim pro illis Deum precatum esse. *Philip.* 1. *v.* 4. 19. *etc.* Hinc enim fluit, quod ipse etiam S. Hieronymus attulit adversus Vigilantium, quem Protestantium ducem, si dixero, non erraturus sum: *Si Apostoli, et Martyres, adhuc in corpore constituti possunt orare pro ceteris, quando adhuc pro se debent esse soliciti, quanto magis post coronas, victorias, et triumphos?* Jam hoc argumentum de invocatione Sanctorum, et eorum veneratione *Instit. harum Part. I. pag.* 135. tractatum est, et alibi quoque. Vix enim aliud quidpiam est cui tam infesti sint Protestantes. Credere, quod Sanctorum utile nobis sit patrocinium apud Deum, atque hoc implorare nefas putant esse, horrendumque piaculum.

Quamvis vero Gregorius se abdicasset Episcopatu, tamen a Theodosio Imperatore a. 382. erat vocatus ad quoddam concilium Constantinopolim. Respondit epistola, quæ ejus secunda, et tricesima est, ad Procopium data, qui parti exercitus præerat: *Omnem conventum Episcoporum fugio, quoniam nullius concilii finem lætum, et faustum vidi, nec quod depulsionem malorum potius, quam accessionem, et incrementum habuerit. - - - Propterea memetipse collegi; animæque securitatem in sola quiete, et solitudine mihi positam judicavi. - - - Nunc morbus accedit, quippe, qui me ita distorquet, ut quotidie ferme extremos spiritus efflem. Atque ob hanc causam ignoscat mihi tua animi magnitudo, detque operam, ne pientissimus Imperator me inertiæ, atque ignaviæ condemnet.* Hoc Calvinus *lib.* 4. *Institution. Cap.* 9. sumpsit in objectionem contra auctoritatem Conciliorum. Post Concilium Nicænum omnino vix aliquod aliud erit reperire concilium, in quo non res tales contigissent, ob quas se omnem Episcoporum conventum Gregorius fugere dixit, nec excipiendo Constantinopolitanum I. quod inter œcumenica concilia numeratur: quippe in quo Meletio vita functo Flavianus sit ordinatus Episcopus Antiochenus, Gregorio frustra reclamante, schismaque, quod jam erat cœptum, duobus Episcopis existentibus in eadem urbe, improvidentissima ordinatione Flaviani, fuit continuatum maximo dolore Gregorii. Nec tamen ideo intelligendum est, Gregorium reprobasse omnia concilia, et nullius utilitatis habenda putasse, et quæ in Concilio etiam Constantinopolitano I. acta contra hæreses sunt, non probasse; sed quod dixit, nullius concilii se vidisse lætum exitum, sumi debet juxta morem loquendi, jam

etiam

etiam a Cicerone observatum, ut, totum semper ab eo denominetur, quod maximas partes continet. Nec illud, quod dixit, ipsum etiam Gregorium voluisse intelligi absque exceptione, testantur illius verba *Orat.* 52. quibus declarat, *Se fidei Nicænæ, quæ a sanctis Patribus illic edita est nec quidquam unquam prætulisse, nec præferre posse, verum in hac fide se esse, et Deo adjuvante etiam futurum.* Idem *Orat.* 21. Nicænum Concilium vocat Sanctum, in quo tercentos octodecim doctissimos viros Spiritus sanctus in unum coegerit.

Præter jam recensita, sunt quædam adhuc Gregorii Opera dubia, vel etiam citra controversiam supposititia. Ex illis est *Testamentum*, cujus hoc est initium: *Flavio Eucherio, et Flavio Evagrio Virio Clariss. Coss. pridie Cal. Januar. Gregorius Episcopus Catholicæ Constantinopolis Ecclesiæ, vivens, ac prudens, sanoque judicio, et integris sensibus condidi hoc testamentum: quod quidem jubeo, et volo esse ratum, firmitatemque in quolibet foro, et quomodolibet obtinere.* Authenticum esse defendunt Baronius, Natalis Alexander, Orsius, Dupinius, et Caveus, ut plures alios prætercam. Basnagius vero cum pluribus negat. Sunt in hanc alteram partem hæc, et mea opinione potiora. Primum formula hujus testamenti nimis redolet stilum posterioris ætatis, imo ejus qui nunc etiam viget. Secundo in Codice Theodosii de Fide Cath. lib. 3. fit mentio Nectarii Episcopi Constantinopolitani qui Gregorio successerat in Episcopatu iisdem Coss. Eucherio, et Evagrio, qui annus erat 381. in lege a Theodosio 3. Cal. Augusti lata. Certe autem postquam Gregorius se abdicaverat Episcopatu, et Nectario jam ad hunc evecto, non se ulterius Episcopum Constantinopolitanum

 num

num vocavit. Tertio in hoc Testamento, statimque primo loco, Gregorius legat vestes sericeas, laneas Alypianæ Cæsarei fratris vita functi filiæ liberis. At vero Gregorius Orat. 10. et 173. perhibet, omnia, quæ Cæsarei erant juxta ipsius, et Nonnæ matris voluntatem esse distributa pauperibus, nempe ex re vestiaria. Feruntur multa etiam alia ejusdem Gregorii, quæ vero nondum sint edita.

S. Ephrem.

S. Ephrem natione Syrus, Nisibi natus, sub Constantino M. parentibus non tantum Christianis, verum etiam Christum in persecutione confessis sed incertum, quo anno. Dum sub Constantio Imp. Nisibim Sapor Persarum Rex obsedisset, Jacobum ejusdem urbis Episcopum oravit, ut Deo supplicaret, ut immissis in exercitum Persarum culicibus, et cyniphibus urbem obsidione liberaret. Audiit Deus preces Jacobi, tantaque multitudo culicum, et cyniphum invaserat exercitum, ut Sapor solvere obsidionem debuerit. *Theodoret. lib.* 2. *cap.* 30. Cum fuisset ordinatus Diaconus, in hoc gradu muneris Ecclesiastici semper mansit: quamvis electus esset etiam Episcopus: quem vero honorem ne cogeretur suscipere, mente turbatum se simulaverit. Vitæ ejus institutum fuit monasticum, vitamque vixit admodum rigidam, deflens continuis lacrymis errata sua, illudque inprimis, quod puer credidisset, omnia contingere casu, et fortuito. Ob sacrarum literarum studium, et excellentem scientiam S. Gregorius Niss. in Oratione de ejus laudibus *Universæ Ecclesiæ doctorem* appellavit.

Sunt

Sunt autem, quæ scripsit et composuit admodum multa: cujus Orationes teste Photio *Cod.* 196. fuere supra mille, quas videlicet ipse viderat, aut legerat. Nam Sozomenus *lib.* 3. *cap.* 16. habet τὰς τριακοσίας μυριάδας ἐπῶν, trecentas myriades Sermonum, et in his multos etiam hymnos, et carmina, quæ composuerit. Myrias est numerus continens decem millia. De ejus scriptis S. Hieronymus lib. de Viris Illustrib. *Ephrem*, inquit, *Edessenæ Ecclesiæ Diaconus, multa Syro sermone composuit, et ad tantam venit claritudinem, ut post lectionem Scripturarum publice in quibusdam Ecclesiis ejus scripta recitentur. Legi ejus de Spiritu sancto Græcum volumen, quod quidam de Syriaca lingva verterat, et acumen sublimis ingenii etiam in translatione cognovi.* Nec Græcæ lingvæ erat gnarus. Nam ipse docet in Oratione de laudibus S. Basilii, cum ad eum invisendum, solummodo desiderio ejus videndi, ivisset, se cum eo per interpretem esse collocutum.

Sermones ejus multi sunt, et varii argumenti, alii morales, de virtute aliqua tractantes, vel vitio, et de perfectione Christiana præcipue ad monachos, quos instruebat, utpote eorum Abbas etiam factus, alii de mysterio quopiam Christi, et Religionis, alii in laudes Deiparæ, aliorumque Sanctorum. Commentarios quoque confecit in multos Scripturæ sacræ libros prætertim Vet. Testamenti, et in selecta etiam horum loca. Hermonius Bardesanis filius, quis Bardesanes fuerit, expositum est Institutionum Parte I. §. 46. hæreseos videlicet auctor in Mesopotamia, carmina verbis svavibus, et ad demulcendas aures composita, virus autem hæreseos inclusum habentia, sparserat in vulgus, et ab hoc cantabantur. Adversus

quam

quam pestem Ephrem quoque hymnos, et carmina mira venustate prædita confecit, quæ sic suscepta erant, ut in festis etiam Martyrum decantata a populo lætitiam festivitatibus adderent. Quorumdam etiam Monachorum pietate, et sanctimonia excellentium vitam ad posteritatis memoriam mandavit literis. Sunt ejusdem Ephrem epistolæ etiam complures. Pars scriptorum illius e Græco in Latinum traducta a Vossio, edita est Romæ a. 1589. Quirinius Card. et Præfectus bibliothecæ Vaticanæ a. 1732. opera usus Josephi Assemani, Syri Maronitæ, versionem procuravit novam in Latinum: prodieruntque typis iterum Romæ Opera Ephremi in sex voluminibus, in folio, quorum tria continent Syriacum cum versione Latina, altera tria idem Syriacum cum versione Græca. Ipsi etiam, qui disjuncti a nobis Religionis communione sunt, nominatim Caveus *in Histor. Liter.* ingens desiderium ostendit fruendi Ephremi Operibus, tanquam quæ largissimam lucem datura essent ad videndum, quid primævæ antiquitatis sit in institutis, et professione Christianæ Religionis. Basnagius quoque tanti Ephremum fecerat ut Annal. tom. 3. pag. 50. hoc ei præconium dederit: *Cum Ephrem in paucis illustris fuerit, ipsius vita nostris erit Annalibus ornamento.*

Si ea, quæ Basnagius etiam speciatim laudavit in Ephremo, ego silentio præterirem, video futurum, ut in reprehensionem vocer, et merito. Sunt igitur ista. Edessam afflixerat vehemens, et diuturna fames. Pauperibus cum ipse pauper quoque subvenire non posset, et præsertim tam multis, e solitudine venit Edessam, divitesque objurgabat, quod pauperibus fame pereunti-

tibus, et in extrema necessitate non succurrerent. Cumque illi respondissent, se nescire, cui pecunias, pauperibus dispensandas, tuto possent committere, nam omnes suo lucro inhiare, ille, *Ecquis vobis ego videor esse?* Illi cum respondissent, Virum esse probum, tunc *Vestra*, inquit, *causa libens hoc munus subibo.* Cum collata statim fuisset pecunia ingens, hac pauperibus subvenit, eorumque curam eousque gessit, donec fames desiiset, quod factum est anno subsequente: quo munere perfunctus, dumque pauperes ejus opera jam non indiguissent, rediit ad suum claustrum, et ad solitudinem. *Sozomen. lib.* 3. *cap.* 16. Idem eodem loco Sozomenus, *Quodam*, ait, *tempore, cum multos per dies, uti solebat, jejunasset, minister, qui illi cibum afferebat, ollam fregit: quem cum ille pudore, ac metu constrictum animadverteret, Bono animo esto, inquit. Eamus ad cibum, quando ille ad nos non venit. Mox ad ollæ fragmenta cœnavit.* Flagrabat vero ingenti studio pietatis fovendæ in Christi fidelibus, et Religionis tuendæ adversus hæreses, et quamvis omnibus infensissimus esset, ut S. Gregorius Niss. ait in Oratione de ejus laudibus, *tamen absurdissimam Apollinaris opinionem sic detestabatur, ut omni conatu, atque sollicitudine eamdem ex quorumvis Christianorum animis evellere studeret.* Apollinarem etiam quadam vice ludificavit egregie. Librum is suum, continentem perversam doctrinam, asservandum dederat cuidam feminæ, quæ ejus erat discipula. Ab hac Ephrem petiit, ut sibi tantisper librum commodaret, et impetravit. Hujus deinde folia piscis glutino ita junxit, ut separari ultra non possent, et librum mulieri reddidit. Apollinaris cum deinde hunc in disputatione sua quapiam multis præsentibus aperire

rire

rire voluisset, et diu luctatus nihil efficere potuisset, et derisus ab omnibus esset, qui aderant, ita indignatus est, tamque commoto animo tulit sibi illusum fuisse, ut in periculum venerit, ne ipsam etiam efflaret animam. Rem refert idem Gregorius Niss. in ead. Orat.

Cum Ephremum ipsi protestantes tam virum egregium, et sanctum; ipsiusque testimonium ad noscenda dogmata, et instituta primævæ Ecclesiæ peridoneum habeant; hujus igitur auctoritatem etiam suscipient, huic deferent. Is vero Basilium in Oratione funebri, qua defuncti laudes celebraverat, sic precatus est: *Deprecare pro me admodum miserabili, et revoca me tuis intercessionibus.* Per revocationem exitum ex hac vita et transitum ad meliorem intellexerat. Idem in Sermone, qui Confessionis, et sui Reprehensionis nomen gerit, *Sanctos*, ait, *imploro: sed an eorum pro me preces suscipiantur, dubito. - - - Interpello cunctos Prophetas: at ne instar impiorum Israelitarum rejiciar, metuo.* In supremo vitæ die, cum ad migrantem ex hac vita tota fere Edessenorum civitas confluxisset, in Sermone, quem tunc ad hos habuit: *Hortor*, ait, *vos*, *ut loco svavis aromatum odoris, vestris me adjuvetis orationibus, in ipsis continue mei memoriam facientes. - - - Comitemini me Psalmis, et orationibus vestris, et assidue pro mea parvitate offerre dignemini, et cum trigesimum diem complevero, mei memoriam faciatis. Mortui enim beneficio afficiuntur in oblationibus recordationum Sanctorum viventium.* Hæc Oratio etiam solet vocari Testamentum Ephremi. Inter ejusdem Ephremi Orationes est una etiam ad Beatam Virginem. Quid igitur hic faciunt ii, qui religio-

gionis novam formam sibi constituentes, invocationem Sanctorum, et preces, atque oblationes pro defunctis a se projecerunt? Quid ad ista dicunt? Vidimus jam sæpius, et paulo ante etiam ad Gregorium Naz. quam ipsorum oculos perstringant testimonia, et exempla de Invocatione Sanctorum. Illic Caveo visum fuit, Gregorium Naz. viam inter primos stravisse sequentium seculorum erroribus circa invocationem Sanctorum, Dallæus hunc vocavit morbum, et cæcam eo tempore invectam superstitionem: Ephremo, quem et ipsi tanti fecerant, nolunt ista impingere, et vitio tribuere. Itaque ad ista Ephremi exempla, quæ allata sunt, vel tacent, et silentio hæc dissimulant, vel Opera, in quibus hæc exstant, dicunt non esse Ephremi genuina. Afferuntne vero etiam ad hoc probandum idonea argumenta? Caveus cum inter Opera Ephremi recensuisset ejus Orationem ad B. Virginem, subjecit: *Ephremi proculdubio non est, sequiorum seculorum deliramentum:* ultra nec verbulum. Isto *Proculdubio*, et dicendo, deliramentum sequiorum seculorum absolvit totam demonstrationem. Hanc vero Orationem habuit jam etiam Vossius in sua versione. Assemanus quoque testatur in Versione sua Syriaco-Latina, se eam reperisse in Mss. nonaginta, ex quibus unum sit annorum sexcentorum: cumque conquirendis, et comparandis Mss. ulteriorem operam impendisset, perhibet, se in his Mss. quæ adhuc repererit, præter illam, jam a Vossio editam, insuper alias decem ejusdem Ephremi Orationes ad B. Virginem nactum esse. Illudne igitur est *Procul dubio*, quod Caveus asseruit absque ulla probatione, vel hoc alterum debet esse Critico positum extra dubium, quod tot Mss. fide comprobatum est? In reliquis, quæ allata

sunt

sunt ex Ephremo jam nec suo *Procul dubio*, neque appellatione deliramenti usus est: verum pisce magis mutus mansit.

Rivetus ex eodem genere hominum adversus eam Orationem Ephremi, quod ut jam dictum est, ejus Testamentum vocatur, se vertit, æque volens hoc habere non Ephremi genuinum, et jam etiam aliquid attulit argumenti, nimirum Ephremum in hoc Testamento confessum esse, se in tota vita sua non fuisse contumeliosum adversus Deum, stultum sermonem non emisisse ex ore, neminem maledictis onerasse, nec fuisse contentiosum: quæ vero contraria iis sint, quæ de se confessus est in Oratione *Confessionis, et sui reprehensionis*, quem hæc Oratio titulum gerit, dicta ad Monachos. At vero hoc Testamentum Ephremi memorat S. Gregorius Niss. in Oratione de ejusdem Ephremi laudibus. Desideramusne certiorem testem? Eadem exstat in omnibus Mss. Codicibus Ephremi Operum. Ubi igitur rursus Critica? Sed sibi contraria Ephrem fuisset locutus? Estne contraria locutus Apostolus Paulus, confessus se blasphemum, persecutorem, et contumeliosum fuisse 1. *Timoth.* 1. *v.* 13. et tamen nihil sibi conscium? 1. *Cor.* 4. *v.* 4. Videlicet in Oratione Confessionis, et sui Reprehensionis loquitur de vita sua, antequam conversus esset, in Testamento memorat, quomodo vitam instituerit post suam conversionem. Et quid juvaret Rivetum, etiamsi hoc Testamentum ipsius Ephremi foetus non esset, quandoquidem exempla factæ ab eo invocationis Sanctorum in pluribus etiam aliis locis Operum illius existunt? quæ vero subterfugit Rivetus, subterfugit Caveus, subterfugerunt alii ex eodem genere hominum, ipse etiam Basnagius, cujus jam

sæ-

sæpe nimis garrulam adversus invocationem Sanctorum lingvam audivimus. Ephrem in eodem Testamento suo petiit, ne funebris ei oratio fieret, ne mortui corpus pretiosa veste contegeretur, quemadmodum Edesseni parabant facere, et ne peculiaris ei tumulus constitueretur.

Iisdem, qui invocationem Sanctorum abjecerunt, etiam quoad Eucharistiam Ephrem testatur, quid de hac ipse, et primæva crediderit Ecclesia. Nam in Tractatu de iis, qui Filii Dei naturam scrutantur, Edit. Venetæ Tom. I. pag. 495. sic loquitur: *Esto fidelis, atque innocens, participa immaculatum corpus, et sangvinem Domini tui, fide plenissima certus, quod Agnum ipsum integre comedas.* Ipsum Agnum dicit, non figuram Agni. Idem Ephrem rursus Edit. Rom. Græco-Latin. Tom. III. pag. 608. *Ne reputes*, ait, *quem hic panem, quodque vinum vides, eadem hæc existere: minime, frater, volito hoc credere. Precibus Sacerdotis, Sanctique Spiritus adventu panis fit corpus, vinum fit sangvis.* Idem in Sermone de Pœnitentia, et Sacerdotio, *Per pœnitentiam*, inquit, *remittit Deus cuncta delicta: absque tamen venerando Sacerdotio remissio peccatorum mortalibus non conceditur.*

De Christi fidelibus scribit idem Ephrem, illis morem fuisse pretioso Crucis signo omnia membra sua munire, et omnia studia sua, actiones, ingressum, exitum, sessionem, surrectionem Cruce inchoare dicendo: *In nomine Patris, et Filii, et Spiritus sancti:* atque fortissimum munimentum vocat, et armaturam validissimam adversus insidias diaboli, utpote quos Crux terreat. Monachorum quoque vitam et instituta in Syria me-

memorat, sparsim in diversis suis sermonibus. Horum fuere tria genera, Anachoretarum, qui separatim cellis inclusi vivebant; Eremitarum, qui deserta, et montes incolebant; et Coenobitarum, qui in contuberniis degebant. Occupationes omnium horum fuisse facere funiculos, contexere sportulas, scribere eleganter, parare chartam, thecas, et peras conficere, Scolacim (scolax Græca vox significat funale seu facem ex fune cerato confectam) antennas, et vela navium conficere, linum operari, lineasque vestes texere. Tunica, et cucullo induebantur. Mensa ipsis erat omnis terra, cibus herbæ agrestes, et silvestres, potus aqua ex rivis. Continua autem ad Dominum precatio. Non sapiunt, ait Ephrem, alta, neque primas Cathedras requirunt. Gloria quippe est eis humilitas, imitatoribus Christi factis, qui propter nos miseros factus est pauper. Non sibi requiem aliquam in mundo tribuunt, quoniam ibi (in cælo) solatium, atque refectionem accipiunt. Cum autem defatigati jam fuerint, se se in terram componunt. Postquam vero dormierint, mox studiose surgunt, et velut tubæ Christum desideratum collaudant, et celebrant. Ubi genu flexerint, lutum ante se faciunt, et rivos ex propriis manantes lacrimis. Ad Julianum unum ex monachis cum Ephrem adiisset, et in libris, quos ille habebat, deletum ubique Dei, et Christi nomen advertisset, causamque istius rei percontatus fuisset, ille respondit: *Fornicatrix mulier ad Salvatorem accedens lacrymis pedes ejus rigavit, et capillis capitis sui abstersit: Et ego ubicunque nomen Dei mei scriptum comperio, lacrymis meis rigo, ut ego remissionem ab eo peccatorum accipiam.* Cui Ephrem, *Deus*, inquit, *qui benignus, et misericors est, bonum illud tuum propositum*

su-

suscipiat: verum tamen libris parcas, obsecro. Operum S. Ephrem Edit. Venet. pag. 430. Ephrem sub Constantino M. natus incertum quo anno, e vita decessit ann. 378. De Monachorum instituto actum est jam etiam supra Institut. Part. I. §. 26.

S. Gregorius Nissenus.

S. Gregorius cognomen Nisseni traxit a Nissa urbe minoris Armeniæ in confiniis Cappadociæ, in qua munus Episcopale gesserat. S. Basilii M. frater erat minor natu, major vero Petro, qui pariter Episcopus erat Sebastiæ in Cappadocia, ita ut tres germani fratres florerent eodem tempore in Ecclesia Episcopi, etiam pietate, et doctrina germanissimi. In juventute ad Rhetoricam, et profanas scientias se applicuit. Ab his autem S. Gregorii Naz. epistola ad Sacrarum literarum studium traductus est. Uxorem quoque duxerat Theosebiam, quam idem Gregorius Naz. Epist. 97. vocat *Ecclesiæ decus, Christi ornamentum, Theosebiam* (Dei cultricem significat) *vere, sacram, et Sacerdotis conjugem, et honore parem, et magnis mysteriis dignam.* Videlicet Gregorio conjuge ad Sacerdotium evecto, Theosebia quoque se dicaverat sacro ministerio facta Diacona. Circa a. 370. Gregorius factus est Episcopus. In ejus electione, et consecratione, quamvis nihil sive parvum, sive magnum, quod ad Canones attineret, omissum esset, ut est scriptum a S. Basilio *Epist.* 225. non eo minus dolis, et malevolentia Arianorum factum est, ut a Philocare homine obscurissimo accusatus quasi pecunias Ecclesiæ dissipasset, et contra Canones electus esset, extur-

dam editiones libri 12. quæ inde differentia numeri est, quod liber in his quintus in ceteris sit divisus in duos. Dialogus de Anima, et Resurrectione, Syllogismi decem contra Manichæos, Oratio adversus Apollinarem. Sermones ejusdem sunt: Catechetica magna Oratio, cujus tamen extrema pars ipsius Nisseni non habetur ex stili differentia, sed neque bene cohæret cum Parte anteriore. Sermo de Natali Domini, in Sanctum Pascha, de Adscensione Domini, in Pentecostem, de S. Stephano Proto-martyre, de Quadraginta Martyribus, de laudibus S. Basilii sui fratris, de Magno Meletio, Vita, et encomium S. Patris Ephrem, de providentia Divina, contra Usurarios, de charitate exercenda erga pauperes. Epistola ad Letojum Episcopum Mytilenes de pœnitentia, quæ juxta Canones pœnitentibus sit imponenda, Epistola de Ventriloqua, hoc est de muliere illa, habente pythonem, quam Saul consuluit. 1. *Reg.* 28. *v.* 7. Epistola de iis, qui adeunt Jerosolymam. Liber de Vita Moysis, seu de Vita perfecta, de Virginitate, et de eo, quid nomen, et professio Christiana exigat. Omitto cetera, quæ præterea elucubrata a Nisseno sunt.

Epistolam de iis, qui adeunt Jerosolymam Gregorius Niss. dederat ad quemdam Abbatem, cujus monachi desiderabant peregrinari Jerosolymam ad visenda, et veneranda loca sacra: quam vero Gregorius peregrinationem disvasit. *Consule,* ait, *dilecte, fratribus, ut e corpore peregrinentur ad Dominum, non e Cappadocia in Palæstinam.* Hoc cum dissidentes a nobis in Religione, nominatim Caveus arripuisset adversus sacras peregrinationes, quæ solent fieri a Catholicis, Bellarminus, et nonnulli alii e nostratibus sic has

pe-

peregrinationes instituerunt defendere, ut hanc epistolam dicerent non esse ipsius Nisseni genuinam. Adversum quos Caveus in recensione Operum ejusdem Nisseni in Historia sua literaria regessit, a Pontificiis nonnullis frustra hanc epistolam esse vellicatam. Nec omnino satis consulto hanc viam inverant defendendi sacras peregrinationes. Siquidem esse hanc epistolam Nisseni, comprobetur fide vetustorum Mss. et stili convenientia cum aliis Nisseni Operibus. Vidimus supra, ipsum Nissenum etiam hac de causa ivisse in Palæstinam, ut veneraretur sacra loca. Cur nihilominus hanc peregrinationem disvaserit monachis, illud erat, quemadmodum in eadem epistola est, quod illa monachis esset periculosa, dum in hac viri permiscerentur feminis, neque conveniret monachis, vitam solitariam professis. Quamobrem S. Basilius quoque in epistola ad monachum lapsum, huicce monacho causam lapsus tribuit, quod eremum urbibus permutans ad Jerosolimam decurrisset. S. Hieronymus quoque quamvis Paulinum professione monachum, deinde Episcopum Nolanum *Epist.* 13. ab Jerosolymitana peregrinatione eamdem ob causam fuisset dehortatus; tamen idem Desiderium amicum suum ad hanc invitaverat, eamque ei commendabat, dicens, *Partem fidei esse, adorasse, ubi steterunt pedes Domini, et quasi recentia nativitatis, et crucis, et passionis vidisse vestigia.* Denique si Caveus carpendas duxit sacras peregrinationes, cur ipse etiam in laude Gregorii Niss. posuit, quod pietatis causa iverit Jerosolymam, cujus de eo *cit. loc.* hæc verba sunt: *Arabiam pergens, Jerosolymam invisit, et loca sancta pia mente contemplatus est.* Operibus S. Gregorii Niss. conjunctim cum Operibus SS. Basilii, Gregorii Naz. et Amphilochii

 S. Hie-

S. Hieronymus *Epist.* 70. testimonium tribuit talia esse, *Ut nescias quid in illis primum admirari debeas, eruditionem seculi, an scientiam Scripturarum.*

Dabimus autem quædam etiam excerpta ex Nisseno. Is lib. 1. contra Eunomium, *Idem nobis* (de Filio sermo antecessit) *et de Spiritu sancto dicendum est, cujus in solo ordine differentia constituta est. Nam ut Patri conjunctus est Filius, et cum ex illo esse habeat, non tamen posterius existit, sic etiam Spiritus sanctus proxime hæret Filio, adeo, ut detracta principii ratione, nulla re Sancta Trinitas a se ipsa dissideat.* In Oratione Catechetica cap. 37. de Eucharistia: *Quid hoc*, ait, *ergo est? Nihil aliud, quam illud corpus, quod et morte ostensum fuit esse potentius, et nostræ vitæ fuit initium. - - - At considerare oportet, quomodo fieri potuerit, ut unum illud corpus, quod tam multis Fidelium millibus in universo orbe terrarum semper distribuitur, totum per partem sit in uno quoque, et ipsum totum in se maneat.* Si in Eucharistia solummodo figura esset Corporis Christi, non ipsum etiam corpus Christi, quemadmodum Confessio Helvetica sentit, fuisset ne huic quæstioni, a Nisseno positæ, locus? Numquid enim figura cujuscunque rei et imago multiplicari nequit in infinitum? Idem Nissenus etiam Transubstantiationem, quæ fit in Eucharistia, credidit, et docuit. *Panis est* (Orat. de Bapt. Christi) *initio communis, sed ubi eum Mysterium sanctificaverit, corpus Christi fit*, et in Orat. Catechetica jam citato capite, *Nunc quoque Dei verbo sanctificatum panem in Dei Verbi corpus credo transmutari.* Sed et sacrificium asserit esse eamdem Eucharistiam.

Non

Non iniquam, ait, *Pilati sententiam exspectat* (Christus) *sed consilio suo antevertit*, *et arcano Sacrificii genere*, *quod ab hominibus cerni non poterat*, *se ipsum pro nobis hostiam offert*, *et victimam immolat Sacerdos simul existens, et Agnus Dei*, *ille*, *qui mundi peccatum tollit. Quando id præstitit? Cum corpus suum discipulis congregatis edendum*, *et sangvinem bibendum præbuit, tunc aperte declaravit*, *Agni sacrificium esse perfectum*. Idem de peccatorum expositione in Sacramento Pœnitentiæ in Epist. ad Letojum, *Qui latenti*, ait, *ablatione sibi alienum usurpat*, *si deinde per enunciationem peccatum suum Sacerdoti aperuerit*, *vitii studio in contrarium mutato, ægritudinem curabit largiendo, quæ habet*, *pauperibus*. De Petro Serm. 2. de S. Stephano apud Zacagnium, *In quo*, ait, *Dei Ecclesia solidatur, qui juxta prærogativam sibi a Domino concessam, firma*, *et solidissima Petra est, super quam Salvator Ecclesiam ædificavit*, *cujus fides firma est, et totius simul Ecclesiæ firmamentum*. S. Ephremum vita functum Nissenus (In ejus Vita) sic precatur: *S. Ephrem succurre mihi*, *et Divino jam assistens altari*, *vitæque Principi*, *ac Sanctissimæ una cum Angelis sacrificans Trinitati*, *omnium nostrum memineris*, *veniamque nobis peccatorum impetra, ut sempiterna cœlestis regni beatitudine perfrui possimus*. Ejusdem Nisseni ævo etiam Sanctorum Reliquiæ in qua veneratione habitæ sint, docet ejus testimonium contra Basnagium jam Institutionum harum Part. I. pag. 552. productum.

S. Ambrosius.

S. Ambrosius origine Romanus, sed natus in Gallia patre Ambrosio Galliarum prætorio præfecto circa a. 335. In cunis jacentis, et dormientis os cum apiculas vidisset pater intrantes, et exeuntes, ac deinde in sublime evolantes, dixisse fertur: *Si vixerit infantulus iste, aliquid magni erit.* Patre mortuo cum matre, fratre Satyro, et Marcellina sorore Romam ivit, ubi literarum studiis excultus est. Puer cum vidisset, matrem, et sororem manum Episcopi osculantes, his suam quoque manum ludibundus osculandam obtulit, dicens, se quoque futurum Episcopum. Causas deinde in prætorio tanta cum laude egit; ut Probus, præfectus prætorio ipsum in adjutorem consiliorum suorum assumpserit, neque multo post Consularibus insignibus exornatum ad gubernandam Liguriam, et Aemiliam miserit, his ad eum usus verbis: *Vide, age, non ut judex, sed ut Episcopus.*

Cum a. 374. mortuus fuisset Auxentius Episcopus Mediolanensis Arianus, in locum S. Dionysii, a Constantio Imp. in exilium acti, intrusus, et adhæsisset, jam aliis in locis ejectis Arianis Episcopis, quod se orthodoxum simulasset, et instituta electio Episcopi fuisset; quomodo Ambrosius electus sit, nequidem adhuc baptizatus, puerulo ipsum proclamante Episcopum, narratum jam est supra Institutionum Part. I. §. 81. Tria sibi proposuit in Episcopatu observanda, videlicet Mysteria quavis die peragere, et sacrificium of-

offerre, dicere ad populum omnibus diebus Dominicis, et festis, et verbum Dei prædicare, tueri Religionem, eamque propagare. Quæ his in rebus egerit, et qua constantia, declaratum pariter jam est in Institutionibus. Vixit usque ad a. 397. in Episcopatu annis tribus, et viginti. Decessit ætatis a. 64. Dum æger jam decubuisset, complures e nobilitate Ambrosium adierunt, consilio Stiliconis, qui gener erat Theodosii Imp. in ejusque aula potens, ad eum rogandum, ut vitam sibi longiorem expeteret a Deo, in cujus vita salus niteretur Imperii. Quibus ille respondit: *Non sic inter vos vixi, ut me vixisse pudeat: nec mori timeo, quia bonum habemus Dominum, ad quem pergo.* Quidam e Diaconis inter se colloquebantur in eodem conclavi, in quo æger jacebat, sed ita submissa voce, ut vix ipsi se intelligerent, quisnam ei successurus in Episcopatu esset, atque unus horum Simplicianum Presbyterum nominasset, quem vero ceteri dicerent, jam esse senem, Ambrosius *Senex*, ait, *sed bonus.* Ab hora undecima diei, qua spiritum reddidit, dies erat quarta Aprilis, et eo anno pridie Paschatis, expansis manibus, et in formam crucis compositis Deum precabatur. *Nos autem*, ait Paulinus in illius Vita, *Labia illius moveri videbamus, vocem autem non audiebamus. Honoratus autem Sacerdos Ecclesiæ Vercellensis*, Episcopus erat, qui ad ægrotum invisendum venerat, neque prius reliquit, quam tumulatus fuisset, *cum in superiore parte domus se ad quiescendum composuisset, tertio vocem vocantis se audivit, dicentisque sibi: Surge, festina, quia modo est recessurus. Qui descendens obtulit Sancto Domini corpus: quo accepto, ubi glutivit, emisit spiritum.*

tum. Paulinus, qui Vitam scripsit S. Ambrosii, erat Diaconus ejusdem Ecclesiæ Mediolanensis, scripsit autem hanc hortatu S. Augustini.

Multa sunt, quæ elucubravit S. Ambrosius. Inter hæc sunt libri de Patriarchis Abrahamo, Isaaco, Jacobo, Josepho, aliisque e veteri testamento viris illustribus. Erant hi proprie Sermones, in Quadragesima habiti ad catechumenos, quos horum exemplis informabat ad pietatem erga Deum, et ad virtutum exercitia, una ostendens, quam infra hos longe ii essent, quos ethnici suos jactarent sapientes, et philosophos, nihil veræ, et sinceræ virtutis habentes. Cum hi e gentilibus plerique essent Catechumeni, hac ratione ipsos ad Christianæ Religionis dignitatem agnoscendam instruebat. Hujus generis libros Morales habet Ambrosius per multos, variique argumenti, ut de Bono mortis, de Fuga seculi, de Virginibus ad Marcellinam sororem, quæ et ipsa se Christo dicaverat velo virginitatis ab Liberio Papa suscepto, de Virginis institutione, de Virginitate, nec non alius quoque liber habens titulum Exhortatio ad Virginitatem. Ex tot de Virginitate confectis ab Ambrosio libris facile intelligi potest, quantus is virginitatis, et continentiæ commendator fuerit. Nec fructu res caruit. Adeoque eo doctore virgines Mediolanenses exarserant istius virtutis amore, ut parentes filias suas non sinerent ire ad Ambrosii conciones, qui eas mallent habere nuptas. Dum autem hoc impedimentum virginitatis professioni positum esset Mediolani; Deus solatus Ambrosium est, undique ex aliis locis concurrentibus

ad

ad eum virginibus, atque velum virginitatis ab eo expetentibus.

Sunt ex ejus libris de morum ratione etiam tres de Officiis. In quibus sibi proposuit, ethnicorum falsa principia moralitatis convellere, ex Ciceronis libris de Officiis petitis etiam argumentis. Hoc autem Opus suum direxerat ad instruendos Ecclesiæ ministros in honesta, decora, statumque Ecclesiasticum condecente morum, et actionum omnium compositione, et ad Evangelii normam conformatione. Ad hoc de habitu, et gestu corporis, in quo quam omne affectatum Clerico vitandum esset, affert quæpiam, quæ ipse circa hoc egerit. Memorat quemdam, quamvis sedulum in obeundis officiis, tamen a se non esse receptum ad Clerum, eo, quod ejus gestus minime decerent: alteri vero, quem jam in Clero repererit, prohibuisse, ne, dum processum esset a Clero, ipsum antecederet, cujus insolens incessus quasi quodam verbere ejus percusserit oculos. Nec suam de his ambobus vanam fuisse conjecturam, qua æstimaverit, hos ne in Religione quidem esse fundatos solide. Nam alterum Arianæ infestationis tempore deseruisse fidem; alterum, ne ob delictum sacerdotale subiret judicium, se negasse nostrum esse, ut his ipsis verbis dictum est ab Ambrosio *lib.* 1. *Officior. cap.* 18.

Est deinde liber S. Ambrosii de Mysteriis: continet autem institutionem neophytorum in mysteriis, quæ continentur Sacramento Baptismi, Confirmationis, et Eucharistiæ. Nam cum catechumenis nondum omnia clare solerent exponi

mysteria, hæc deinde jam neophytis magis declarabantur. Helveticæ Confessionis nonnulli, ut jam vidimus, hos in aliis etiam libris Patrum fecisse, abnegarunt hunc etiam Ambrosio librum, sic volentes effugere lucem doctrinæ, quam is tradit in hoc libro, nimis de dogmatibus fidei clare, et dilucide præsertim de vero corpore Christi in Eucharistia. In omnibus autem codicibus tribuitur hic liber S. Ambrosio: nec ante seculum decimum, et sextum ullus exstitit, cui incidisset vel dubitare, de Ambrosio auctore hujus libri. Quamobrem ipse etiam Caveus noluit adstipulari iis, qui hunc negarunt esse genuinum fœtum Ambrosii sic scribens in sua Historia Literaria: *Quem contra Bullingerum, Cocum etc. Ambrosio asserunt editores.* Blondellus quoque, Forbesius, et plures alii Helveticæ Confessionis veriti sunt, hunc dicere non esse Ambrosii, victi splendore veritatis.

Sunt ejusdem Ambrosii etiam libri duo de Pœnitentia adversus Novatianos, libri quinque de Fide, vel ut in nonnullis codicibus titulus positus est de Fide, et Trinitate ad Gratianum Augustum libri tres de Spiritu sancto ex S. Basilio, aliisque Græcis desumpti. Habet Ambrosius etiam Commentarios in Hexæmeron vestigiis in his insistens S. Basilii, item in Psalmos tredecim, et in Evangelium secundum Lucam. Moralem potissimum exponit sensum, Sermones præterea varii argumenti, epistolas quoque duas, et nonaginta, nec non hymnos. E quibus quidam etiam nunc obtinent in Horis Canonicis. Dum ab Justina Imperatrice, Valentiniani matre, Ariana, vehementer fuisset afflictus, et fideles illius causa noctes

etiam

etiam vigiles egissent in Ecclesia; ad tædium levandum populi instituerat psalmodiam in Ecclesia, atque huic addiderat hymnos a se compositos ad laudandam SS. Trinitatem et celebrandum Incarnationis Dominicæ mysterium.

Nec tamen caret Ambrosius etiam Pseudepigraphis, et suo nomini suppositiis libris satis multis, vel etiam dubiis. Ad hos dubios pertinent sex libri de Sacramentis. Hos Benedictini S. Mauri in editione ejus Operum defendunt esse ipsius Ambrosii, eadem sententia est Natalis Alexandri. *Hist. Eccl. Sec. IV. Cap.* 6. *art.* 27. §. 11. Cardinalis vero Bona de Rebus Liturgicis *lib.* 1. *Cap.* 7. §. 4. cum pluribus aliis ipsos abjudicat Ambrosio. Petr. Jos. Tricaletius *Tom. III. Biblioth. Eccl. Patrum pag.* 77. quamvis non constet esse Ambrosii, tamen censet scriptoris antiquioris esse, qui post tempora S. Chrysostomi vixerit. Ritus, et caerimoniæ in administratione Sacramentorum adhibitæ in his proponuntur. Commentarius in epistolas S. Pauli summa Criticorum consensione nomen Ambrosii solummodo ementitur. Eorumdem conjectura putatur esse Hilarii Ecclesiæ Romanæ Diaconi, in errorem Luciferianorum prolapsi. Fortasse scripserit etiam Ambrosius Commentarios in Epistolas S. Pauli: sed hi, si quos scripsit, interciderunt, ut plura etiam alia ejusdem Ambrosii, quorum præter alios meminit etiam S. Augustinus: sed jam non supersunt. Etiam hymnus: *Te Deum laudamus*, olim creditus a S. Ambrosio, et S. Augustino cantatus alternatim, dum hic ab illo fuisset baptizatus, non habet jam ullum sibi suf-

fragantem Criticum. Non enim istius meminerunt veteres, qui de Ambrosianis hymnis, etiam ex proposito scripserunt, eosque recensuerunt. In antiquo Breviario monasterii Cassinensis Benedictinorum a. 1686. descripto, apposita est hæc epigraphe: *Hymnus Sisebuti monachi.*

Errata Tomuli I.

Pag.	lin.	Errata	Corrige.
61	22	aeraequæ	æræque
67	13	Tignanocerta	Tigranocerta
70	21	Olbra	Olbia
84	penult.	quem	quam
174	4	eum	eam
192	11	Narth ex	Narthex
254	22	dedit	dedidit
335	2	accasari	accusari
341	29	aliundne	aliudne
392	33	ominibus	nominibus
421	12	eum morte	cum morte
499	11	caua	causa
509	6	omnes	omnem
570	28	meditamenta	medícamenta
571	7	pavimevto	pavimento
,,	29	dedicisset	didicisset
584	23	popolo	populo
610	10	Et iam	Etiam
619	26	feeit	fecit
630	ult.	lieentiam	licentiam
634	12	era	erat
635	2	Anionii	Antonii
639	3	svasernnt	svaserunt
643	30	atuem	autem
655	19	Eunonium	Eunomium
656	18	Eunonium	Eunomium
659	4	quemamodum	quemadmodum
,,	29	redeamns	redeamus
662	13	Cappadoci	in Cappadocia
655	10	qni	qui
666	1	utque	usque
668	24	æternnm	æternum
675	14	suppositis	supposititia
,,	16	virio	viris
684	13	herhæ	herbæ